
Aristotelis Peripatetici Philosophorum monarche Ethicorū decē libri ad Nicomachū, Argyropylo Byzantino traductore.

Cū subtili et elimata textꝰ explanatiōe: necnō singulorum capitū annotatiūculis et summarijs: intercalatis pluribꝰ ꝛ varijs sacre scripture, philosophorum, oratorū, poetarum ꝛ historiographorū sententijs, opinionibꝰ et autoritatibus: adiectis etiā questionibus cum dubijs varias difficultates morales ꝛ theologicas enodātibꝰ: a peritissimo viro magistro Gilberto Crab artiū preceptore Parisieñ. et in oī scientie genere longe predito confectis: et caracteribus impressorijs antehac nusꝙ̄ redactis. Addita quibꝰ sunt preterea cuiuscūꝙ̄ tractatus ꝛ capitis tabula siue index a magistro nostro Egidio Delpho sacre pagine ꝓfessore et oratore eximio edita: cum repertorio alphabetico ex electioribus fragmētis et sententijs notatu dignis, facili indagine (vt intuenti liquet) ad libros ꝛ folia remissiuo. Inserta deniꝙ̄ eiusdem Argyropyli Byzantij traductoris prefatione, in ipsa Aristotelis moralia.



Cum gratia et priuilegio regio.

No tiene que expurgar

Gilbertus Crab celeberrimo viro ac omniphario doctrinæ genere
circũornato Thomæ de Cousiner regio patrono. S.P.D.

ARistotelis sententia est vir integerrime: omnem huius sciẽtiæ comoditatẽ in sola virtu
te/virtutisue actione (a qua omnis laus proficisci solet) locari. Non enim verbis (vt
aiunt) nec rerum naturalium/diuinarumqꝫ cognitione/boni/euadimus: sed heroyco
quodã ac diuino munere quod firmissimæ ac immutabilis beatitatis nos ꝑticipes effi
cit. Hæc igitur disciplina cæteris longe præest: quo vitus quæ huic subiecta est/ aliis
rebus humanis præfertur. Est procul dubio languẽtium animorũ morbis summa atqꝫ
sufficientissima medela/voluptatum corporearũ expultrix/veritatis alũna/incredibilium negociorũ
effectrix/totius vitæ regula/& rerum agendarum perfectissimus finis/legũ humanarũ dominatrix/in
sultuũ domitrix/vitiorũ flagellũ: & que hominẽ sola diis immortalibꝰ parẽ reddit: & tandẽ in sacras &
electissimas sedes super astra collocat. Non igitur admiremur si vetustissimum philosophorum colle
gium hanc ipsam moralem philosophiã maxima veneratiõe/honoreqꝫ celsissimo coluerit/ habueritqꝫ
ꝑcelebrem/& tantopere exquisitã. Eam etenim exulẽ/omnibusqꝫ terris eiectam/e celo vocarunt/vo
catamqꝫ docuerunt/edoctã coluerũt/illustrarunt vsqꝫ adeo vt ignari eruditis/improbi ꝓbis/impru
dentes sagacioribus parere non ambigerẽt. Nulla pax/nulla deniqꝫ requies hominibus hac explo
sa superest: omnis hominum conditio (quæ longa etate solitudinem egit) in amicitiã & ciuilem con
gressionem atqꝫ mutuum amoris consensum redacta est. Preterea hæc facultas qua animorum pertur
bationes sedantur/omnia præcæpta/monitionesqꝫ ad bene/beateqꝫ viuẽdũ conferentes/constringit
nõ inuolute/non in opinionũ caligine/sed integre/clare/dilucide. Non igitur mediocres gratiæ no
stro Aristo. habendæ sunt: qui sua industria ac studio nostræ instituendæ vitæ huius disciplinæ Theo
remata inuenit. Quare virorũ præclarissime/hæc Ethicorũ cõmentaria tibi dictari institui: vt defesso
spiritu/multiphario laborum ac studiorum genere/ quippiam ad bene/beateqꝫ viuendum cõducens
ad te hilariorẽ reddendum/extirpare possis. Soles enim in varia moralis philosophiæ lectione diuer
sari: eamqꝫ in animo recõditam ad forenses causas lucidius enodandas expromere. Vale decus & em
porium totius probitatis: & me redama.

FRãcoys par la grace de Dieu Roy de frã
ce Au seneschal de lyon/bailly de mascon ou a son lieutenãt. Salut. Receu auõs lhũble supplication
de Symon vincent libraire demourãt a Lyon/contenant quil a vng liure/cestassauoir les Ethiques
de Aristote auec le cõmẽt de maistre Gilbert Crab/lequel liure ne fut iamais imprime/ꝛ le vouldroit
bien faire imprimer ledit Symon vincent/mais il se doubte quil ne se peult recompẽser de ses frais et
mises a cause que on le pouroit incontinent refaire sur luy. A ceste cause nous requier ledit suppliant
quil nous plaise luy ottroier cõgie ꝛ licence auec priuilaige de faire imprimer ledit liure. Et que inhibitions et defences
soient faictes de par nous a toutes personnes quelcõquez de ne imprimer ou faire imprimer lesdictes Ethiq̃s auec ledit
cõment de maistre Gilbert Crab iusq̃s a troys ans prochainement venãs: a cõpter de la date que sera acompli et pera
cheue de imprimer ledit liure. A ce q̃ ledit Vincẽt puisse estre recõpense de ses peines/salaires/labeurs/coustz/et mises/
qui luy cõuiẽdra pour ce faire. et sur ce luy ottroyer nous lr̃es a ce cõuenables. Parquoy nous ce considere: attendu mes
mement que cest pour le bien/prouffit et vtilite de la chouse publicque: vous mandons et commettons par ces presentes
que vous permettes et souffres audit Symon vincent quil puisse et luy laisser faire imprimer ledessusdit liure toutes et
quantesfois que bon luy semblera. Et a ce faire souffrir et obeir contraignez ꝛ faictes contraindre reaumant et de faict/
tous ceulx au quelz apartiendra ꝛ qui pource feront a cõtraindre par toutes voyes et manieres deues et raysonnables.
En ce faict ou faisant fayre expresses inhibitiõs et deffences de par nous sur certainnes et grans peinnes a nous appli
quer: et emende arbitrayre a toutes manieres de gens de quelque estat ou condition quil soyent: quilz ne ayent a impri
mer ne faire imprimer lesdictes Ethiques ꝯmentees par ledessus nõme Crab en nr̃e royaulme ne aultre part selon ladi
te copie imprimer/ en icelluy nr̃e reaulme vẽdre: iusques a ce que ledit temps de troys ans soit expire et passe. Et en cas
de debat lesdictes contrainctes/inhibitions et defences tenãs nõ obstant oppositiõs ou appellations quelconques fai
ctes aux parties icelles oyes bon ꝛ brief droit. Car ainsy nous plaistil estre faict. Non obstant aussy q̃lconques lr̃es a ce
contraires. Donne a Lyon. le. xvj. iour dauost. Lan de grace Mil. ccccc. ꝛ xv. Et de nostre regne le premier.

Par le Roy a la relation du conseil.

P. Maillart.

Repertorium Alphabeticum.

¶ Repertoriũ alphabeticũ glossarũ in decẽ Ethi. Ari. libros p doctissimũ philosophie interp̃tẽ magistrũ Gilbertũ Crab editaꝝ. Et aduerte humane lector: ꝙ si foliũ quodpiã falsificatũ iuenias: ꝯtinues illud ad p̃cedentia ⁊ sequẽtia folia vera: ⁊ materiam quesitam facillime reperies.

¶ De littera. B.

¶ De littera. C.

De littera. F.

Alphabeticum.

¶ De littera. L.

Repertorium

Natura nobis

Alphabeticum.

¶ De littera. O.

¶ De littera. P.

De littera. Q.

De littera. R.

Alphabeticum.

¶ Finis Repertorij Alphabetici.

¶ Egidius Delphus.

Saepe mihi stupidam tenet admiratio mentem:
Cur pauci viuant conditione pari.
Lex vna est:vnus deus:⁊ rex omnibus idem.
Jam ne patet cunctis vnica sacra fides:
Viuendi sed iter varios excedit in visus:
Et flectunt medio deuia multa dolo.
Rumpitur hic auro:mortem pauet ille decoram
Seuus ⁊ heroum despicit ille decus.
Quis non per leges moderari negliget almas
Diuaq; mens veritos concipit arte dolos.
Hic auet:ille iacet:timet hic:audet nimis alter
Quotq; viros cernas:tot scelera esse putes.
Ergo qui nitidam vitam cupis esse beatam:
Pergito qua recta te decet ire via.
Quos ⁊ Aristoteles pulchro docet ordine mores:
Jam per Byzantiverba latina lege.
Tempore qui nostro lingua perdoctus vtraq;:
Hic Pericles latio:Marcus eratq; suis.
Solus Alexandrum quondam depinxit Apelles:
Quem mira referunt arte fuisse virum
Sub tunica claudus patuit simılisq; libanti:
Tactus Achimenia mulciber ille manu.
Praxitelisq; tulit famam cariosa vetustas:
Cui venus exculptum marmore fulsit opus
At nunc artificum multos reor esse sub axe:
Quarum plura potest ingeniosa manus.
Omnia sydera prorsus nouitate refulgent:
Aspice ꝙ̄ veteri distet imago noua.
Sumpserunt artes hac tempestate decorem:
Nullaq; non melior ꝙ̄ prius ipsa fuit.
Clara sed imprimis generose copia fandi
Viribus exultat conspicienda nouis.
Qui male deuectus fuerat his puppe latina:
Moribus insignis grecus Aristoteles
Omni parte placens nostro nitidissimus euo
Cernitur auspicijs Argyropyle tuis
Magnaq; debentur laudis preconia Delpho:
Qui maculis nigrum flumine lauit opus
Insuper adiunxit capiti compendia cuiq;:
Que tibi subsidio vir studiose leges.

¶ Hec est recollectio tractatuum/capitumq; q̄ de singulis libris moralibus argumenta cum materia breuissime monstrat.

Totum itaq; opus de moribus/in decē libros distinguiꝛ.

¶ FINIS.

Tabula.

Capi.ij.

Tractatuum et Capitum.

Finis Tabule Tractatuū ꝛ capitū per sacre pagine ꝓfessorē magistrū nr̄m Egidiū Delphū collectorū.

Pręfatio Argyropyli.

Argyropyli Byzantini traductoris pręfatio in decem Ethicorum Ariſtotelis libros.

Ioannes Argyropylus Byzantius clariſſimo viro Coſme medici. S.

SI ea mihi ſeruanda ſunt erga te quæ iam olim inſtitui ſapiẽtiſſime Coſma: ea tantũ ſunt
a me tibi offerenda/quæ præclariſſime rerum eſſe cẽſentur. nec a quibuſuis hominum
offerri facile poſſunt. Nam neqꝫ tantam virtutem ſine vllis muneribus prætereundã
eſſe exiſtimaui: & quicquid obtulero muneris/ id omne accõmodatum eſſe virtuti
oportere putaui. Nec eñ amor virtutis vnq̃ illud ſane perferre poſſet: & vnicuiqꝫ ꝓ
dignitate ſemꝑ tribuẽdũ eſſe videt̃ iuſticiæ lege/ ad quã oĩs res talis omnino eſt feren
da. Quod ſi maximæ omnium ea ſtudioſo ſunt offerenda/quæ vehementer ad ipſam virtutem/fœlici
tatemqꝫ pertinent: atqꝫ hæc ſunt ſine controuerſia philoſophorũ/maxime libri præſertim diui homĩs
Ariſto. quem ſolum omnium ad artes/ſcientiaſqꝫ tradendas hominum generi: ac modum ſciendi mu
nere quodam diuino/naturæue natum fuiſſe nemo eſt qui ignoret. Hi tantum a me tibi ꝓfecto ſunt
offerendi emendatius in latinam linguam/elegãtiuſue traducti: q̃q̃ idipſum effici ſine labore nimio po
teſt: vt & nemo in te amori & dignitati ſatiſfacerem tuæ/non ſolum ob ea quæ dicta eſt cauſam: ſed ob
illud etiam maxime quo tales Ariſtotelis libri tuis ciuibus/cæteriſqꝫ hominibus tua cauſa traderentur
quo quidem nihil gratius/nihil accommodatius/nihil optabilius homini ſtudioſo/fœliciqꝫ cõtingere
poteſt. Quaprodter hos continuo libros tua traductos gratia/ naturalem inquam auſcultationem &
de anima & poſteriores reſolutiuos tibi obtuli/tuoqꝫ nomini dedicaui. Et nunc libros de morib⁹ ad
morib⁹ ad Nicomachũ præſtabiles/& ipſos ſumme neceſſarios eleganti⁹/emẽdatiuſue traductos tibi
ſimiliter offero. Sunt eñ ad humanam vitã/vt ſcis/non mediocriter vtiles: et omnino ad cõſequendã
fœlicitatem/beatamqꝫ vitam vehementiſſime proſunt. Hic ſtatus hominum duplex/ gratia cuius orit̃
ipſe atqꝫ agit oĩa/declarat̃. Hic virtutis cõditio/naturaqꝫ aduerſanti ſhabit⁹ explicat̃. Hic ea ſane ſter
nitur via qua recta pergitur ad virtutem/ſtrataqꝫ demõſtratur. Hinc vt omittam cætera/ vir ille ſum-
me bonus tandem emergit qui diſperſos paſſim homines in vnum compellere/congregareqꝫ locum
mœnibus claudere vrbem/condere ciuitatem/conſtituere deniqꝫ mores/leges/ religionem/omnẽqꝫ
viuendi cum honeſtate modum tradere/atqꝫ inſtituere poſſet. Quibus efficitur vt qui libros quidem
tibi cæteros obtuliſſet: hos vero dũtaxat ſubtraxiſſet/ac neglexiſſet. is neqꝫ iuſticiæ leges hac re profe
cto ſeruaſſet/& præter decorum ipſum egiſſet. Nam vt colores/exemplũqꝫ pictori/equus ac arma mi
liti inſtituta rei militaris duci pergratum ſunt donum: ſic inſtitutiones morũ/ ac bene/beateqꝫ viuẽdi
iucundiſſimum donum fœlici/maximeqꝫ accõmodatum eſſe videntur: vt non ſolum ipſe non medio-
cres inde ſaltem voluptates ſumat legẽdo: fit enim perinde atqꝫ ſi ageret per virtutem/ſed & homini
bus res maxime ad beatam vitam accõmodata: per ipſum vt par eſt/vniuerſis tradat̃. Quod ſi tale do
num/tam præclarum/tam neceſſariarum debeat tradi communitati: qui nõ per hominem fœlicem id-
ipſum egiſſet cum poſſet: is aut ignoratione profecto: aut liuore ſummum quoddam munus/officiũqꝫ
fœlicis hominis abſtuliſſet. Quod enim ad gregem eſt paſtor: ad natos parẽtes: ad vniuerſum de⁹: id
ad ſuos ciues/cõmunitatemqꝫ hominum/vir fœlix eſſe cenſetur. Atqꝫ vt ab his omnibus ad ea quibus
præſident omnia cuiqꝫ accõmodata ꝓfluunt atqꝫ proueniũt bona: ſic & ꝑ homines fœlices atqꝫ bea-
tos: ea quæ ad bene beateqꝫ viuendi maxime conferunt ciuibus/oĩbuſqꝫ hominibus non iniuria tra-
denda eſſe videntur. Accipe igitur & hoſce libros ſapientiſſime Coſma: & perlege fœlix: ac tuis ciuib⁹
qui quidem tibi ſunt cure perinde: atqꝫ filii patri: cæteriſqꝫ hominib⁹ trade: placebũt & tibi certo ſcio
& cæteris non iniucũdi erunt. Eſt enim in ipſis/& diluciditas ſumma/ & elegãtiæ ſatis quoad materia
poſcit: & illud ſane non abeſt quod magis q̃ cætera præſertim in talibus exoptatur ſententiarum inte
gritas: quorum omnium te aſſero auctorem fuiſſe non ob eas ſolum quæ dictas ſunt cauſas: ſed ob id
quoqꝫ potiſſimum quod me ad hos libros ipẽ traducendos hortatus es maximopere: & ſi hos iam ip-
ſos ne dicam ſepius lingua traductos vidit latina. Quod ſi cõmẽtariolis quoqꝫ noſtris (vt petis) dilu-
cidiores euadent/cognituqꝫ faciliores: quis es qui non & huiuſce te auctorem cõmoditatis exiſtimet?
Sed ego ſane ꝓpenſior quidem ſum ad obſequendum præclaris ſtudiis tuis. nã neqꝫ auctoritate quiſ-
q̃ mediuſfidi⁹ apud me: neqꝫ volũtate plus valere te põt. Anguſtiis tñ vt ſcis/tpis & aſpitatib⁹ rerum
impedior atqꝫ ꝑmor. Nã generis me toti⁹ occaſus/excidiũqꝫ luctuoſiſſ mũ patriæ/ac oĩm tã publicarꝫ
q̃ priuatarum exturbatio rerum indigna/atqꝫ acerba/ſpeſqꝫ ſublata funditus/adẽptaqꝫ bonæ fortunæ

diſtringit

diſtringit/angit atqꝫ perturbat. Nō em̄ duris genuit nos cautibus horrens caucaſus. Hyrcanæqꝫ ad-
morunt ubera tigres. homines/& nos & ciues fuimus orti. Nec nobis ſolum nati ſumus/vt ait Pla-
to: ſed ortus noſtri partem clariſſimam patriam amicos vendicare oportebat. homines præterea ho-
minn cauſa ſtoicorum ſententia generatos eſſe percepimus/ vt ipſi inter ſeſe: aliis alii variis in rebus
prodeſſe poſſent. Nec ignoramus ſi hoc loco nos quiſpiam carp at egrotis cōſilia dare quæ nemo do
lori non ſtatim medendo. Sed animaduertatur ne fines hoc humanitatis atqꝫ cancellos egrediatur
vt aut præſtabilioris naturæ quæ hominis ſit aut cuiuſpiam ſtupide/ ſenſuqꝫ vacantis quādoquidem
& ab expertibus rationis animalibus niſi perparū habeant ſenſus: vt late patet exterminatur. Fit etiā
vt perinde plus is doleat animo/qui res huiuſcemodi magis diſcernere poteſt: atqꝫ is dolores magis
corporis ſentit: q̄ natura temperatiōe corpore procreauit. Augere præterea ſolet dolorem: & ſi quis
ſuis prodeſſe poteſt: idqꝫ ab ipſo non ignoratur: nulla tamen ad hoc agendum datur facultas: ſed om
nis iniquo fato penit⁹ aufertur. Sunt inſuper & vtilitatum varii gradus: & item calamitatum/vt ſi ad
ſummas acceſſeris cogitatione ille ſi nequeant ꝓficiſci. Hæc ſi aſſint/magnis ne dicam ſomnis afficiāt
doloribus animum/vehementerqꝫ vexent. Equidem certo ſcio non mediocribus eum haud immeri-
to dolorib⁹ affici: cui bn̄ficētia quidē ac liberalitates adeſt: facultas aut ad beneficia cōferēda deſunt.
Et iuſticia quidē ineſt: nulla tamē diſtribuendi datur facultas: fit enim ſane perinde atqꝫ ſi quiſpiā pul
ſandi cytharam ſumma induſtria/ ſummo ſtudio/ſummiſqꝫ laborib⁹ tandem adeptus eſt. artem inſtru
mento aut caret: aut vetatur vt pulſet. Quod ſi ob operationem omnis acquiri ſoleat habitus: quis
eſt qui fruſtra comparatum habitum eum non aſſeruerit eſſe a quo nunq̄ operatio vlla proficiſcet᷑: At
em̄ vt is homo procreatus eſt ſine cōtrouerſia fruſtra quē virtus non exornauit: quiqꝫ nullam virtutē
eſt conſecutus: ſic & fauſtra quodammodo virtutem is eſt adeptus a quo nulla vnq̄ operatio per illā
proficiſcetur ac fiet. Nam hoc inter hos homines intereſſe videtur ꝙ ille magis hic minus diſtat ab
eo quod ſummū hominis dicimus bonum: quod quidem ni fiat atqꝫ ꝓueniat omnia opera: omne ſtu
dium: ominis deniqꝫ labor qui anteceſſit ob huiuſmodi finem hac ſane ratiōe fruſtra fuiſſe videt᷑. Eo-
dem accedunt & ea quæ de felicitate dicuntur operationem ipſam eſſe: vel in operatione conſiſtere/
atqꝫ in vita ꝑfecta. Et īdigere ꝓſperitatis extremæ/bonæqꝫ fortunæ. Et item ea quæ de fœlici dici p-
cæpimus. Non differt ipſum a miſeris dimidio vitæ. Et percupere viuere/dolereqꝫ maxime cum dece
dit e vita/& quæ ſunt ſimilis generis. Quod ſi calamitates omnino ferende ſunt/atqꝫ iniqua fortuna:
id inq̄ in quod vulgo dicere conſueuimus: hominiqꝫ magni animi atqꝫ forti tribuitur: ferant᷑ vbi pla-
cet/& fortes homines atqꝫ magnanimi eſſe volumus. Hoc tamen profecto ferre/ac perpeti ſine vllo
dolore eſſe non poteſt/vt ipſum etiam nomen indicare videtur. Et inſuper ea quæ boni homines ex-
optant. Atqꝫ percupiunt agere: & ob quæ ſummo ſtudio ſummiſqꝫ laboribus tales ac tantas virtutes
tandem ſunt conſecuti: non ſane fient obſtante temeritate fortunæ. Quod quidem ſi nō dolore vllo
afficiat animaduertatur. Quid ſi quiſpiam complures quidem neſcio quos in proſperitate/affluētiaqꝫ
fortunæ ſentiat collocatos eiuſdem abeuntes temeritate: ſe vero neqꝫ ſibi ſolis rebus in neceſſariis
poſſe ſubminiſtrare gaudebit ne perferet/ne vt idipſum ſine vlla perturbatione fiat animi/ſineqꝫ vllo
dolore: omitto dignitatem/meritaqꝫ afferre virtutis: & indignationem inſuper quæ quidem fide ſua-
pte natura nimirum emergere ſolet. ſed cur id tam pluribus eſt deferendum. quod autem diſſimulare
nōnulli hoīes ſolent/vt fortitudinis inde mun⁹: vt magnanimitatis exercere: cōtēptoreſqꝫ rerū oīm
quidem ob excellentiam quaſi animi nimiam videantur: aut ſi penitus abſit ſtupidam quandam natu
ram/atqꝫ inſulſam oſtēdit. Eſt & his profecto mediocritas quædam ſeruāda: atqꝫ hæc eſt æquabilitas
ea quæ rebus in aduerſis perinde ac in ſecundis eſt adhibenda. Et laudat᷑ profecto atqꝫ fortitudinis:
& magni eſt animi munus. At fieri ne poteſt vt impeditus quiſq̄ quo minus agat ea quæ vehemen-
ter expetit/ ſummeqꝫ exoptat/& ob quæ tantū modo peragenda viuere cupit: omni dolore penit⁹ va
cet. Inquiunt etiam & fortitudinem voluptate vacare. At haud ſcio ſemper illam doloris vacuitas cō
mittetur præſertim his in rebus in quibus indolentia humanitati aduerſatur: neqꝫ nō carpi merito po
teſt. Ex quibus ſane non ſolum perſpicitur animi noſtri neceſſaria conditione temporis perturbatio:
ſed & tuæ quātus eſt fœlicitatis ſtatus eluceat beatiſſime. Coſma ſi tibi virtutib⁹ omnibus prædito/p-
fectiſſimoqꝫ homini: ſumma prudentia/ſummaqꝫ ſapiētia nihil oīno deeſt: ſed proſperitas om̄is adeſt
fortunæ/ rerumqꝫ omniū affluētia: quo nullum vnq̄ virtutis exercendæ tibi munus impediatur: nul-
luſqꝫ prorſus dolori ſit locus: ſed ſemꝑ potius partim ex anteactis: partim ex his quæ aguntur: partim
etiā ex agendis rebus reſultans non iniuria te comitetur voluptas. Quibus efficitur vt reuera te talē
ante oculos habeam⁹/qualē Ariſto. hoc in opere perfectiſſimū fœlicē verbis deſcripſit. Sed vt eo re-

Prefatio Argyropyli.

Redeamus vnde digressi sumus/non tamen fines huiusce facultatis egressi/asperitas quidem rerum atq; iniqua fortuna animū sane pturbat: neq; vacare studio permittit vt decet. Adest & officium/munusq; docendi: quod ferme totum occupare tempus videtur: conabor tamen ipse/atq; enitar in hisce vel in angustiis temporis honestissimis tuis quoad possum studiis obsequi: & voluptati tuæ morem gerere atq; obtēperare/nullisq; in rebus oīno tibi/aut hortanti/aut rogāti deesse. Nihil est enim oīno quod apud me plus valere auctoritate tua/volūtateq; possit. Verū si id quod percupis/aut quæ tardi⁹ desideras absoluere/aut non tam exactum vt affectas/a nobis efficietur: cum rei magnitudini/tum occupationibus nostris vtrunq; tribuere/atq; fortunæ debebis. Nō enim omnia quæ volumus / nostra sub potestate sunt collocata. Vale.

¶ Et hec de Argyropyli Byzantini traductoris prefatione in decem Ethicorum Aristotelis libros.

Registrum huius operis.

a aa b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C.
Omnes sunt terni preter aa q̄ est duernus & C q̄ est quatern⁹.

¶ Opus Ethicorum Aristotelis: Argyropilo Byzantio traductore/ vna cū acutissimi viri magistri Gilberti Crab preclara explanatione.



¶ Tractatus Primus.

¶ Ca.j. Aristoteles ostendit omnia bonū expetere: diuersos esse rerum fines: semper extremū optimum esse/ ceterisqꝫ prestare.



Omnis ars / oisqꝫ doctrina atqꝫ actꝰ/ itidem et electio: bonū quoddā appetere videtur. Quapropter bn̄ veteres bonū ipsum id esse dixerūt: qđ omnia appetunt. ¶ Finiū aūt differentia quedā esse videtur. Quidā em̄ sunt opationes: quidā preter has ipsas opa quedā. ¶ Atqꝫ in quibꝰ ꝑter operatiões alij quidā sunt fines: in his ipsa opera sunt opationibꝰ ꝓstabiliora. ¶ Cū vo cōplures sint actꝰ/ ⁊ artes atqꝫ scientie: fit vt multi sint etiā fines. Medicine nāqꝫ finis ē sanitas/ artis extruendarū nauiū nauis/ facultatis rei militaris victoria/ ⁊ familiaris rei gubernande diuitie. ¶ Que aūt taliū/ sub aliqua vna potentia sunt/ vt ars cōficiendorū frenorum/ ceterę qꝫ oēs instrumētorū eq̄strū effectrices: sese habēt ad facultatē equestrē/ ⁊ hec cū illis/ oīsqꝫ actio bellica ad militarē facultatē/ ⁊ ad alias alie sīli modo: in ijs oībꝰ fines earū q̄ rationē architecture subeūt: magis sunt expetibiles/ ꝙ̄ oēs fines inferiorꝫ. Et illi em̄ horum grā expetuntur. Atqꝫ nihil interest siue fines actuū ipe sint opationes/ siue ꝑter ipsas aliqd aliud: vt in dictis facultatibꝰ intueri licet.

Iste est liber Ethicorū Aristotelis/ qui in decem libros secatur.

Primus disquirit de felicitate/ summoqꝫ hominis bono: quod felicitatem bene viuere ⁊ bene agere omnes appellitāt. Subnectuntur etiam finium varietates siue distinctiones: ⁊ boni partitio in bona externa: bona corporis/ ⁊ bona animi: in quibusve bonis ipsa humana felicitas collocari debeat. Antiquorum insuper philosophorum adducuntur opinationes de felicitate. Demum concluditur felicitatem esse hominis operationem s̄m potentiam rationalem. — Materia ꝑmi libri.

Secundus liber de virtute: quonam modo excessum et defectum fugiat: a quibus corrūpitur/ mediocritate ꝓo conseruatur atqꝫ conficitur. Est etiam circa voluptates atqꝫ dolores: diffinitur etiam virtus. — Materia secundi libri.

Tertius liber docet de volūtario et inuoluntario/ que sunt virtutū principia: de circūstātijs ⁊ regulis prudentie: de discrepātia inter electionem ⁊ volūtatē: ⁊ demū de fortitudine ⁊ tēperātia. — Materia tertij libri.

Quartus: de liberalitate/ magnificētia/ de liberali atqꝫ magnifico/ de magnanimitate/ ⁊ eius opposito/ de māsuetudine/ de veritate/ affabilitate/ comitate/ ⁊ harū virtutum oppositis/ et de verecundia ⁊ passione. — Materia q̄rti libri.

Quintus: de iusticia ⁊ iniusticia: quo modo mediū subeūt/ de iusticia distributiua/ legali ⁊ comitatiua/ de lucro/ ⁊ dāno/ de iniuria/ de repassione/ q̇d iustū ciuile/ q̇d economicū/ ⁊ q̇d herile/ de eq̄tate ⁊ bonitate/ ⁊ de eo qđ ē iniuriā culpiā facere. — Materia q̄nti libri.

Sextꝰ: de q̇ntuplici habitu ītellectiuo/ de scīa/ intellectu/ sapīa/ prudētia/ ⁊ arte/ de partibꝰ prudētie/ de ꝯsultatiōe/ de sagacitate ⁊ snīa. — Materia sexti libri.

Septimꝰ: de gradibꝰ virtutū disputat/ de heroyca virtute/ de ꝯtinētia/ ⁊ tēperātia/ de feritate/ incōtinentia/ ⁊ intēperātia: aliquid etiā de voluptate subiungitur. — Materia septimi libri.

Octauꝰ: de amicitia/ amicitieqꝫ speciebꝰ ꝑtractat/ de speciebꝰ reipublice/ ⁊ de amicitia ī excellētia/ de amicitia regia/ de paterna/ de sodalitia/ atqꝫ filiali/ de cōpensando beneficio. — Materia octaui libri.

Nonus: de amicitie ꝓprietatibꝰ/ de soluēda: cōparādaqꝫ amicitia/ de beniuolētia/ de cōcordia/ ⁊ beneficētia/ de fugiēda amicitia malorū/ de amicorꝫ numero/ de beati amicis. — Materia noni libri.

Decimꝰ: de voluptate ac felicitate cōtēplatiua/ totiusqꝫ opis finē cōplectitur. — Materia decimi libri.

Primū caput q̇nqꝫ ꝯclusionibus claudit. Pria ꝯclusio. Oia bonū appetūt. Nā ois ars appetit bonū: ois doctrina appetit bonū: ois etiā actꝰ ⁊ electio bonū q̇d — Prima conclusio.

dã appetũt. Oia igitur bonũ appetunt. Huc argumẽtãdi modũ relinquit philosophus notũ ꝑ locum a minori ad maius. Si enim dux potest aliquez expugnare: rex etiam potest: per regulam thopicam. Si id quod minus videtur inesse/inest: id quod magis videtur inesse/inerit. Si ergo artes ⁊ scientie: actiones etiam ⁊ operationes humane/bonum aliquod appetunt: cõsequens est entia perfectiora animata ⁊ inanimata bonum quoddam appetere: quare omnia bonum appetunt. Hec conclusio perspicacius intuebitur in questionum enodatione.

Regula thopica.

Scda conclusio.

Secunda cõclusio. Fines inter se discrimen patiuntur. Nam aliqui fines sunt operationes. Aliqui ꝟo sunt opera vel res operate. Vñ idez sibi volunt opus ⁊ res operata. ¶ Est enim operatio actio ipsius agentis: que quando fit/est: ⁊ quando facta est/amplius nõ est. ¶ Sed opus est qd ex operatione relinquitur: vt ex domificatione/domꝰ: ex actu/habitus.

Quid operatio.

Quid opus

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Artiuz quaꝝ duo sunt fines/operatio ⁊ opus: opus est semper operatione prestantius ⁊ nobilius. Nam in talibus operationes operũ gratia fiunt: quare opera sunt operationibus prestabiliora: vt artis conficiendarum domorum duo sunt fines. Primus est domificatio q̃ est operatio. Secundus finis est domus: ⁊ domificatio fit ꝓpter domum: igitur domus que opus existit/est domificatione prestantior.

Arsfactiua domꝰ/duos habet fines.

Quarta cõclusio.

Quarta conclusio ex alijs duabus ꝑ modum correlarij sequens. Multarum scientiaruz ⁊ artium multi ⁊ varij sunt fines. Nam grãmatices finis est sermo congruꝰ. Arithmetice finis est numerus. Logices finis est argumentatio. Medicine finis est sanitas. Artis rei familiaris est diuitie: ergo multarum scientiarum ⁊ artium varij sunt fines.

Quinta cõclusio.

Quinta conclusio. Quãdo varie artes atq3 scientie sub aliqua arte precipua vel architectonica ꝯtinenẽ p̃cipue/artis finis finibꝰ ceteraꝝ artium expetibilior est atq3 prestantior. vt ars frenorum factiua: ars ephippiorũ atq3 faleraruz: ceterorũq3 ornamentorum equestrium effectiua: sub arte continentur equestri. Ars etiam equestris ⁊ omnis ars effectiua instrumentorum bellicorum / sub arte militari continentur: igitur finis artis militaris ceteris finibus aliarum artium prestat. Nam fines apparatuum equestrium gratia finis artis militaris fiunt. Hoc enim modo ars naturam maxime imitatur. Nam vt imperfectiora perfectiorum gratia natura ordinat: sic artes imperfectiores atq3 minꝰ p̃ncipales perfectiorum artium gratia existunt. Nec refert in ꝓposito/an finis precipue artis sit opatio vel opus. Nam semper finibus contẽtarum ab ipsa artium prestabilior atq3 expetibilior censetur. Aliquando enim operatio propter opus existit: ⁊ tunc opus est operatione prestantius. Aliquando opus propter operationem: tunc vero operatio est opere p̃stantior. Ita in oibꝰ habitibꝰ subordinatis dicaẽ.

Impfectiora pfectiorũ gr̃a fiunt.

¶ Capitulum secundum. Ex ratione vltimi finis summum bonum humanum inquirit cuius cognitio ad vitam humanam multum confert. Docet sciẽtiam hanc que de illo est/esse ciuilem: id est que ad ciuium mores/honestatem/cõmoditatẽq3 spectet.

SI igitur quispiam reruz agẽdarum est finis quem nos ꝓpter seipsum: cetera autẽ propter hunc volumus/neq3 fit vt omnia propter illud expetamus (esset enim hoc modo sine vllo fine semper abitio/atq3 hinc noster appetitus inanis vanusq3 resultaret) constat hunc talem finem/summum bonum ipsumq3 optimum esse. ¶ Et ad humanã igitur vitã: magnam huiusce cognitio opem affert. Nam vt sagittarij/signum habẽtes: magis id quod oportet attingere possumus. ¶ Qd si ita sit: enitendum est hunc ipsum figura quidnam sit comprehendere/et cuius sit scientie vel facultatis percipere. ¶ Videbitur aũt eiꝰ esse: que maxime dominatur/maximeq3 rationem subit architecture. Talem autem sese offert ipsa ciuilis facultas. Hec enim ⁊ quas scientias in ciuitatibꝰ esse/et quales quẽq3 discere/⁊ quousq3 op3: instituere solet. ¶ Eas preterea facultates: que summis afficiuntur honoribus: vt rei militaris reiq3 familiaris: facultatem ac oratoriam artem: huic subesse facultati videmus. Cum igitur ceteris actiuis sciẽtijs hec vtatur/⁊ leges ferat/atq3 instituat quid quisq3 agere/⁊ a quibꝰ abstinere debeat: huius finis/ ceterarum omnium facultatũ cõtinet fines. Quo fit: vt hic finis sit bonũ ipsuz humanũ. ¶ Quãq3 enim vnius hominis idẽ ⁊ ciuitatis est bonum: ciuitatis tamen cõparare ꝯseruareq3 bonuz/maiꝰ atq3 ꝑfectiꝰ esse videtur. Nam amabile est: ⁊ si vni soli. maius autem atq3 diuinius est: si genti ciuitatibusve sit acquisitũ/partũq3 conseruetẽ. Hec igiẽ appetit hec doctrina: cũ sit facultas q̃dã ciuilis.

SEcundum caput tribus conclusionibus clauditur. ¶ Prima conclusio. Predictorum finium vnus est vltimꝰ qui rerum agendarum summum bonuz est. Nam ille finis est vltimus ⁊ rerũ agendarũ summũ bonũ/quẽ ꝓpter seipsum (cetera ꝟo ꝓpter hũc) expetimꝰ. At ꝟo p̃dictorũ finiũ vnꝰ est: quẽ ꝓpẽ seipsum (cetera ꝟo ꝓpter hũc) expetimꝰ. Alioquin si ois finis alterꝰ expeteret gr̃a: ꝓcessus eẽt in finitꝰ: ⁊ nr̃ naturalˀ appetitꝰ vanꝰ abiret. Id aũt eẽ nõ põt. Nihil ei vnq̃3 vanũ ⁊ ociosum in natura cõperiẽ: q̃re oim̃ rerũ agendarũ siue opationũ humanarũ vnus est finis vltimus qui summum bonum est.

Prima conclusio.

Scda conclusio.

Scda cõclusio. Plurimũ ad humanã vitã ꝯducit vltimi finis cognitio. Nã ad ip̃m cognitũ oẽs opatões nr̃as dirigimꝰ vt sagittarij suas sagittas dirigũt ad signũ cognitũ siue inspectũ. hoc ꝟo faciẽtes nr̃m finẽ: nostrãq3 ꝑfectionẽ citius attingemus/adipiscemurq3. Inferẽ ex dictis correlariuz

idcirco

idcirco quid huiusmodi bonum sit: ⁊ ad quam scientiam spectat eius cõsideratio/facili pertractatione inspiciendum est postq; id cognoscetur: ad nostram vitam instituendam plurimum emolumenti affert.

Argumentũ a signo. ¶ Aduerte prime conclusionis ꝓbationem esse argumentum a signo. Est enim argumẽtum a signo quod per similitudinem non omnifariam / sed aliqualem fit.

Tertia conclusio. **Tertia conclusio. Summum bonuz** vltimusq; rerum agendarum finis ad ciuilem facultatem spectat. *Prima ꝓbatio.* Nam eius facultatis est summuz bonum considerare: que maxime presidet/ maximeq; dominatur: ⁊ que principalissima est. Talis autem est ipsa ciuilis facultas: cum que discipline in ciuitatibus docende veniant: quid discere oporteat/ ⁊ q̃tum: quidue fugiendum: quibus autem scientijs tenella ipsa etas imbuenda sit/ docet Aristoteles in *Secũda ꝓbatio.* septimo politicorũ. ¶ Secundo huic facultati summi boni pertractatio tribuenda est: que actiuas facultates siue scientias honoratissimas sibi subiacet ⁊ illis vtitur. Talis autem est ciuilis facultas. Cõtinet enim sub se facultatem rei militaris ac facultatem oratoriã: que honoratissime sunt. Continet etiã facultatem rei familiaris gubernande/ et reliquas actiuas facultates: illis etiam vtitur vt leges ferat/ aut quid agenduz sit fugiendumve instituat: igitur summi boni consideratio ad ciuilem spectat facultatem.

Annotatio. **Aduertendum tamen ꝙ per facultatem** ciuilem in proposito intelligit Aristoteles philosophiam moralem. ¶ Tertio/ eius discipline est *Tertia probatio.* summum bonum considerare que optimum ac maxime diuinũ bonũ sibi asciscit. At vero ciuilis sciẽtia summum bonum ⁊ maxime diuinũ sibi asciscit. Nam etsi idem sit bonũ vnius ciuitatis ⁊ hominis: tueri tamen et conseruare bonum ciuitatis multo diuinius est atq; perfectius q̃ tueri siue asseruare *Phs primo politicoꝝ.* bonum vnius hominis. Bonum enim quanto communius atq; profusius est/ tãto diuinius ⁊ melius. Nihil autem melius summo bono: cum sit omniuz rerum expetendarum finis: igitur ad scientiaz que res maxime cõmunes pertractat/ summi boni cõsideratio pertinere videtur.

¶ Capitu. iij. Declarat non esse euidentiã Mathematicam hic postulandam: sed possibilem ⁊ ſm figuram. Iuuenẽ ciuilis discipline nõ esse satis idoneum auditorem.

Dicetur satis: si declarabitur perinde atq; subiecta materia postulat. ipsum enim exactum non est in omnibus simili modo rationibus flagitandum: sicut nec in hisce que per artem cõficiuntur. ¶ Honesta autẽ ⁊ iusta de quibꝰ ciuilis considerat/ tantam differẽtiam erroremq; habent: vt lege tm̃ esse videantur/ ⁊ non natura: talem etiam quendam errorem habent et ipsa bona: quia compluribus ex ipsis accidunt detrimenta. Iam enim quidam ob diuitias: quidam ob fortitudinem periere. Amabile igitur est de talibus atq; ex talibus dicentes/ grosso modo figuraq; verum ipsum ostendere: ⁊ de his que sunt plerũq;/ atq; ex talibus dicentes talia concludere. Eodem modo et vnumquẽq; auditorem ea que dicuntur acceptare oportet. Est enim eruditi exactum ipm̃ eatenus in vnoquoq; genere flagitare: quatenus fert ipsius rei natura. Simile nãq; videatur esse mathematicum suadentẽ probare: et ab oratore demõstrationes erigere. ¶ Atqui bene quisq; iudicat ea que cognoscit: ⁊ ipsorũ bonus est iudex. Is ergo in vnaquaq; re bene iudicat: qui in illa est eruditus: absolute autem: qui est in omnibus eruditus. Quapropter iuuenis: ciuilis discipline non est idoneꝰ auditor. Est enim rudis actuum vite. Ex his autẽ/ et de his: ipse rõnes efficiũtur. ¶ Preterea cum perturbationes sequatur: vane, sineq; vtilitate audiet. quippe cum finis non cognitio sit: sed actio. Interest autez nihil: iuuenis sit etate/ an moribus iuueni similis. non enim defectio est ob tempus: sed quia viuit et persequitur singula cum perturbatione. Talibus enim inutilis fit ipsa cognitio: perinde atq; incontinẽtibus ipsis. ¶ Is aũt qui suas rationi subijciunt appetitiones/ cum ratiõeq; agunt: magnam afferre potest vtilitatem. De auditore igitur/ ⁊ quonam modo ratiões sunt acceptande/ quidq; proponimus: tot exordij loco sint dicta.

Tertium caput primi tractatus tres conclusiones complectitur.

¶ Prima conclusio. In scientia morali tradenda/ non exacta ⁊ demonstratiua *Prima conclusio.* ratio expetenda est. Nam in tradenda disciplina veritas expetenda est ſm naturam materie subiecte. At vero materia subiecta que est operatio humana/ rationes demonstratorias ac euidentes nõ expetit: nec in omnibus scientijs similis procedendi modus seruari debet: sicut nec in artibus. Aliter enim operatur artifex ex vna materia: et aliter ex alia: nec similis operandi modus in artibus comperitur: sed ſm materie varietatem/ variatur circa artes operandi modus: quare etiam nec in omnibus scientijs similis tradende veritatis modus reperitur. ¶ Secundo. Pleraq; iusta et honesta tantam discrepantiam varietatemq; habent: vt ſm legis decretum ⁊ non natura constare videantur. Similiter pleraq; eorum bonorum de quibus moralis editio considerat/ ob nonnulla detrimenta que ab illis accidunt: varietatem atq; errorem habent. Multi nãq; ob diuitias perierunt. multi etiam ob fortitudinem: igitur in talium perquisitione non exacta et demonstratoria ratio querenda: sed satis erit in talibus rudi modo ⁊ figura quadã siue cõiectura veritatẽ inuestigare. Cõcludẽdũ ẽ etiã ex his q̃ plurimũ

Quõ intelliguntur ille due particule/ex his et de his.

euenlunt/similia. ¶ Ex his autem ⁊ de his/primuz ponitur propter principia que assumit prudens in suis ratiocinationibus siue argumentis que sunt de actibus humanis. Scd̃m ponitur ꝓpter ꝯclusiões ex huiusmodi principijs deductas/que etiam sunt de actib⁹ humanis. Vult dicere Aristoteles ꝙ quẽadmodum de principijs practicis nulla habet certitudo/nulla euidentia/nec de conclusionibus ex illis principijs collectis. vt si fiat hec raciocinatio: omnis habens vestem laceratam ⁊ detritã est pauper: sed iste (demonstrato diuite) habet vestem laceratam ⁊ laniatam: ergo est pauper. quemadmodũ maior non est euidens/sed cognita per iudicium vel coniecturam: sic neq3 conclusio ex illa maiore deducta est euidens: talis tamen conclusio est dictamen prudentiale directiuum actus liberalitatis in volũtate existentis.

Scd̃a cõclusio.

Secunda conclusio. Juuenis nõ est

disciplines moralis consentaneus/idoneusq3 auditor. Nam vnusquisq3 bonus iudex est eorum que cognouit: hoc est: potest facile ferre iudiciuz de cognitis: singula etiam recte ⁊ vere iudicat qui in singulis est eruditus. vt eruditus logicus/logicam: eruditus grammaticus/grammaticam. Jn omnib⁹ etiã recte iudicat qui in omnibus est eruditus: at iuuenis rudis est operationum ⁊ actuum vite de quib⁹ in hac morali disciplina omnis sermo atq3 ratio habetur. Non igitur iuuenis recte iudicabit quare: nec erit huius discipline aptus/idoneusq3 auditor.

Scd̃a ratio

¶ Secũdo. Js inutilis huius discipline auditor cẽsetur/qui nullam suscepturus est vtilitatem ex huius discipline auditione: at iuuenis ex huius discipline studio nullam vtilitatem suscipiet: cum sit perturbationum sequax: huius vero discipline finis nõ cognitio est sed actio. Non est igitur iuuenis huius discipline moralis conueniens auditor.

Semouet dubitatio d̃ iuuene.

Et nihil hic refert an etate iuuenis sit/an deprauatis moribus iuueni similis: neq3 ob temporis defectionem quispiam iuuenis dicitur/sed quia viuit vt iuuenis/omnia cum animi perturbatione prosequens: incontinentes etiam inutiles huius discipline auditores

Quis incontinẽs dicat.

existunt. Sunt enim incontinentes qui sanum iudicium rationis habent: sed perturbationibus vincũtur: qualis apud poetas fingitur Medea.

Qui sũt passionũ secutores.

Sed sectatores passionum sunt in quibus corruptum est rectum rationis iudicium ob exercitium actuũ malorum. Sed iuuenes sunt molles in quibus momentanea perturbatione vincitur ratio.

Nota bene.

¶ Tres igitur sunt philosophie moralis inepti auditores iuuenes: hoc est molles: passionum secutores: hoc est intemperati ⁊ incontinentes.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Qui suas appeti-

tiones/concupiscentias ve rationi submittunt/idonei sunt huius moralis institutiõis auditores: hi autem sunt continentes in vnaquaq3 virtute.

Annotationes.

Nam huius discipline studium magnam talibus vtilitatem ac commoditatem est allatura: cum eos ad operandum ſm rectam rationem in vnaquaq3 virtute dirigat: nec posthabenda est huiusmodi vtilitas ex hac scientia morali fluitans/qm̃ hac postposita in omnem vitiorũ labẽ protinus dilabimur. Hec sola editio/virtutis vsum (qui principio difficilis iudicatur) ⁊ vitiorꝫ fugã nobis parat/dicente Pico mirãdula.

Picus mirandula.

Sola gradus tãtos parat ad fastigia virtus:
Virtus principio sarcina fine quies.

¶ Et Hesiodus/virtutis difficultatẽ insinuans/eaz in altissimi montis vertice domicilium sibi collocasse dixit. cuius ascensus difficilis atq3 scabrosus perhibetur. Quo vitiorum via facilis est/lata et decliuis/voluptifica etiam iuuenibus: audi Hesioduz poetam.

Hesiodus poeta.

Qꝫ facile innumeras vitiorꝫ amplectimur artes:
Haud ꝓcul illa habitãt: breuis est via q̃ sit eũdum.
Est via virtutis contraria/sudor anhelus/
Hanc sequitur/qui se scopulosis ardua cliuis
Jn longum prorumpit iter/riget aspera primo.
Jngressus leuis est/postq̃3 alta cacumina tanges.

¶ Vitia enim suapte natura animũ ledũt: ideo ꝓpensiores esse debemus ad ipsa extirpãda ⁊ ad virtutis viam nobis parãdam: q̃3 ad corporis nocumẽta tollenda/dicente Horatio: Nam cur/

Horatius.

Que ledunt oculos festinas demere: si quod
Est animum/differs curandi tempus in annum
Dimidiũ facti qui cepit/habet: sapere aude
Jncipe/viuendi qui recte prorogat annum:
Rusticus expectat dum defluat/attamen ille
Labitur/⁊ labetur in omne volubilis euum.

¶ Sed circa quid hoc negocium? Nam circa summum bonum ⁊ quo peracto veritas in hac disciplina sit expetenda: qui huius discipline idonei auditores sint satis hactenus diximus. ⁊ hec de explanatione textus.

Questio prima.

CIrca primuz capitulum hu-

ius primi tractatus/quero an oĩa bonum appetant. Pro huius questionis enucleatione: Est aduertendum ꝙ bonum multiphariã diffinitur. Primo sic.

Dionysius.

Est aliquid suijpsius diffusiuum: ⁊ quanto aliquid magis se diffundit: tanto est maius atq3 perfectius bonum. Et quia deus gloriosus maxime se diffundit/est maximum bonum: aliter sic diffinitur.

Bonũ q̃d.

¶ Bonum est vniuscuiusq3 rei perfectio naturalis: Est enim perfectio rei naturalis eiusdem rei finis: vt perfectio grauis est quiescere in centro terre: vel tendere ad centrum terre. Perfectio corporis leuis est tendere ad locum illum in quo optime conseruatur: vtpote ad locum subliniorem.

Bonorum partitio.

¶ Et est multiplex bonum. Nam quoddam est bonum bonitate entis: ⁊ sic omnia sunt bona: vt patet per illud Genesis primo. Vidit deus omnia que patrarat: ⁊ erãt valde bona. Aliud est bonum nature de quo intelligitur secunda diffinitio. Tertium est bonum morale quod in bonum honestum/delectabile/⁊ vtile secatur: de quo futurus est sermo. ¶ Sed nunc restat difficultas quomodo capitur bonum in proposito.

Aretinus.

Leonardus in sua translatione videtur velle Philosophum accepisse bonum pro summo bono/inquiẽs. Quapropter bene ostenderunt summum bonum quod omnia appetunt. Sed istud non videtur verum: quia vt dicit Philelphus: littera greca non habet summũ bonuz: veritas tamen littere de summo bono intelligi potest: vt in sequentibus declarabitur. Et quia bonum finis ⁊ perfectio rei idem sibi volunt/quemadmodum est duplex perfectio/essentialis ⁊ accidentalis: sic etiam est duplex bonum/essentiale ⁊ accidentale. ¶ Similiter est aliquod bonũ verũ qđ suapte natura nos trahit ad sui amorẽ: ⁊ aliquod bonum apparẽs quod effigiem boni presefert: licet

fert: lʒ de facto non sit bonum.
Scḋa ānotatio. **Aduertendum secundo ꝙ appetere**
est rem aliquam suapte natura vel mediante cogni
Appetere. tione ferri vel tendere in suam perfectionem. ¶ Et
Appetitus. appetitus est tendentia potentie in suam perfectio-
nem/ vbi capitur potentia extense. Et est triplex ap
petitus: naturalis/ sensitiuus / et intellectiuus.
¶ Appetitus naturalis: est motꝰ vel inclinatio rei
in suam perfectionem naturalem sine preuia cogni
tione ipsius particulariter appetentis: vel saltēʒ nō
ea ratione qua illud est ab ipso cognitūʒ. ¶ Ex quo
sequitur ꝙ non ideo vocatur appetitus naturalis/
quia appetens suapte natura potest appetitum at-
tingere: quia tunc anima rationalis naturaliter nō
appeteret beatitudinem. Consequens relinquitur
falsum vt probabitur. ¶ Itē sequeretur ꝙ damnati
a ppetitu naturali non appeterent suam perfectio-
nem. consequens relinquitur falsum: et tenet conse-
quentia: quia damnati nō possunt naturaliter illam
perfectionem pertingere. ¶ Itē non omnia grauia
tenderent ad centrum terre suapte natura. hoc au-
tem falsum est: igitur. Et probatur consequentia: qꝛ
non omnia grauia naturaliter possunt esse in cētro
terre. ⁊ hoc est verum/ maxime ƀm doctrinam Ari-
stotelis: immo nec omnia grauia possunt tēdere ad
centrum terre ƀm Aristotelem in sensu composito:
secus est si ꝓpositio in diuiso sumatur. Et dicitur si-
ne preuia cognitione ipsius particulariter appeten
tis: quia illud non contingit sine preuia cognitione
ipsius vniuersaliter appetentis: quia vniuersaliter
Obiectio. appetens est deus. ¶ Si dicas/ aliquod vniuersali
ter appetens fertur in obiectum sine preuia cogni-
tione obiecti: ergo solutio nulla. Consequentia est
clara de celo.
Ad hoc respondetur/ negando con-
sequentiam: quia dictum intelligitur de appetenti
vniuersali libero ⁊ nō naturali. ¶ Dicit secūdo/ nō
ea ratione qua illud est cognitum: quia anima ra
tionalis (vt claret) aliquid appetit naturaliter: ⁊ ta-
men illud cognoscit. Similiter brutum naturaliter
appetit alimentū/ ⁊ tamen hoc est mediante preuia
Quid appetitus sensitiuus. cognitione ipsius particulariter appetentis. ¶ Sʒ
appetitus sensitiuus/ est inclinatio potentie in ali-
quod obiectum/ mediante cognitione sensitiua ex-
teriori vel interiori. ¶ Appetitus sensitiuus est du-
plex. Nam aliquis est respectu boni vel mali ardui:
⁊ vocatur appetitus irascibilis. Aliꝰ est respectu bo
ni non ardui neqʒ difficilis: ⁊ vocatur concupiscibi-
lis. ¶ Et vterqʒ istorum membrorū diuiditur in ap
Appetitꝰ ꝓsecutiuus et fugitiuus. petitum prosecutiuum/ ⁊ in appetitum fugitiuum.
¶ Appetitus sensitiuus irascibilis prosecutiuus est
quo appetimus aliquid arduum ⁊ difficile tanqʒ no
bis conueniens. Ita dicatur de alijs membris.
¶ Sed appetitus rationalis siue intellectiuus/ est
quo appetimus aliquid mediante preuia cognitio-
ne intellectus: ⁊ iste appetitus est formaliter volun
Nota bene. tas vel actus voluntatis. Et sic idem sibi volunt
appetitus intellectiuus/ appetitus rationalis ⁊ vo
Prima dr̄ia luntas. ¶ Differunt autem isti tres appetitus in-
ter se. Et primo: quia appetitus sensitiuus ⁊ intelle-
ctiuus presupponunt cognitionem obiecti in ipso
particulariter appetente. Appetitus ꝟo naturalis
non presupponit cognitionem ipsius particulariter
appetentis/ sed vniuersaliter appetentis a quo in
appetendo dirigitur. ¶ Secundo differunt: qꝛ ap- Scḋa dr̄ia
petitus naturalis semper fertur in verum bonum. qꝛ
dirigitur ab agēte infallibili vtpote a deo. Sed ap
petitus sensitiuus ⁊ intellectiuus aliquando ferun-
tur in verum bonum/ ⁊ aliquando in bonum appa-
rens: quia ab agente fallibili: vtpote a sensu vel in-
tellectu humano dependent. ¶ Tertio differunt. Tertia dr̄ia
Nam appetitus sensitiuus fertur in obiectum/ me-
diante cognitione sensitiua. Sed appetitus intelle
ctiuus qui est formaliter voluntas: fertur in obiectū
mediante preuia cognitione intellectiua. ¶ Quar- Quarta differentia.
to differunt. Nam appetitus naturalis cum hoc ꝙ
semper fertur in verum bonum: nunqʒ frustratur suo
fine. Appetitus vero sensitiuus ⁊ intellectiuus fru-
strantur suo fine aliquando.
Aduertendū tertio ꝙ duplex est ap- Tertia annotatio.
petitus ordinatus ⁊ inordinatus. Appetitus ordi-
natus est appetitus qui fertur in obiectum illud in
quod debet ferri suapte natura: ⁊ eo modo quo de
bet ferri. Sed appetitus inordinatus est appeti-
tus qui fertur in aliquod obiectuʒ in quod nō debet
ri/ vel eo modo quo non debet ferri. ¶ Similiter
aliquis est appetitus carentie. Alius est appetitus
complacentie. ¶ Appetitus carentie est/ quando
appetimus aliquid quo caremus. Appetitus com-
placentie est/ cum appetimus aliquid quod habe-
mus ⁊ complacet nobis in illo obiecto. ⁊ sic deꝰ ap
petit aliquid appetitu complacentie: similiter bea-
ti. Qꝛ autem beati appetant/ sic probatur. Nā bea
ti amant deum: ergo appetunt. Consequentia est
clara: quia ois actus voluntatis est appetitio: amor
est actus voluntatis. ergo est appetitio.
Aduertendum quarto ꝙ dupliciter Quarta annotatio.
aliquid dicitur appetere summum bonum. Primo
modo immediate: et hoc modo quicquid pōt perfi-
ci summo bono ⁊ ipsum adipisci/ appetit summū bo
num. Alio modo mediate/ quando aliquid appeti-
tur quod a summo bono dependet/ ⁊ qḋ sine ipō nō
potest conseruari: hoc modo omnia entia idē sum-
mum bonum numero appetunt. ¶ Aliquid etiam
dicitur summum bonum dupliciter. Primo modo
absolute: ⁊ sic est solum vnum summū bonum. Alio
modo respectiue vel ƀm quid: ⁊ hoc modo / omnis
perfectio rei dicitur summum bonum/ respectu illiꝰ
cuius est summum bonum. His prenotatis ponunt
conclusiones.
Prima conclusio. Omnia bonū ap- Prima conclusio.
petunt appetitu naturali: licet non omnia bonū ap-
petant appetitu sensitiuo ⁊ intellectiuo. Hec cōclu
sio duas habet partes/ quarum secunda est nota:
cum non omnia habeant sensum vel intellectum. et
prior pars probatur. Nam artes/ doctrine/ actus/ ⁊
electiones/ appetitu naturali appetunt bonum: er-
go omnia appetunt bonum appetitu naturali. Ar-
tes enim ⁊ doctrine perficiunt naturaliter hominē
vt ex illo carmine/ a quopiam relicto.
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago. Carmē vulgatum.
Et Aristoteles primo metaphysices. Omnes ho- Aristoteles
mines natura scire desiderant. ⁊ Cicero primo offi- Cicero.
ciorū. In primis hominis est propria veri inquisitio
atqʒ inuestigatio. Itaqʒ cū sumꝰ necessarijs negocijs
curisqʒ vacui: tū auemꝰ aliq̇d videre/ audire/ discere
cognitionēqʒ rerū occultarum aut admirabiliū ad
bene beateqʒ viuendū necessariā ducimus. Ex qua

auctoritate ptꝫ cognitionis atqꝫ sciētie appetitū eē nobis naturalem. ¶ Scdo ꝓbatur. Nā omne ens aut est perfectū: ⁊ sic appetit in sua perfectione manere ac conseruari. Aut est imperfectū: ⁊ sic appetit perfici/ ad suāqꝫ perfectionem reduci. ¶ Et vt hec conclusio clarius intelligatur.

Nota bene.

Est supponendū tria esse rerū genera. Nam aliqua sunt que proxime ac immediatissime fluūt a deo: vt sunt angeli: corpora celestia: elementa. ⁊ talia nō deficiunt in suis actionibus naturalibus vt experientia nobis indicat. Uidemus em̄ solē oriri/ tendereqꝫ in occasum singulis diebus/ ac in viginti ⁊ quattuor horis suum circulum cōplere: mare fluere ac refluere bis in die naturali/ terrā immobilē esse circa mediū mūdi. Alia sunt entia que nō proxime a deo/ sed a natura ortum habēt: vt homines/ equi/ asini/ plāte/ ⁊ cetera ex materia ⁊ forma cōflata: siue sint animata siue inanimata. Alia sunt entia minime ordinata que ab arbitrio humano ortum ducunt: vt sunt artes/ sciētie/ ceterecꝫ operationes humane ⁊ habitus. Uult ergo dicere Aristoteles ꝙ postqꝫ entia nullū ordinē seruātia/ ⁊ plerūqꝫ deficientia in suis actionibus/ appetunt bonū: oīa alia entia que ordinatissima sunt in suis actionibus appetunt bonū: ⁊ p ꝯñs oīa bonū appetūt.

Scda conclusio.

Secunda cōclusio est/ ꝙ vnū ⁊ idem bonum numero omnia appetunt: patet hec conclusio de deo. ⁊ hoc est appetitu mediato vel immediato: lꝫ nō omnia idē bonum immediate appetant.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Quandocūqꝫ aliqua res aliq̄d appetit appetitu naturali: eodē etiaꝫ appetitu appetit omnē rem que ad illud consequēdum ordinatur/ ⁊ sine quo non potest appetitū consequi. Uerbi gratia. homo appetitu naturali appetit beatitudinem: ⁊ non potest illā consequi sine virtute. ergo eodem appetitu appetit virtutem.

Quarta conclusio.

Quarta conclusio. Idem appetitur appetitu naturali/ sensitiuo ⁊ intellectiuo. patet de alimento quod ab homine appetitur appetitu naturali: quia sine illo non potest naturaliter conseruari et etiam appetitu sensitiuo: quia mediante cognitione sensitiua. et appetitu rationali: quia mediante actu intellectus.

Quinta conclusio.

Quinta conclusio. Homo appetit beatitudinem/ immo deum appetitu naturali: probatur. Nam homo appetit appetitu naturali suam summam perfectionem/ ⁊ sine quo non potest bene esse ⁊ conseruari: sed beatitudo eterna est huiusmodi: igitur homo beatitudinem eternam appetit appetitu naturali.

Contra primam cōclusionem instatur primo argumento satis communi. Non omnia cognoscunt. ergo non omnia appetunt: ⁊ per consequēs male dictum est omnia appetitu naturali bonum appetere. Prima consequentia est clara. Nam omnis appetitio presupponit cognitionem: sed non omnia cognoscunt. ergo neqꝫ appetunt.

Buridan⁹.

Ad hoc respondent aliqui negando primam sequelam. Ad cuius probationem/ cum dicitur. Omnis appetitio presupponit cognitionem. Distinguūt: vel cognitionē ipsius particulariter appetentis: ⁊ sic negatur: Uel cognitionem vniuersaliter appetētis: ⁊ sic transeat. ¶ Sed hec solutio nō videtur satisfacere intellectui: quia ꝺm illos qui tenuerunt nullum esse deum: sed operationes nostras dependere a celo: adhuc lapis appetit suam perfectionem naturalem. ⁊ illa appetitio non presupponit cognitionem alicuius vniuersaliter appetentis et cognoscentis. Si dicas nullos fuisse tales. Contra: qui coluerunt solem tanqꝫ deum: potuerunt sua stolida imaginatione deum non esse potentiam cognitiuam credere: ⁊ cum hoc opinari potuerunt lapidem appetere suam perfectionem.

Euasio.

¶ Ideo aliter respondeo et melius/ negando primam sequelam. Et ad probationem nego ꝙ omnis appetitio presupponat cognitioneꝫ: quia appetitio naturalis inqꝫtum huiusmodi/ nullam cognitionem presupponit. ¶ Ex isto sequitur ꝙ hic terminus appetere nō ponitur in predicamento actionis: quia hec cōsequētia non valet/ hoc appetit/ ergo agit. terra enim existens ꝓpe centrum/ appetit suam conseruationem: ⁊ tamen non agit.

Alia rñsio melior.

Scda rō.

Secūdo sic argumentor contra eādem conclusionem. Peccatum non appetit bonū: cum vnum contrariorum nō appetat reliquū/ ⁊ per consequens nō omnia appetunt bonū.

Ad hoc respōdetur communiter ꝙ peccatum potest dupliciter considerari. Uno modo quo ad materiale: id est quo ad illud pro quo supponit terminus: ⁊ sic negatur ꝙ non appetat bonum: quia appetit suam conseruationem: ⁊ cōseruatio illius actus est bonū: quia est eius perfectio. Alio modo potest considerari quo ad formale: et sic peccatū nihil est: cum non dicat nisi carentiam rectitudinis que debet inesse actui. ¶ Sed hec solutio parū valet: quia claruꝫ est ꝙ difformitas actus est ipse act⁹ difformis: vt tenent nominales: ergo quemadmodum peccatum appetit bonum quo ad materiale: sic etiam appetit bonum quo ad formale. ¶ Ideo aliter dico negando ꝙ peccatum non appetat bonum eo modo quo capitur bonū in proposito: quia bonum nihil aliud est qꝫ perfectio rei.

Impugnatio solutiōis

Obiectio.

¶ Si dicas: Peccatum nullam habet perfectionem: ergo nō appetit suam perfectionem. ¶ Ad hoc respondeo distinguendo ꝙ nullam habeat perfectionem. vel moralem: ⁊ sic transeat. vel naturalem: ⁊ sic negatur.

Bona obiectio.

¶ Si dicas. Illud quod est contra auctorem nature non habet perfectionem naturalem: sed peccatū est contra auctorem nature. ergo non habet perfectionem naturalem. ¶ Ad hoc respondetur negando minorem/ licet omne peccatum sit peccatum cōtra auctorem nature.

Tertia rō.

Tertio ꝑncipalr̄ argumētor. Hoīes male operantes ex certa malicia non appetunt bonum. Similiter homines sese interimentes/ qui potius appetunt non esse qꝫ esse/ nullum bonum appetunt: ergo non omnia entia appetunt bonum.

Ad hoc argumentum respondent aliqui ad primā partem ꝙ tales appetūt apparens bonū ⁊ nō verū bonū. ¶ Sed hꝫ solutio nō valet: qꝛ capio incōtinentē qui habeat rectū iudicium rōnis ⁊ opereꝛ cōtra illud iudiciū aliquid appetēdo: claꝝ est ꝙ talis non appetit apparens bonuꝫ: qꝛ iudicat simplr̄ appetituꝫ non esse bonū: ergo non est ei apparens bonū: alr̄s non esset incōtinens. ¶ Iō aliter respondeo cōcedendo in illo casu ꝙ nō appetit bonum appetitu

Impugnatio solutionis.

num appetitu intellectiuo: cõclusio enim Aristotelis intelligit de appetitu naturali vel de appetitu sensitiuo ⁊ intellectiuo ordinatis. ¶ Ex quo sequit̃ ꝙ inanis est illa distinctio boni in bonũ verum ⁊ apparens ad saluandam Aristotelis cõclusionem.

Ad aliam partem. **Ad secũdam partez respondetur ꝙ** tales non appetunt non esse simplr̃: sed appetunt liberari ab anxietate in qua sunt. ⁊ quia non possunt liberari nisi per mortẽ: ideo cõsciscunt sibi mortem.

Quartum principale. **Quarto principaliter argumentor.** Voluntas nihil appetit appetitu naturali: ergo nõ oĩa appetũt aliq̃d appetitu naturali. ꝯseq̃ntia ẽ clara ⁊ ꝓbat̃ añcedens. quia si voluntas aliquid appeteret appetitu naturali: vel hoc esset mediãte suo actu vel nõ. Nõ est dicendũ scđm: quia nulla potentiam aliquid operat̃ nisi mediãte suo actu. ergo voluntas nihil appetit nisi mediante suo actu. Nec primum: quia omnis act⁹ volũtatis est liber. ergo null⁹ est naturalis: ⁊ per ꝯñs voluntas appetit⁹ naturalis nihil appetit mediante suo actu.

Ad hoc argumentum respondet̃ ꝙ voluntas appetitus naturalis appetit aliquid ⁊ nõ mediante aliq̃ actu: ⁊ sic appetitus naturalis ipsi⁹ voluntatis nihil aliud est q̃ ipsa volũtas inclinata ⁊ ꝓpẽsa in suam perfectionẽ. ¶ Ex quo sequitur ꝙ eadẽ res est appetitus naturalis ⁊ intellectiuus. *Primũ correlarium.* hoc pȝ de voluntate. ¶ Scđo sequitur ꝙ appetit⁹ *Secundum correlariũ.* naturalis fertur in obiectũ mediante p̄uia cognitione ipsius particulariter appetẽtis. ¶ Tertio sequitur ꝙ appetit⁹ rei nihil aliud est q̃ ipa res aliquid appetens vel act⁹ alicuius potẽtie. *Tertiũ correlarium.* ¶ Quarto sequitur ꝙ omnis appetitus naturalis essentialr̃ *Quartũ correlarium.* est appetitus naturalis: immo oĩs res essentialiter est appetitus naturalis. ⁊ tñ nulla res creata essentialr̃ est appetitus sensitiuus vel intellectiuus.

Quintum principale. **Quinto principaliter argumentor** Appetitio non fit nisi rõne carentie: sed multa sunt entia q̃ nullo bono carent: vt pȝ de deo ⁊ de beatis.

Ad hoc rñdetur ꝙ deus nõ appetit aliq̃d appetitu carentie vel desiderij: sicut bñ ꝓbat argumẽtũ: sȝ appetit aliq̃d appetitu complacentie.

Replica. **Sed cõtra istam conclusionẽ sic in**statur. Deus aliquo bono caret. ergo deus illud bonum appetit: ⁊ per ꝯñs deus appetit aliquid appetitu carẽtie. Antecedens pȝ. q: caret virtute acquisita ⁊ similiter sciẽtia acquisita.

Ad hoc respõdetur ꝙ licet illo bono cardat: tamen nõ appetit illud bonũ: quia non põt illo bono perfici. ⁊ sic sciẽtia acquisita similiter virtus acq̃sita nõ ẽ bonũ respectu dei. ¶ Ex isto seq̃t ꝙ aliquid ꝑficit hoiem qđ nõ põt ꝑficere deũ: ⁊ talis perfectio vocatur perfectio in genere vel in specie: non aũt est perfectio simpliciter dicta. nulla aũt perfectio absoluta vel simpliciter dicta deest deo. Sũma eñ perfectio respectu creature viatricis est imperfectio respectu dei. non hic loquor de perfectione vnionis ipostatice.

Sextũ pncipale. **Sexto principaliter argumẽtor po**nendo casum ꝙ asinus sit fame ꝑtesus: ⁊ nihil alimenti videat nec aliquo sensu exteriori percipiat. Tunc in illo casu vel asinus appetit aliq̃d appetitu sensitiuo vel non. Non est dicẽdum scđm. quia qñcũq̃ appetit cibum ipsuȝ appetit appetitu sensitiuo. Nec potest dici primuȝ. quia appetitus sensitiu⁹ nõ fertur in obiectum sine p̄uia cognitione obiecti sed asinus in illo casu nullum obiectum cognoscit cognitione sensitiua.

Ad hoc argumentum respondetur ẽm aliquos ꝙ in illo casu nihil appetit appetitu sensitiuo: sed appetit aliquid appetitu naturali: ⁊ argumentum videtur illud suadere. Uel potest dici ꝙ appetit alimentum appetitu sensitiuo: ⁊ hoc mediãte cognitiõe sensitiua interiori. Et ẽm istũ moduȝ rñdendi cõsequẽter est dicendũ ꝙ sensus interior format noticias cões (qđ nõ est improbabile) ⁊ sic qđlibet alimentum indifferenter appetit. *Nota bene*

Replica. **Sed cõtra istud replicatur. Ponat̃** casus ꝙ asinus nunc ꝓmogenit⁹ qui nunq̃ habuit aliquã cognitionẽ iteriorẽ vel exteriorem cibi appetit cibum. Et tunc quero quem cibũ appetit. postq̃ non habet cognitionẽ sensitiuam cõmunem.

Respõdet̃ ꝙ in illo casu appeteret cibum quo fuit nutritus in vtero matris. Uel meli⁹ est dicere ꝙ i illo casu nihil appetit appetitu sensitiuo: sȝ appetit cibũ appetitu naturali. De discrepantia inter istas propositiones omnia bonũ appetunt ⁊ bonum omnia appetunt: ⁊ omnia appetũt bonũ: magis spectat ad logicum q̃ ad moralem.

Contra secũdam conclusionem. **Contra scđam cõclusionẽ instatur.** Si omnia idẽ bonũ appeterẽt hoc eẽt appetitu naturali sensitiuo vel intellectiuo. Nõ scđȝ neq̃ tertiuȝ. quia nõ omnia appetunt illis duobus appetitibus Nec primum. q: omne appetens aliquid appetitu naturali appetit illud qđ ex naturalibus potest attingere: sed non est idẽ bonũ numero quod omnia possunt attingere: igitur.

Ad hoc respõdet̃ ꝙ omnia ideȝ bonum appetũt appetitu naturali. Et ad improbationem negatur maior. ¶ Unde dicũt aliq̃ sicut de Aliaco ꝙ creatura rõnalis non tendit in deum vel in suam fruitionẽ tanq̃ in finem naturalem: cũ talis finis non põt ab homine naturaliter acquiri: sed supernaturaliter: hoc parũ est. ¶ Unde aliq̃s finis dupliciter potest dici naturalis. Uno mõ quia aliq̃d tendit in illuȝ finem tãq̃ in suam perfectionem vel tanq̃ in aliquid sine quo non potest ꝑfici: siue possit illud consequi ex puris naturalib⁹ siue non. ⁊ sic oĩa tendũt in deum mediate vel imediate. ⁊ isto modo intelligitur ꝯclusio. Alio modo finis dr̃ naturalis quia aliquid ex suis naturalibus potest illum attingere. ⁊ isto modo nulla creatura appetit deũ tanq̃ finem naturalem. Uel sic potest dici: ꝙ licet nõ oĩa entia possunt deum attingere in se: possunt tamen ipsum attingere in se vel in alio ⁊ per participationeȝ. Hoc est: possunt aliq̃d attingere quod sine deo nõ põt conseruari: vtpote suã ꝑfectionẽ vel finẽ. *Annotatio De Aliaco scđa q̃stione ꝓlogi.*

Cõtra quintã cõclusionem. **Contra quintam conclusionem sic** instat̃. Si homo appetitu naturali appeteret deuȝ: sequeretur ꝙ appetitus naturalis tenderet in contraria: ꝯñs est falsum. Relicta falsitate, consequentis probatur ꝯsequẽtia. nam homo naturaliter appetit esse ⁊ conseruari. ⁊ si appeteret deum appetitu naturali appeteret non esse. ⁊ sic appeteret naturaliter cõtraria. Q: appeteret nõ esse: ꝓbatur. Nam appeteret mori: ergo appeteret non esse. cõsequẽtia

est clara & probatur antecedēs. Quicūq₃ appetim⁹ aliquid: appetimus illud sine quo aliud cōsequi nō pōt. sed non possumus sine morte cōsequi deū: ergo eodem appetitu quo appetimus deum/appetim⁹ et mortē. Nemo enī pōt deū ptingere sine morte.

Ad hoc respondetur negādo consequentiam. Et ad probationem: appetit conseruari concedo. Et cum dicis: appetit etiā non esse: nego. Et ad probationē appetit deū: ergo mortē & p cōsequens non esse. concedo primam ꝯñam: & nego scđam. quia solum appetit mortem per accidens: & licet homo appetat esse simpliciter: tamen non appetit esse in via. ¶ Repugnat enī q naturalr appetam⁹ eē in via: & cū hoc q naturalr appetam⁹ deū.

Nota bñ.

Dubitatur primo vtrū finis sit melior ordinatis ad finem. Pro hoc dubio pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima conclusio. Finis suapte natura qualis est domus respectu domificationis & felicitas respectu virtutum est prestantior mediis ordinatis ad finis consecutionem.

Dubiuz de finibus. Prima conclusio.

Secunda cōclusio. Finis nostre indigētie causa/nō est prestātior ordinatis ad finem: vt volumus pastorem pp̄ter oues/oues sunt finis pastoris: & tamē pastor nobilior est ouibus. talis finis est accidētarius: & ideo de paccidens oues sunt expetibiliores: hoc est propter nostram indigentiaz vel propter vtilitatem.

Secūda cōclusio.

Dubitatur scđo vtrum omniū operationuz humanaꝝ sit vnus finis vltimus. Pro hoc dubio est aduertendum q nō omnis operatio hoīs est oparatio humana: sed solum illa q̄ est i libera hominis potestate. ¶ Et potest accipi dupliciter operatio humana. Uno modo extēse p omni operatiōe existente in libera hominis ptāte siue sit conformis recte rationi siue nō. & sic omnis operatio hominis deliberata siue bona siue mala ē humana. Alio mō pōt accipi stricte solū pro operatione hoīs deliberata conformi dictamini recte rōnis siue p operatiōe pficiēte hoiez: & sic accipit ab Aristotele i pposito.

Dupliciter capitur operatio humana.

Aduertenduz vlterius q duplex est finis hominis siue opationuz humanarum. Quidā est naturalis: ad quem homo potest ex suis naturalibus peruenire. Ali⁹ est finis supnaturalis quē hō nō potest ex suis naturalibus attingere. ¶ Dupliciter tamen aliqs finis hominis pōt dici naturalis. Uno mō q ex suis naturalib⁹ hō pōt ipsuz cōsequi Alio mō q in ipm appetitus naturalis hoīs absq₃ preuia eius cognitiōe tendit siue dirigit: & nō distinguitur contra finem supernaturalem. ¶ Similiter quidam est finis vltim⁹: alius suboꝛdinatus. Et finis vltimus est duplex. Quidam est vltimus simpliciter. Alius est vltim⁹ inter fines naturalis qui ex naturalibus attingi possunt. ¶ Preterea quidā est finis gratia cui⁹ sine primaria intentione qui ē ipm operans vniuersale vel particulare. Alius est finis quo sine secūdaria intentione sicut est ipsa operatio siue forma per eam producta ab agente. ¶ Similr quidaz est finis amatus amore amicitie. sicut est finis vltim⁹ simpliciter. Alius est finis amat⁹ amore concupiscentie sicut est finis suboꝛdinatus.

His suppositis ponuntur cōclusiones. ¶ Prima. Cuiuslibet opationis humane capiendo operationem humanaz extense/est aliquis finis: pz. nā omnis talis operatio fit ab agente scđz ppositum: ergo fit propter aliquem finem.

Buridan⁹. Prima conclusio.

Secunda cōclusio. Nō omniū operationum humanarū est idē finis sm spēm nature: quēadmodū omnia grauia dicuntur habere eundē finem: pz. q operatio bonū cōseruans & ipsum corrumpens/non habent eundem finem.

Secūda cōclusio.

Tertia cōclusio. Nō omnium operationū humanarū est idē finis scđm proportionez nature: pz. quia operationes bone habent optimuz finem: & operationes male habent p fine miseriā.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio. Nō omniū operationū humanaꝝ est idē finis scđm spēm opationis: pz. quia non omniū hominum est eadem spēs opinionis de vltimo fine.

Quarta cōclusio.

Quinta conclusio. Omniū operationuz humanarū est idē finis scđm pportionē opinionis: pz. quia quilibet habet pro fine vltimo id qđ sibi apparet bonum.

Quinta cōclusio.

De operatiōe humana scđo modo accepta ponuntur alie ppositiones. ¶ Prima ppositio. Homo non tendit in deum tanq₃ in finē naturalem. capiendo finem naturalem primo mō: pz. q homo ex puris naturalibus nō pōt attingere deū: sed tendit in seipsum & in suam conseruationē tanq₃ in finem naturalem: capiendo finez naturalem primo modo. ¶ Secunda ppositio. Homo tendit in aliquē finem supernaturalem tanq₃ in finem vltimum sui appetitus rationalis: pz. quia non pōt satiari appetitus humanus saltem rōnalis nisi deo: vt patet per illud psalmiste: Satiabor cū apparuerit gloria tua. ¶ Tertia propositio. Homo nō tēdit in aliquā operationē tanq₃ in finem vltimū sui appetitus naturalis vel intellectiui: pz. quia perfectius nūq₃ tendit ad imperfectius tanq₃ ad finem appetitus oꝛdinati: sed homo est qualibet operatione perfectior: ergo in nullam operationē tendit tanq₃ in finem sui appetitus naturalis vel rationalis. ¶ Quarta ppositio que videtur eē de mente Aristotelis. Felicitas humana vel ipse hō felix/est finis vltimus inter fines naturales hoīs & oīuz operationū humanaꝝ capiēdo finē naturalē primo mō & scđo mō opationē humanā: pz. q cuiuslibet iperfecti finis ē ipz pfectum: sed homo in puris naturalibus est quid imperfectuz: & felicitas vel homo felix/est id ad quod hō ex suis naturalibus potest peruenire.

Prima ppositio.

Secūda ppositio.

Nota bene. Tertia ppositio.

Quarta ppositio.

Circa scđz capitulum huius primi tractatus quero an vltimi finis cognitio necessaria sit ad vite humane directionē. Pro enodatione questionis est aduertenduz q ad assecutionem vltimi finis tria sunt necessaria. ¶ Primuz: recta electio. Nam ad hoc q electio sit recta: oportet rōnē esse rectaz. quia recta ratio rectā facit electionem & ad hoc q ratio sit recta: requiritur q iudicet operabile esse faciendum propter vltimum finem: & per ꝯñs requiritur cognitio vltimi finis. ¶ Secundū/est recta operatio. Nam opatio nunq₃ est bona nisi sit oꝛdinata in debitum finem. Sed nullus potest suas operationes in debitum & honestum finem oꝛdinare nisi finez cognoscat. hoc patet per exemplum in textu expressum de sagittario. ¶ Tertium. q requiritur delectatio in operante. Nam

Questio secunda.

Buridan⁹. Tria ad finis assecutionē requisita.

rante. Nam ex amore finis precogniti opera quecūqꝫ grauia ⁊ ēt laboriosa reddunᵗ delectabilia: ⁊ sic patet ꝙ cognitio vltimi finis est ad vitam humanam dirigendā necessaria.

Instantia.

¶ Sed contra istud instatur. Illud non est necessariuꝫ ad directionē vite humane cum quo stat vite peruersitas: sed cum cognitione vltimi finis stat vite peruersitas: igitur cognitio vltimi finis non est necessaria ad directionem vite humane. ¶ Et cōfirmatur. Sola vita humana dirigitur per virtutes: sed ad virtutes paruꝫ ꝓdest scire/ siue cognitio: igiᵗ. ¶ Ad hāc rōnē rñdeo negādo maiorem: sed verum est illud nō sufficere. ⁊ eodem modo dicatur ad confirmationum.

Dubitatur an consideratio vltimi finis spectet ad scientiam ciuilē.

Prima annotatio.

Pro solutione hui⁹ dubij est aduertendum primo ꝙ in ꝓposito nō capitur vltimus finis pro fine simpliciter vltimo: sed pro fine vltimo queꝫ homo ex suis naturalib⁹ attingere potest. vt est felicitas humana que in virtutis operatione cōsistit. ¶ Similiter scientia ciuilis accipitur duobus modis. Uno mō ꝓ vna parte philosophie moralis scdm ꝙ philosophia moralis triphariā diuidiᵗ in Ethicam Politicam/ ⁊ Economicam. ⁊ hoc modo non capit philosophus sciam ciuilem in ꝓposito: quia cōstat ꝙ consideratio vltimi finis nō solum spectat ad scientiam politicam: sꝫ principalius ad Ethicam/ etiā ciuilis sciētia vt est vna pars philosophie moralis: non est scientia maxime architectonica siue principalis inter scientias practicas humanitus inuentas: cum in libris ethicorum tradantur principia multuꝫ cōia ex quibus deducunᵗ aliarum scientiarū practicaruꝫ principia: vt pote legū ⁊ decretorum. Alio mō capitur facultas ciuilis extēse: ⁊ tūc idē est sicut philosophia moralis. ⁊ hoc modo capit Aristoteles facultatē ciuilem in proposito: ⁊ etiam capitur isto modo facultas: cum dicit Aristoteles ꝙ iuuenes sunt inutiles facultatis ciuilis auditores.

Hoc supposito ponuntur due ꝯclusiones.

Prima conclusio.

Prima conclusio. Consideratio vltimi finis quo ad eius essentiam ⁊ ēt quo ad conseruationeꝫ/ spectat ad ethicā. prior pars ꝓbaᵗ: quia ad ethicaꝫ spectat ostendere quonā pacto homo in quocunqꝫ statu existat/ debeat honeste viuere: sꝫ ad sic viuendum requiritur cognitio finis in se/ ⁊ potissimū qñ finis est operabilis a nobis. Secūda pars probaᵗ: qm̄ talis finis consistit in eo quod est honeste ⁊ studiose viuere. ideo scientia considerans ⁊ docens studiose viuere/ saluat ⁊ conseruat predictum finem.

Secūda cōclusio.

Secunda conclusio. Consideratio vltimi finis spectat ad politicam ⁊ economicā non solum quo ad eius conseruationē: sed etiaꝫ quo ad essentiam: principalius tamen quo ad conseruationem. Prima pars ꝓbatur: nam politica intēdit ciues reddere bonos ⁊ eos in virtute ꝑseuerare. Secunda pars ꝓbaᵗ qr vtraqꝫ docet studiose operari: sed ad sic operādum requiriᵗ cognitio vltimi finis: igiᵗ. Tertia pars pꝫ: quia politica ⁊ economica habent spālem moduꝫ cōseruandi summū bonū: igiᵗ.

Questio tertia.

Distinctio scientie.

Circa tertiū capl'ꝫ q̄ro an mod⁹ ꝓcedēdi i hac sciētia debeat eē grossus. Pro solutione huius q̄stionis est aduertendum primo ꝙ sciētia moralis ꝓut ad ꝓpositū sufficit: capitur duobus modis. Primo modo pro noticia omnium noticiarum moralium/ siue principiorum/ siue conclusionū / siue ꝓpositionum necessariarum/ siue contingentiū/ ⁊ vniuersaliᵗ pro omni noticia eorum que in scientia morali tradūᵗ. Scdo mō capiᵗ soluꝫ ꝓ noticia ꝯclusionū moralium demonstrabilium per sua ꝓpria principia. ¶ Hac distictiōe supposita ponūᵗ due ꝯclusiones.

Prima conclusio

Prima conclusio. Modus procedendi in scientia morali debet esse grossus ⁊ cōiecturalis: capiendo scientiā moralem primo modo: patet per expositionem textus.

Secūda cōclusio

Secunda conclusio. Modus procedendi in sciētia morali debet esse demonstratiu⁹ ⁊ euidens: capiendo scientiam moraleꝫ primo mō.

Eustracius

Unde dicit Eustracius ꝙ per ꝓcessuꝫ grossum intelligit philosoph⁹ ꝓcessum non demonstratiuum: ⁊ per processum figuralem intelligit processum qui non ē pura manifestatio.

Auerroys

Naꝫ vt dicit cōmētator in hac scientia ꝓcedenduꝫ est per quedam signa ⁊ indicia que exterius eueniūt.

Thomas.

Sed beatus Thomas in primo ethicorū dicit ꝙ procedere grosso modo/ est applicare principia cōia ad singularia ⁊ compositiora: ⁊ per processum figuralem itelligit ꝓcessuꝫ verisimilem: hoc est ꝓcedentem ex cōiecturis. Sꝫ quicquid sit/ veritas patet ex expositiōe textus.

Dubium primum

Dubitatur primo vtrū iuuenes sint inutiles auditores huius scientie moralis. Pro hoc dubio est supponendum quid iuuenis moribus/ quidue iuuenis etate ex expositione textus. Similiter supponendum est quid incontinens/ ⁊ quid sequutor passionum. Ille aūt dr vtilis auditor huius scientie qui per studium huius scientie pōt effici bonus. Et diciᵗ inutilis auditor qui per studium hui⁹ discipline non pōt esse vtilis hui⁹ discipline auditor.

His notatis ponūtur ꝓpositiōes.

Prima propositio.

¶ Prima ꝓpositio. Iuuenes scdm etatem nō sunt vtiles auditores huius discipline moralis: ⁊ hoc ꝓpter inexperientiam eorum que in hac scientia morali tradūtur. Sunt eñ vt dicit Aristoteles: rudes actuum vite.

Secunda propositio

¶ Secūda propositio. Iuuenes sunt idonei auditores huius discipline quo ad consecutionem alicuius credulitatis vel opinionis: ⁊ hoc aliquando propter consuetudinem audiendi aliq̇d in hac scientia: aliquando ꝓpter auctoritatem preceptorum.

Tertia propositio

¶ Tertia propositio. Iuuenes vt in pluribus nō sunt consentanei huius scientie auditores quātū ad actus studiosos exercēdos (qui sunt finis huius scientie) nisi concurrente parentum vel aliorꝫ ipsos regentiū coactione. ⁊ hoc propter frequenteꝫ impetum passionum eis quasi a natura inditarum. Ideo quādo sunt sub debito preceptoruꝫ regimine sunt vtiles philosophie moralis auditores ad virtutes adipiscendas ⁊ vitia fugienda.

Quarta propositio

¶ Quarta ꝓpositio. Sectatores passionum ⁊ iuuenes scdm moreꝫ non sunt vtiles auditores huius scientie quo ad cōsecutionem finis huius scientie: qui est studiose operari.

Quinta propositio

¶ Quinta propositio. Sectatores passionum incontinentes ⁊ iuuenes scdm morem sunt vtiles auditores huius sciētie/ quo ad vite emendationē dūmō non fuerint obstinati. Prima pars pꝫ: nam ꝑ hanc scientiam possunt cognoscere se male viuere: ipsorūqꝫ vitaꝫ esse oīno vituperabilem: ⁊ per huius

scientie studium citius se retrahent ab ea. Secũda pars probatur: nam obstinati gaudent de sua mala vita ⁊ per cõsequens habent iudicia erronea credentes bonum malũ/⁊ malũ bonũ/⁊ sic per huius doctrine studium non consequentur finẽ discipline: ⁊ per ꝯñs vane ⁊ sine quacũqꝫ vtilitate audient. ¶ Sexta propositio: Hec sciẽtia est maxime vtilis ꝑfectis siue perfectis ⁊ in virtute cõfirmatis: pꝫ. qꝛ tales propter experientiam quã habent/poterũt firmiter assentire cõclusionib⁹ huius scientie: ⁊ demum consequi verum finem scientie: qui est bñ beateqꝫ viuere. ¶ Ex quo patet ꝙ hec sciẽtia omnib⁹ est vtilis nisi deprauatꝫ ⁊ ĩ malicia sua ꝑseuerãtib⁹.

Contra dicta.

Sed contra istud instatur probãdo iuuenes esse consentaneos huius discipline auditores. quia iuuenes non sunt erroribus seducti: ergo possunt huius scientie finem consequi: ⁊ per consequens sunt idonei huius sciẽtie auditores. ¶ Itẽ: Iuuenes ꝓficiũt in scientijs speculatiuis. ergo pñt etiã ꝓficere ĩ practicis: ꝯsequẽtia est clara: qꝛ obiecta scientiarũ practicarum/vtpote philosophie moralis: magis cadit sub experientia humana.

Ad primaꝫ rationem

Ad primam rõnem respondetur ꝙ lꝫ iuuenes scđm etatẽ non sint deprauati moribus sicut senes praui: sunt tñ abundantes passionib⁹: ĩ ipsis etiã est defectus experiẽtie circa actus humanos q̃ maxime reqrit̃ ad ꝯsecutionẽ finis hui⁹ scie.

Ad scđam rõnem.

Ad aliam rõnẽ rñdetur ꝙ in speculatiuis sciẽtijs nihil est ꝯtriũ neqꝫ repugnãs assecutiõi finis illaꝝ sciẽtiarũ: sed in practicis aliqd ꝯtrariatur: vtpote passio vel defectus experientie.

Secũdo arguitur.

Secũdo sic argumẽtor ꝓbãdo hãc scientiã cõferre secutorib⁹ passionũ. Naꝫ medicina maxime cõducit egrotis: lꝫ hec sciẽtia est medicina maloꝝ: ergo maxime valet malis.

Ad hoc rñdetur cõcedendo totum argumentũ ꝙ valet secutorib⁹ passionũ: sed Aristoteles vult dicere ꝙ nõ valet secutorib⁹ passionũ obstinatis. Uel sic põt dici ꝙ lꝫ medicina naturalr̃ maxime cõferat egrotꝫ: nõ tñ medicina libere assũpta.

Tertio arguitur.

Tertio argumentor ꝓbando ꝙ hec scientia nõ sit vtilis studiosis: quia studiosi habent finẽ huius scientie: ergo non est eis vtilis.

Ad hoc rñdetur negando cõsequentiam: qꝛ licet nõ sit eis vtilis tanq̃ aliqd curatiuũ: est tñ eis vtilis tanq̃ aliquid ꝓseruatiuũ. etiaꝫ boni ꝑfecti⁹ intelligunt que in hac scientia morali traduntur ꝓpter experientiã bonorũ operum.

¶ Tractatus Secũdus.

¶ Ca. j. Quidnã sit humana felicitas/ꝑscrutari incipit. Ostenditqꝫ a nobis notis incipienduꝫ esse. Ideoqꝫ moribus bene institutum esse oportere euꝫ qui satis idoneus sit huius scientie auditor.

Nunc auteꝫ repetentes dicamus (cũ om̃is cognitio atqꝫ electio bonũ quoddam affectet) qdnã sit id qđ ciuilẽ appetere dicim⁹ facultatẽ/⁊ quid oĩm rerũ agendarũ supremũ sit bonũ. ¶ Noĩe igit̃: oẽs fere de ipo ꝯsentiũt. Nã ⁊ vulgus ⁊ elegantes felicitatem inqunt eẽ. Atqꝫ bñ viuere/bñqꝫ agere/⁊ felicẽ eẽ: eadẽ eẽ putãt. De felicitate aũt quenaꝫ dissentiũt: ⁊ nõ silr̃ vulgus/ac sapiẽtes eã assignãt. Quidã em̃ vnũ/quid eoꝝ que clara manifestaqꝫ sunt/ipsam esse putãt: vt voluptatẽ/aut diuitias/aut honorẽ. Quidã aliqd aliđ. ꝑsepe ẽt vnus idẽqꝫ diuersuꝫ. Nã cũ egrotat/sanitatẽ. cũ pauper est: diuitias. Ignoratiõis vero cõscij sue: eos admirant̃ q magnũ aliqd ⁊ vltra vires ipsorũ dicũt. Quidã aũt preter hec plura bona/aliud quoddã ꝑ se esse putabant: qđ quidẽ ⁊ his vniuersis vt sint bona cẽsuere causam esse. Oẽs igitur opiniones scrutari: supuacaneũ est fortasse. Satis aũt erit: si eas scrutabimur que maxime extãt/aut rõnẽ aliquã hẽre vident̃. ¶ Atem̃ ne lateat nos: eas iter sese rõnes differre que a principijs ꝓficiscuntur/⁊ que ad principia pergũt. Recte enim ⁊ Plato dubitabat atqꝫ q̃rebat: vtrum a principijs/an ad principia sit ipsa via: vt in stadio/ad calceꝫ exijsse qui premia ponũt/an cõtra. Enimuero semꝑ est a notis incipiẽdũ. Hec autẽ duob⁹ modis talia sunt. Alia nãqꝫ sunt nobis: alia simpliciter nota. Nobis igit̃ forsitan ex ijs incipiẽdũ: est q̃ nobis sunt nota. ¶ Quocirca bene ĩstitutũ morib⁹ eũ esse oportet: qui de honestis ⁊ iustis/⁊ omni ciuili rõne est sufficiẽter auditur⁹. Est em̃ principiũ ex se. atqꝫ si hoc satis ꝯstet: nõ op⁹ erit ipo cur est. Talis aũt aut habet principia: aut accipe facile põt: cui vero neutrũ horũ inest/is Hesiodi sñiam audiat hisce carminib⁹ explicatã.

Optimus ille quidẽ est: ex sese qui oĩa nouit:
Perceptis que post ⁊ semper sunt meliora.
Is rursus bonus est: paret qui recta monẽti.
At qui ex se nescit/cuiq̃ nec porrigit aures
Ut bona percipiat: demens/⁊ ĩutilis ille est.

Hoc est quartũ caput huius primi libri qđ trib⁹ cõclusionib⁹ claudit̃.

Prima conclusio

¶ Pria ꝯclusio. Cõuenit id supremũ bonũ cognoscere ad qđ nos ꝑducere itẽdit hec facultas moralis. Nã supra dixim⁹ oẽm doctrinã pariter ⁊ electionẽ bonũ quoddã appetere. Hec aũt facultas moralis doctria q̃dã est. Appetit igit̃ aliqđ bonũ: ⁊ id sũmũ bonũ agibiliũ dictũ ẽ: quare expediẽs est q̃d sit hmõi sũmũ bonũ cognoscere.

Secũda cõclusio

Scđa cõclusio. Antiqui philosophi de sũmo bono in aliq̃ cõsenserũt: dissenserũt ẽt in aliquo. Nã oẽs in noĩe ferme cõsentiũt/ꝙ sũmũ bonũ humanum vocitetur/⁊ bñ viuere/bñ agere/felicẽqꝫ esse/idẽ esse iudicãt. At ꝟo dissentiũt quenã res sit ipa felicitas: nec eodẽ mõ vulg⁹/ac philosophi/siue

sapientes/

sapiētes/sūmū bonū assignāt. Nōnulli ei i patētibꝰ manifestisqꝫ rebꝰ ipsaꝫ felicitatē collocāt. Res em̄ patētes ac manifeste sūt voluptates/bōa externa/ atqꝫ corpis/⁊ honores. Quidā ꝟo vno tpe vnuꝫ/⁊ alio tpe aliđ/felicitatē assignāt: vt egri corpis vali tudinē felicitatē putant ijdē facti iā sani: ſꝫ paupes diuitias sūmū bonū autumāt/diuites ꝟo facti: sed ignari scientiā. Alij ꝟo cōcertant sūmū bonū ideꝫ esse: qđ causa sit oībus p̄dictis vt bona existant: ſꝫ oēs recensere opiniones supuacaneū est ⁊ futile: ſꝫ sat erit eas recēsere q̄ maximā habēt apparentiaꝫ suasionēqꝫ secum adducunt.

Tertia conclusio

Tertia cōclusio q̄ processum rōcinatiuū ꝯcernit. Rōnes siue rōcinatiōes q̄ a principijs ꝓficiscunt: ⁊ q̄ ad principia ꝑgūt: inter se discrimen patiunt. Naꝫ ⁊ recte Plato dubitabat an i disciplinis a principijs/an ad p̄ncipia sit via: quēadmodū currētibꝰ in stadio cū ad finē p̄mia ponūt: aut ꝯ cū ad principia cursus est nūc a principio nūc ad p̄ncipiū. ¶ Huic dubitatiōi Platonis facile est r̄ndere. Nā a notioribꝰ nobis semp est inchoādū: ⁊ bifariā aliqua notiora sunt q̄ ad nos ⁊ scđm naturā: ⁊ cum nobis principia nota nō sunt: a notioribꝰ nobis ad principia ꝓcedimꝰ. Cū ꝟo p̄ncipia nota sunt: reliq̄ ꝟo ignota: a principijs ad p̄ncipiata ꝓgrediēdū ē.

Correlariū

¶ Quo fit vt bn̄ institutū moribꝰ eū eē oportet qui in hac disciplina de honestate ⁊ iusticia/oīsqꝫ virtutis moralis actiōe/est sufficienter auditurus. Nam principia ex se ⁊ nō ꝑ alia cognita esse debent: ⁊ cui hoc ꝯstiterit/nō q̄rat q̄re principia ꝟa sūt. Atqui bn̄ moribꝰ educatꝰ ē: iam huiꝰ doctrine p̄ncipia tenet: aut a docēte principia facile recipere pōt. Qui aūt neqꝫ principia huiꝰ sciētie habet: nec a docēte recipe principia cupit: Hesiodi sententiā audiat.

Hesiodus.

Annotationes.

Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro.
Prospiciēs rerum fines meliora sequutus.
Dignū laude virū parentē recta monenti.
Credimus: ille tn̄ qui sibi non consulit: ⁊ qui
Alterius p̄cepta fugit/ vir inutilis ille est.

Opiniones de felicitate

Hic notant opiniones de felicitate q̄ sexdecim sunt numero. ¶ Prima est omnē felicitatē tollentiū Phyrronis Heliensis Zenophanis/ nullū bonū aut malū esse astruentiū. hec em̄ opinio ab oī philosophoꝝ schola explosa ē. ¶ Scđa ē opinio ponētiū voluptatē corpoream esse felicitatē: vt Aristippi Epicuri ⁊ Eudoxi. ¶ Tertia ē ponētiuꝫ diuitias: vt lydius Cresus/ Mydas phrygius. ¶ Quarta ē ponētiū felicitatē honorē: vt Peryander/Lycofron. ¶ Quinta ē ponētiū sanitateꝫ: vt q̄ aduersa valitudine laborāt. ¶ Sexta est ponētium sciam: vt Herilus calcidoniꝰ credidit. ¶ Septima est ponētiū felicitatē ideā. ¶ Octaua ē ponētiū pulchritudinē corpis: vt Orpheꝰ. ¶ Nona ē eoꝝ opinio q̄ eā fortitudinē corpis assert: vt Milo crotonēsis. ¶ Decima est eoꝝ q̄ ipsaꝫ felicitatē nobilitateꝫ dixerūt. ¶ Undecima ē ponētiū ipsaꝫ eē ꝟtutē: vt Zeno ⁊ Diogenes ⁊ alij stoycoꝝ. ¶ Duodecima ē ponētiū felicitatē eē prudētiā: vt Bionis. ¶ Decimatertia ē ponētiū sapiētiā: vt Biātis. ¶ Deciaq̄rta ē ponētiū felicitatē eē ex his aggregatū: vt dixit Thales Milesiꝰ. ¶ Deciaq̄nta est ponētiū ꝟtutē eē opatiōis vsū atqꝫ opationē: vt Aristoteles ⁊ alij ꝑipateticoꝝ. Et hec sūmatim de felicitate collecta sūt q̄ ifra dilucidiꝰ apient.

Quid stadium.

¶ Est em̄ stadiū (vt vulgo dici solet) octaua ps miliaris/ cētū viginti q̄nqꝫ passus cōtinēs. Sꝫ Petrus crinitꝰ aliquoꝝ iusticiā rep̄hēdens / sic inq̄t li.xxj.ca.xx. triplex fuisse apud ātiq̄s stadiū: olympicū/phyticū/⁊ italicū. Nā phyticū q̄dē pedibꝰ millenis finit: olympicū.cccc. italicum pedibꝰ cētū ⁊ viginti q̄nqꝫ. Cēsoriꝰ q̄qꝫ refert. Neqꝫ me latet Herculis stadiū ab ātiq̄s celebratū quo.cc. pedes haberent: quod ip̄m stadij spacium Hercules suis pedibus metatus est. Principiuꝫ in ꝓposito est ꝓpositio nota.

Petrus crinitus

Triplex stadium

Cēsorius.

Principiuꝫ.

¶ Ca.ij. declarat felicitatē non esse reponēdam in voluptate nec i honore: immo nec oīno in habitu virtutis. ⁊ nequaq̄ꝫ in diuitijs.

SEd nos eo redeamꝰ vn̄ digressi sumꝰ. Sūmū em̄ bonuꝫ felicitatēqꝫ: nō sine rōne ex viuendi mō vident existimare. vulgꝰ q̄dē ⁊ iportunissimi/voluptatē. Quapropt ⁊ deditā voluptatibꝰ vitā amāt. Tres em̄ sunt maxime q̄ p̄cellūt: ea q̄ nūc dicta est/⁊ ciuilis/⁊ contēplatiua tertia. ¶ Vulgꝰ igr̄/mācipij simile penitꝰ eē videt: pecoꝝ vitā diligēdo. Habet aūt rōnē. q̄ cōplures eoꝝ q̄ sunt in potestatibus ꝯstituti: ꝑinde atqꝫ Sardanapalꝰ viuūt. ¶ Elegātes aūt/⁊ ad agendū idonei: honorē. Honor em̄: finis fere ciuilis est vite. Videt aūt: ab eo distare qđ q̄rimꝰ. Nā in ijs potiꝰ q̄ afficiūt/q̄ꝫ in ijs q̄ afficiunt honoribꝰ: esse videt. Sūmum āt bonū/ꝓpriū q̄d taleqꝫ esse vaticinamur: vt auferri facile neq̄at. ¶ Preterea honorē ꝑseq videt: vt seipsos bonos eē credāt. Itaqꝫ a prudentibꝰ/⁊ apud eos q̄ ip̄os cognoscunt: ⁊ ob virtutē honoribꝰ affici querūt. Cōstat igit secūdū hos ipsos: honore prestabiliorem esse virtutē. ¶ Atqꝫ forsitan ⁊ fineꝫ q̄spiā ciuilis vite magis hanc esse putauerit: verū ⁊ ip̄a videt iperfectior esse. Videt enim posse virtutē habentē: ⁊ dormire/aut non agere quicq̄ꝫ per vitā/⁊ insuper in maximis malis atqꝫ aduersitatibus fortune positum esse. Euꝫ vero qui ita se habet: nemo felicem dixerit/nisi qui positionem obseruat. Sed hec hactenus. Satis enim de his est ⁊ in conuersionibus dictum. De contemplatrice autem vita/quam tertiā diximus: in sequentibus considerationem faciemus. ¶ Ea vero q̄ pecunijs incumbit: violenta quedam est vita. Ip̄eqꝫ diuitie: nō sunt id quod querimus bonuꝫ. Utiles enim sunt/ ⁊ ob aliud. Quapropter ea que prius sunt dicta/potius quispiam fines esse existimauerit: quippe cum propter se expetantur. At neqꝫ ēt illa vident: q̄ꝫ q̄ꝫ ad ipsa cōplures iacte sunt rōnes. Hec igitur missa faciamꝰ.

Prima con clusio.

QUintũ caput scɔ̃i tractatus quinq; ɔclusionib⁹ claudit. ¶ Prima cõclusio. Qui felicitatem ĩ voluptate reponũt/ nõ sine apparẽtia loquunt. Nã hi ex viuẽdi mõ ipsam astruunt in quo nihil voluptate se repire iudicãt p̃stãtius. ⁊ igit voluptificã vitã maxime diligunt: nõ igit sine apparẽtia voluptatẽ felicitatis sedes sibi vendicare dicũt. Tres em̃ sunt vite: q̃ maxime p̃cellũt. ea que nũc dicta ẽ: hoc est voluptuaria ⁊ ciuilis/ que in virtutũ moraliũ opatiõe cõsistit: ⁊ cõtẽplatiua. tertia que in operatione virtutis intellectualis collocatur.

Secũda cõclusio.

Scɔ̃a cõclusio. Voluptas corporea felicitas nõ est: pꝫ. nã voluptifice viuẽtes vitã pecorũ ⁊ mãcipiorꝝ ⁊ oĩno seruilẽ eligunt: sed hic viuẽdi modus lõge distat a felicitate hũana: nõ igit ĩ vita voluptifica cõsistit felicitas humana. Hi ꝟo in voluptate felicitatẽ cõstituẽtes/ sue vite maximũ argumentũ habent: ꝙ in dignitatib⁹ constituti: hanc vitam sibi elegerunt: vt Sardanapalus Assyriorꝝ nouissim⁹ rex: de quo in fine capitis dicemus.

Tertia con clusio.

Tertia ɔclusio. In honore quẽ elegantiores viri/ ⁊ q̃ moderãdis reb⁹ accomodatiores sunt/ ciuilis vite finẽ prestituũt/ felicitas nõ est. Nã felicitas bonũ est ꝓpriũ internũ ⁊ qɔ̃ auferri facile nequeat. Honor aũt cõtra externũ bonuꝫ est ⁊ qɔ̃ auferri facile põt. Nã in honorantib⁹ magis q̃ꝫ in eo q̃ honoratur/ honor cõsistit. Nõ est igit honor asserẽdus felicitas. ¶ Scɔ̃o: qui honorẽ felicitatẽ dicunt/ ipsimet honorẽ querunt vt boni videantur: hinc sũmopere a prudẽtib⁹ ⁊ ab his qui eos cognoscunt/ honorari cupiunt: quo sue virtutis opinioneꝫ ĩducant. igit ita facientes virtutẽ/ honorẽ p̃stãtiorẽ efficiũt: ⁊ hac rõne putabit aliq̃s ꝟtutẽ eẽ felicitatẽ.

Quarta cõclusio.

Quarta conclusio. In virtutis habitu non cõsistit felicitas. Nam virtus felicitate videtur inferior: nam habens virtutem dormire põt: ⁊ nihil per vitam operari. põt etiam maximis atq; durissimis calamitatib⁹ premi: atq; tota vita sic torpentem ⁊ exterius calamitatib⁹ vallatum atq; p̃ssum nemo felicem putauerit: nisi pertinacia quadã curiosius opinionem suam tueatur. De his enim satis dictum est ĩ gymnasticis cõgressionib⁹. De vita vero contẽplatrice paulopost sermo futurus est.

Quinta cõclusio.

Quinta conclusio. Sũmum rerum agendarum bonum in diuitijs non est collocandũ. Nam diuitie bonum vtile sunt: sed violentum ⁊ ꝓpter alterum expetite. Voluptas autem ⁊ honor ꝓpter se expetuntur: igitur voluptas aut honor poti⁹ est felicitas q̃ꝫ diuitie. sed nec diuitie felicitas/ nec honor: vt iam ostensuꝫ est: felicitas existit. tanto minus igitur felicitas in diuitijs collocãda est. Unde mancipia sunt serui/ equi/ boues/ ꝙ manu caperentur. Sardanapalus (vt testatur Iustinus) vir muliere corruptior. Ad hunc videndum (qɔ̃ nemini ante eum permissum fuerat) prefectus ipsius medis p̃positus nomine Arbact⁹ / cũ admitti magna ambitione egre obtinuisset: inuenit eum inter scortorũ greges purpuram colo nentem: ⁊ omnes feminas oculorum lasciuia preeuntem/ pensa inter virgines partiebatur: quib⁹ visis indignat⁹ / tali femine tantum virum subiectum/ tractantiq; lanã/ ferruꝫ ⁊ arma portantes parere/ progressus ad socios quid viderit/ refert: Fit igitur coniuratio: bellũ Sardanapalo infertur: quo audito ille latibula domus circũspiciens/ mox cum paucis in belluꝫ progreditur: victus in regiam se recepit: ⁊ exstructa pyra/ se ⁊ diuitias in incendium mittit: cuius hec p̃cepta ferũt.

Annotationes.
Quid mancipium
Sardanapalus.
Iustinus

Precepta Epitaphij Sardanapali.

Ede/ bibe/ lude.
Et cum te mortalem noris/ p̃ñtibus exple
Delitijs animum: post mortem nulla voluptas.
Nãq; ego sum puluis: qui nuper tanta tenebam.
Hec habeo que edi/ queq; exsaturata libido
Hausit: at illa manẽt multa ⁊ preclara relicta.
Hoc sapiẽs vite mortalib⁹ ẽ documẽtũ. Et Hora.
Lusisti satis: edisti satis atq; bibisti.
Tp̃s abire tibi. De istis in q̃onibus plura dicẽtur.

Horacius

¶ Ca. iij. Aristo. ideam bonorum Platonicam impugnat: atq; extremum ideam fere vt solet irridens artibus inutilem disputare conatur.

DRestat autem fortasse de vniuersali bono considerare/ ⁊ quonam modo dicitur dubitare: q̃ꝙ̃ hec questio perardua nobis est/ propterea ꝙ amici sunt q̃ formas ipsas introduxerũt. verꝫ melius forsitan/ ⁊ oportere videbit: sua/ quoq; p̃sertim philosophos: pro veritatis salute refellere. Nam cum ambo sint amici: sanctum est honore veritatem preferre. ¶ Qui igitur hanc attulerunt opinioneꝫ: in hisce non faciebant ideas/ in quibus prius ⁊ posterius esse dicebant. Iccirco neq; numerorum ideam cõficiebant. At bonum ⁊ ĩ substantia dicitur / ⁊ in quali/ ⁊ in eo quod est ad aliquid. Atq; id quod est per se/ substãtia vero prius est eo natura quod est ad aliquid. Est enim hoc propagini ⁊ accidẽti eius quod est simile. Quibus efficitur: vt non sit in omnibus cõmunis quedam idea. ¶ Preterea cũ bonum eque atq; id quod est dicatur (nam in substantia dicitur bonuꝫ: vt mens ⁊ deus. ⁊ in quali: virtus. ⁊ in quanto: mediocre. ⁊ in relatione: vtile. ⁊ in tempore: occasio. ⁊ in loco: mora. ⁊ alia istiusmodi.) Constat non esse commune quicq̃ꝫ vniuersale ac vnum. Non enim in omnibus predicamentis: sed in vno tantum modo diceretur. ¶ Preterea cum eorum que vnam habent ideaꝫ/ vna sit ⁊ sciẽtia/ bonorum etiam omnium vna scientia q̃dam esset. Nunc autem plures sunt ⁊ eorum que sub eodem predicamento sunt collocata: vt temporis in bello quidem militaris facultas/ in egritudine autem ars medendi. Et mediocris: in alimento quidem medicina / in laboribus autem ars corporis exercendi. ¶ Dubitauerit autem quispiam / quidnam ⁊ velint dicere ipsum quodq; : si vna et eadem

hominis

hominis est ratio/ ⁊ in ipo homine ⁊ in homine. nam quo vterq; est homo: hoc differentiã inter sese nullã habebũt. quod si ita est: neq; quo vtrunq; est bonum. ¶ At vero neq; quia perpetuum est: ideo magis erit bonum. siquidem neq; diuturnum album magis est album: ꝙ vnius album diei. Probabilius autem de ipo [Pythagorici.] videntur dicere Pythagorici: ipsum vnum in bonorum serie collocantes. quos secutus videtur ⁊ Speusippus. [Speusipus] Sed de his quidem alius est sermo. ¶ In ijs autem que dicta sunt/ controuersia quedam videtur: ꝙ rationes non de omni bono sunt dicte. dicuntur autem vna specie bona: ea que amãtur per se. ea vero que hec efficiunt/ aut aliquo modo conseruant/ aut contraria prohibẽt: propter hec ipsa/ modoq; alio bona dicuntur. constat igitur bona bifariam dici: alia per se/ alia propter illa. Seiũctis igitur per se bonis/ a bonis vtilibus: consideremus si ea que sunt per se/ vna idea bona dicantur. at quenam quispiam posuerit per se bona? an ea que ⁊ sine alijs persequimur: quale est sapere/ ⁊ videre/ ⁊ voluptates nõnulle/ atq; honores? hec enim tametsi propter aliud quippiam persequimur: tamen ex ijs esse posuerit quispiam que sunt per se bona. an nihil aliud preter ideã ponendum est? quare forma: res quedam erit inanis. Qđ si hec quoq; per se sunt bona: eadẽ in his omnibus ipsius boni rationẽ inesse oportebit. perinde atq; albedinis ratio: eadem est in niue atq; cesura. at honoris/ ⁊ prudentie/ ⁊ voluptatis/ hoc ipso quo bona sunt: diuerse sunt rationes ac differentes. ipsum ergo bonum nõ est quid commune vna idea. At quonam modo dicuntur? non enim ijsce similia sunt que nomine eodem fortuito nuncupantur. Dicuntur ne igitur: quia sunt ab vno/ aut ad vnum omnia conferuntur? an comparatione potius rationum? etenim vt est in corpore visus: sic est in anima mens/ ⁊ aliud item in alio. Sed hec in presenti forsitan omittenda sunt. nam exacte ipsa discutere: ad aliam magis spectat philosophiam. ¶ Et de idea similiter. Constat em̃ et si est aliquod vnum bonum quod communiter predicatur/ aut separatum quid ipsum per se: non tamen aut agi/ aut acquiri ab homine posse. nunc autem tale queritur. Fortasse autem cuipiam melius esse videbitur cognoscere ipm: ad ea bonoꝝ que possideri ac agi possunt. nam velut exemplar id habẽtes: magis ea que nobis sunt bona/ sciemus. et si scierimus: assequemur. ¶ Hec igitur ratio habet quidẽ quandam probabilitatem: a scientijs autem discrepare videtur. Uniuerse namq; bonum affectãtes quoddam/ idq; quod deest perquirentes: huius pretermittunt cognitionem. tantam tamen opem vniuersos artifices ignorare ⁊ non perquirere: non est consentaneum rationi. dubium autem est et quidnam ad suam artem/ aut textori confert aut fabro: si ipsum scierit bonum. aut quonam pacto vel medicus/ vel dux euadet peritior: qui ideam ipsam aspexerit. Neq; enim valitudinem hoc modo medicus: sed hominis. immo vero huius fortasse considerare videtur: quippe cum singulis hominibus medeatur. Sed de his hactenus.

Sextũ caplm tribus cõclusionibus clauditur. ¶ Prima cõclusio. [Prima conclusio.] Questio de vniuersali bono atq; de idea q̃ nobis perardua est/ atq; difficilis: superest enodanda. Nam qui ideas introduxerunt: nobis amici fuerũt. verũ satius videbitur propria dicta pro veritatis incolumitate refellere. Nam licet Plato ⁊ Socrates sint amici: sctm̃ est atq; piũ illis veritatẽ in honore preferre. [Nota bene.] Socrates em̃ fuit preceptor Platonis: et Plato Aristotelis: ideo Aristoteles vocat eos amicos. Nam preceptores amici censentur.

Scđa ꝯclusio. Felicitas haudquaq̃ in idea collocãda est: [Scđa conclusio.] ptz primo. Nã q̇ ideas introduxerũt: non ponebãt eas in his in q̇bus pri⁹ ⁊ posteri⁹ esse dicebãt. ⁊ ideo numeroꝝ nullã ideã faciebãt: cuz in numeris reperiaṫ prius ⁊ posterius. Sed bonũ qđ hoc in loco disquiriṫ: scđm prius ⁊ posterius dr. nã in substãtia ⁊ in quali ⁊ in adaliq̇d: q: substãtia suapte natura prior est accidẽte vt qualitate/ aut adaliquid. Est em̃ adaliq̇d/ aut accidẽs/ aut accidẽti substãtie ꝓsimile. bonũ igiṫ qđ hic iuestigaṫ/ idea nõ est. ¶ Secũda ratio [Scđa rõ.] Bonũ tot modis dr/ quot modis dr ens nã in substãtia est aliqđ bonũ vt de⁹/ mens: i quãtitate est mediocre qđ neq; maius neq; minus q̃ deceat est: in qualitate virtus: in adaliquid vtile: in tpe occasio: in loco mora: ⁊ ita in alijs predicamẽtis. sed istud cõe bonũ non in omnibus predicamentis reponitur sed potius in vno tantũ: sed tunc cetera bona esse negabũt. Sati⁹ igiṫ est huiusmodi sũmũ bonũ tollere. ¶ Tertia ratio. [Tertia rõ.] Eorum que vnã habent ideam/ vnica est scientia: sed omnium bonorum est vna scientia: cũ eiusdẽ boni plures sint scie: vt tpis (qđ est quoddã bonum) plures sunt scie. nã tpis in bello/ scia militaris est. temporis in egritudine/ medendi scientia. Similiter mediocris in alimento/ medicina est. mediocris in labore/ gymnastica. non igitur omnium bonorum statuenda est vna cõmunis idea.

Occurrit igitur dubitatio quidnam [Dubitatio.] [Quarta rõ.] Platonici velint dicere/ ipm quodq;: hoc est ipam ideam. Nam si vna eadẽq; ratio in ipso hoie ⁊ in homine videṫ: eodẽ iure/ eadẽ boni ratio in ipo bono/ et in bono esse videṫ. Sed eadẽ hois ratio in ipo hoie ⁊ in hoie est. non em̃ quo vterq; homo est/ in hoc vllã differentiã habent. non igiṫ preter particulares homines fingendus est homo cõis: nec etiã preter par-

Quinta rō. ticularia bona fugiendū est bonū cōe. Nec sufficiens est eorū ratio qui dicūt. Licet bonuꝫ ⁊ ipm bonū sint eiusdē rationis: ipm tñ bonuꝫ ideo magis bonū est/

Auctoritas qꝛ perpetuūt. Nam albū diuturnius/ nō magis albū est q̃ albū vnius diei: igit neqꝫ diuturnius bonū/ magis bonū erit q̃ bonū nō diuturnū siue transitoriū/

Sexta rō. ⁊ fluens. ¶ Sexta ratio. Nihil est qđ de supradictis ꝯtrouersiā inducūt dicētes se nō de omi bono ideas intēdere: at superi⁹ adducte rationes de omni bono intelligunt: modo bonorū quedā sunt per se. i. ꝓpter se expetibilia: quedā hec bona per se efficiunt: quedā conseruant: ⁊ quedam contraria prohibent. Et hec bonorū per se sunt gratia. quo fit vt bifariā bona dicantur. quedaꝫ bona per se: quedā ꝓpter hec ipsa. i. bona vtilia: sed nūc perscrutandū est: an bonorū per se/ alijs bonis ad partē relictis/ sit vna cōis idea: sed que sunt bona per se/ in dubiū vertit: an que licet sola sint: sunt tñ propter se appetēda: vt sapere/ videre: et nōnulle voluptates: hoc est delectationes opera studiosa sequētes. Tametsi hec oīa ꝓpter aliud expetimus: nihilocitius tamen propter se expetenda putabuntur. An nihil aliud per se bonū preter ideam: id quidem ridiculū erit. igitur idea est res quedā inuenis ⁊ superuacanea. alioquin si superflua nō est: sꝫ ab hac idea oīa bona per se bona dicunt: sequitur qꝛ in cunctis erit eadē ratio boni: sicut in niue ⁊ cerusa eadem est albedinis ratio: sed sapientie/ honoris/ et voluptatis/ nō est eadē ratio: immo differentes sunt rationes ea parte qua bona sunt: igit nō oīm est vna cōis idea. Sed quereť tunc quonā modo predicta bona sunt bona. non em̄ bona sunt: qꝛ idem nomē cōmune fortuitū/ eis cōuenit. an bona dicuntur qꝛ sunt ab vno: an qꝛ in vnū tendunt: an in emologia: hoc est in quadam similitudine ⁊ proportiōe: vt est mens in aīa ⁊ partes in toto. Nam hec disputatio in presentiarum relinquenda est: qꝛ ad aliā spectat disciplinā.

Septīa rō. ¶ Septima ratio. Si esset aliqđ tale cōe bonū: ipm non posset agi seu operari/ aut possideri ab hoie. tale autē bonū qđ ab hoie possideri potest/ in hac disciplina quereť. igitur talis boni consideratio ab hac scia relinquēda est. nec valet si dicatur: q̃uis id bonum agi/ possideri ab hoie nequeat: ipm tamen cognoscere plurimū confert ad bene beateqꝫ viuendū. nam si hoc tanq̃ exēplar nobis proposuerimus: magis intelligemus que bona facienda sunt. illud vero cognoscentes/ ipm bonū facilius adipiscemur.

Tertia conclusio. Idee cognitio perparum confert ad summū agendorū finem assequendum: nam licet ratio superius adducta / aliquid apparentie habeat: a sciētijs tamen differe videtur: vt que vniuerse bonum quoddā affectent: ⁊ id qđ deest/ quodqꝫ necessariū est ipsis/ perquirant: ⁊ idee cognitionem permittant/ acsi eius idee necessaria esset cognitio: absurdū esset vniuersos artifices id ignorare sed quidnā idea ad suam artem textori confert: quid fabro: quidue medico / ⁊ quonā pacto si eam medicus perspexerit/ euadet peritior. neqꝫ enim medicus hoc pacto sanitatē considerat: sed hois sanitatē cum particularibus hominibus medeatur. Quare nō est assignanda talis idea tanq̃ summū rerum agendarum bonum.

Annotationes. **Hic aduerte diligēter philosophos** qui ideas astruxerunt. fuerunt enim Socrates/ Plato/ Epicarm⁹/ Proculus/ Plotinus/ Porphyri⁹. Nō solum Aristo. Platonis ideas negauit: verūetiā multi aliorum Platonis auditorū. Cum enim semel Plato in Academia doceret: ⁊ de ideis differens/ mensalitatem nominasset. Tunc Dyogenes qui forte illic aderat: equidem Plato (inquit) mensam video. mensalitatem nō video. Certe ideas vt pleraqꝫ alia iam ridebat Dyogenes. Cerusa ex acri aceto ⁊ fragmētis laminarū plumbearū que arefacta molluntur ⁊ cribrātur/ iterūqꝫ aceto mixto dirimunť/ in candidos pastillos qui estate in sole siccantur/ ⁊ ad candorē feminarū adhibentur: que fluxe forme plusq̃ deceat / inanem gratiam querunt: studentqꝫ plus equo placere. ⁊ huiusmodi mulierculas cerusatas vocauit antiquitas. Scđm pythagoricos vna est bonorum coordinatio. alia vero malorū. Bonorū coordinatio hec est que sequitur. Impar/ finitum/ dextrum/ masculum/ quietuꝫ/ rectum/ quadratum/ intellectus/ vnū lumē. Coordinatio malorum. Par/ infinitum/ sinistrū/ femininū/ motum/ curuum/ altera parte longius/ opinio multa/ tenebre. hec enim que in bonorū ordine collocata sunt/ perfectissima euadunt: quibus opponūtur ꝫm pythagoricos ea que in malorū ordine collocantur.

Nota bene. Dyogenes. ~~Cerusa~~. Pythagoras.

¶ Cap. iiij. Ostendit primum ipsam felicitatē esse aliquid omnino perfectum ⁊ per se sufficiens. ⁊ deinde finit. atqꝫ iterum scđm figuram ⁊ ex nobis notioribus declarandum hic esse cōmemorat.

Nunc rursus redeam⁹ ad id qđ querimus bonum: ⁊ quid tandem sit ipm inuestigemus. esse em̄ aliud in alia actione/ arteqꝫ videtur. aliud est enim in medicina/ et in re militari/ et in ceteris similimodo. quid igitur vnicuiqꝫ bonum est: an non id gratia cuius cetera aguntur: hoc autem in medicina quidem est sanitas/ in rei vero militaris facultate victoria/ ⁊ in extruēdarum edium arte domus/ et in alia aliud/ in actione etiam omni electioneve: id qđ est finis. huius enim gratia cetera omnes agunt. ¶ Quare si quis omniū rerum agendarum sit finis: is ipm bonum agendum erit. sin autem vero plures: hi ipsi. Oratio igitur migrando ad idem accessit. enitendum autem est magis hoc declarare. ¶ Cunqꝫ itaqꝫ plures esse videantur fines: ⁊ horum quosdam ob alios expetamus/ vt diuitias/ fistulas/ instrumentaqꝫ: omnino perspicuum est/ nō omnes fines esse perfectos. ¶ At finis optimus: perfectum quiddam esse videtur. quare si tantum vnus perfectus sit finis: is qui erit qui queritur. sin plures: is qui horum est perfectissimus. ¶ Eum autem qui per se est expetibilis: perfectionem eo dicimus esse qui est ꝓpter aliū expetendus. ⁊ euꝫ qui nunq̃ ob aliū expetitur: ijs vniuersis qui per se ⁊ propter illum etiā expetuntur. Et euꝫ igitur perfectum simpliciter: qui per se semper est

⁊ nunq̃

et nunq̄ ob alium expetendus. talis autem finis/ipsa felicitas maxime esse videtur. hanc em̄ propter seipam semper: ⁊ nunq̄ ob aliud quicq̄ expetimus. honorem autem/ voluptatem/ mentem/virtutem deniq; omnem/⁊ propter se expetimus (quippe cum ipsorum quodq; expeteremus: si nihil inde etiam proueniret) ⁊ felicitatis etiam gratia: per hec ipsa felices fore nos arbitrantes. sed illorum gratia felicitatem aut ob aliud prorsus expetit nemo. Idem ⁊ ex sufficientia videtur accidere. Perfectum nāq; bonum: per se sufficiens esse videtur. Sufficiens autem dicimus: non ipsi soli qui vitā solitariam agit/sed ⁊ parentibus ⁊ natis/⁊ vxori/⁊ amicis omnino/ac ciuibus/ quandoquidē homo natura ciuilis est. atq; sumendus est in hisce terminus quidam. nam si ad parētes hoc ipsum/⁊ natorum natos/⁊ amicorum amicos extenderis: in infinitum fiet abitio. sed de hoc considerandum est postea. Id autem sufficiēs esse ponimus. quod solum a ceteris segregatum/expetibilem vitam facit/reiq; nulli⁹ indigentem: talem autem felicitatem ipsam esse existimamus. ¶ Et insuper cum non numeratur cum ceteris/maxime omnium expetibilem: cū numeratur/ magis expetibilem cum minimo bonorum esse putamus. excessus enim bonorū fit id quod adiūgitur. id autem semper magis est expetibile quod/maius est bonum. perfectū igitur quoddam ⁊ sufficiens videtur esse felicitas: cum sit rerum agendarum omnium finis.

¶ Sed forsitan felicitatem quidem summum esse bonum dicere: ab vniuersis conceditur. desideratur autem vt dilucidius quidnā sit ipsa dicatur. hoc igitur fortasse fuerit: si opus hominis caperetur. vt enim modulatoris/statuarij/ceterorumq; artificum/⁊ eorum omnium omnino quorum est opus aliquod/actiōve/bonū/ et id quod bene sese habet/in ipso opere videtᷣ consistere: sic ⁊ hominis bonum in opere ipsius esse videbitur/si sit ipsius aliquod opus. fabrine igitur ⁊ sutoris opera sunt quedā actionesve/hominis autem nullū est opus/sed est ociosus. an vt oculi/manus/pedis/⁊ cuiusq; omnino partis aliquod opus videtur: sic ⁊ hominis preter hec omnia / quispiam aliquod posuerit opus? ¶ Quid igitur id fuerit tandem? Viuere em̄ homini cōmune videtur esse cum plātis. opus autem proprium queritur. segreganda est ergo nutriēdi/augēdiq; vita. ¶ Hāc sentiendi sequitur vita. at ipsam etiam homini cū equo/ac boue/omniq; animali cōstat esse communem. ¶ Restat igitur actiua quedam rationem habentis. Huius autē aliud est vt obediens rationi: aliud vt eam habens atq; intelligens. Sed cum hec etiam bifariam dicatur: ea ponenda est que est actu. hec enim magis proprie dici videtur. est igitur opus hominis: operatio anime per rationem/aut non sine ratione ¶ At vero opus huius/ac studiosi huius idē esse genere dicimus: vt citharedi/studiosiq; citharedi. ⁊ hoc in omnibus absolute/excessu qui est a virtute ad ipsum opus adiuncto. citharedi nāq; opus est citharam pulsare. studiosi vero bene pulsare. Eodem modo cum hominis opus vitam quandam esse ponamus/et hanc ipsam operationem anime/atq; metus cum ratione: studiosi profecto viri hec ipsa sunt cum bene recteq; fiunt. singula autem bene: per propriam virtutem efficiuntur. ¶ Que cum ita sint. fit vt bonum humanum anime sit operatio per virtutē. ⁊ si plures sint virtutes: ꝑ optimam nimirum et perfectissimam/⁊ insuper in vita perfecta. Ver enim/nec vna facit irundo nec vnus dies. et beatum eodem modo/felicemve nec vnus dies: nec breue efficit tempus. summum igitur bonum: hoc circūscriptum sit modo. ¶ Primum nanq; forsitan vt figuram quandam discribere: postea depingere ipsum oportet. Videtur autem cuiuslibet esse ea que bene sunt circūscripta/producere ⁊ explicare/ atq; exponere. ¶ Tempusq; talium inuentor esse atq; adiutor bonus. vnde et artium facta sunt incrementa. est enim cuiuslibet id quod deest/supplere ac addere. ¶ Oportet autem ⁊ ea que supra dixim⁹ in memoria habere: ⁊ ipm̄ exactum non in omnibus eodem modo/sed in singulis vt patitur subiecta materies. ¶ Et eousq; quousq; ad doctrinam attinet: flagitare. nam faber ⁊ geometra diuerso modo angulum rectum inquirunt. alter enim quo ad vtilis est ad opus: alter quidnam sit/et quale quidem ipsum inquirit: contemplator enim est veritatis. idem modus ⁊ in ceteris est seruandus: ne ijsce que instituimus agere/ plura fiant ea que fines illorum egrediuntur. ¶ Nec in omnibus simili modo causa postulanda est: sed sat est in quibusdam/si bene demonstrata fuerint esse. quodquidem et in ipsis principijs fit. atq; hic modus primus est et principiū: principiorū autem: alia inductione/alia sensu/alia assuetudine quadam/alia alio modo perspiciūtur. enitendum est autem singula pertractare: vt suapte natura percipi possunt. ⁊ adhibenda

est diligentia: vt bene diffiniantur. nam magnã ad ea que sequuntur / afferunt opem. ¶ Principium enim plusq̃ dimidium totius esse videtur: ⁊ eorum que querũtur complura / per ipm manifesta fieri solent.

Prima conclusio. Septimum caput decẽ conclusionibus clauditur. ¶ Prima cõclusio. Felicitas est summum bonum operationum humanarum. Pro huius conclusionis pbatione supponitur vt supperius pbatum est: in vna quaqꝫ arte ⁊ scientia aliũ ⁊ alium esse finem. vt alius est medicine finis: alius rei militaris: ⁊ alius aliarũ artiũ atqꝫ facultatũ. Id enim in vna quaqꝫ arte precipuum bonum est / gratia cuius cetera in eadem arte fiũt. Hoc autem in medicina est sanitas: in facultate militari victoria: et in architectonica domus / et in omni administratione / actione / electiõe ve / id qđ est finis. Nam gratia finis in artib⁹ ⁊ scientijs ipa agũtur cetera. Quapropter si omniũ agendorum aliquis est finis: talis finis ipsorum agendorum summũ bonum est. Si ꝟo plures sunt fines / plura etiam sunt bona / aut illorum finium optimus: sed superior sermo in eandem sententiam redit.

Scđa conclusio. Secunda conclusio. Non omnes fines eque perfecti sunt. Nam cum plures sint fines: et quosdam aliorum gratia expetamus: seu diuitias / fistulas ⁊ cetera instrumenta. non igitur omnes fines eque perfecti sunt. Finis em̃ perfectus propter se expetibilis est.

Tertia conclusio. Tertia conclusio. Si tm̃ rerum agẽdarum vnus perfectus finis est: is est qui hoc in loco queritur: sin ꝟo plures perfecti / is qui eorum perfectissimus est. Nam finis optimus / perfectuꝫ quiddã est: si igitur tantũ agendorũ vnus finis perfectus est eorum finis erit: atqꝫ eorum bonum hoc in loco queritur. sin ꝟo plures perfecti / id bonum erit eorũ perfectissimus. Nam id maius perfectiusve bonũ est.

Quarta cõclusio. Quarta conclusio. Felicitas est finis perfectus simpliciter: patet. Nam eorum que expetũtur / quedam expetuntur propter aliud solum: quedã propter se solum: ⁊ quedã propter se ⁊ propter aliud expetuntur: sed finis qui propter se expetitur / est perfectior fine qui expetitur solum propter aliud: ⁊ is finis qui nunq̃ ꝓpter aliđ expetit̃ / ꝑfectior est vniuersis finibus qui propter se ⁊ propter aliud expetuntur. Is item finis est perfectus simpliciter qui nunq̃ ob alium finem expetitur: sed propter se. Talis autem finis maxime videtur felicitas. Nam honorem / delectationẽ / ⁊ oẽm deniqꝫ virtutem / propter seipã expetimus quãdoquidẽ expeteremus: ⁊ si nihil aliud nobis futurum putaremus ⁊ propter ipsam felicitatem etiã expetimus: per hec omnia predicta nos felices futuros arbitrãtes: sed felicitatem horum gratia aut ob quicq̃ aliud expetit nemo. Est igitur felicitas finis / simpliciter perfectus atqꝫ vltimus.

Quinta cõclusio. Quinta conclusio. Felicitas bonum sufficiens est. Nam quicquid perfectum est / sufficiens bonum est. At vero felicitas perfectum bonum est / quare ⁊ sufficiens. Et bonum sufficiens id dicimus / **Quid bonũ sufficiens.** non qđ vni soli et solitariam vitam degenti satis est. sed qđ sufficit parentibus ⁊ vxori / natis / amicis omnibus / ac ciuibus: q̃ quidem homo ciuilis ac cõgressibilis est. sed in his aliquis terminus statuẽdus est. Si enim ad natos natorum / ⁊ amicos amicorum se extendat: in infinitũ abibit: sed de hoc futurus est sermo. Et bonum per se atqꝫ sufficiens dicitur: quod solum atqꝫ a ceteris sementum vitam optabilem reddit / nulliusqꝫ rei indigam. Tale autem bonum omnes felicitatem existimant.

Sexta conclusio. Felicitas solitarie considerata neqꝫ cum alijs cõnumerata bonis / maxime omnium expetibilis est: cõnumerata ꝟo magis. fit enim bonorum quoddam incrementum atqꝫ excessus in eoipso videlicet quod illi adiungitur. Igitur illorum bonorum accumulatio magis est expetẽda. maius enim excedensqꝫ bonum magis eligendũ: igitur felicitas solitaria maxime omnium est expetibilis. cõnumerata ꝟo cum alijs magis. est igitur cõcessum ab omnibus felicitatem summũ bonum perfectum atqꝫ sufficiens esse. **Sexta conclusio.**

Septima cõclusio. Felicitas est propria hominis operatio: sed id dilucidius intelligetur si proprium hominis opus peruestigetur. Nam tibicinis ⁊ statuarijs / ceterorumqꝫ artificum: ⁊ omnino eorum quorum aliquod opus aut actio est bonum: ⁊ id quod bene sese habet: hoc est finis operis in operatione consistit / si eius aliquod propriũ opus sit. Sed an fabri ⁊ sutoris aliquod sit opus / hominis ꝟo non. Sed ociosus / inanisqꝫ erit / an oculi / manus / pedis aliquod erit opus: hominis autẽ preter hec non erit opus vllum: hominis igitur propriũ erit opus in quo eius consistit bonum: bonum autem hominis est felicitas: igitur felicitas est hominis operatio. **Septina cõclusio.**

Octaua conclusio. In actu viuẽdi nõ consistit hũana felicitas. Nam viuere cũ plantis homini commune est: at hominis proprium ⁊ familiare opus queritur / in quo eius collocetur felicitas. sequestranda est igitur vegetatiua virtus / atqꝫ vita que auget ⁊ nutrit: in cuius opere nullo modo cõsistit felicitas humana. **Octaua cõclusio.**

Nona conclusio. In operatione vite sensitiue que vegetatricem proxime concomitatur / non est collocanda felicitas. Nam vitam sensitiuam constat homini cum boue / ceterisqꝫ animãtibus esse cõmunem: non igitur in ea vite sensitiue operatione collocabitur felicitas. **Nona cõclusio.**

Decima conclusio. Superest felicitatem humanam in vita rationali atqꝫ intellectiua constitui debere. Nam neqꝫ in vita vegetatiua: neqꝫ in sensitiua consistit: nõ autem est alia vita preter intellectiuam: igitur in intellectiua consistit: sed huius vite due sunt partes: vna vt obediẽs rationi: alia ꝟo vt rõem hui⁹ habẽs atqꝫ formaliter intelligẽs: Et iterum vita rationalis bifariam dicitur. quedam est in potentia: cum nihil actu agit. alia vero est pars actu cum scđm rationẽ quicq̃ agit: ⁊ vita rationalis actu hominis operatio est atqꝫ felicitas. **Decima cõclusio.**

Undecima ꝯclusio. Felicitas nõ ĩ vita rationali actu: sed que ex habitu atqꝫ virtute operat̃ / ꝯsistit: nã cuiuis op⁹ hoĩs ⁊ studiosi hoĩs idẽ sunt genere: hꝰ est ex natura rei: vt op⁹ citharedi ⁊ huius citharedi: hꝰ in oĩb⁹ verũ hꝫ / excellẽtia q̃ fit a ꝟtute ad ipsum opus adiuncta: hoc est: apposita circũstantia ad opus bonum ex genere. vt citharedi opus / est **Undecima conclusio.**

citharã

citharam pulsare: studiosi ꝟo citharedi/ est bene pulsare. Ergo simili modo cum hoīs opus sit scd̄m rationem operari: studiosi hoīs opus erit bene atqꝫ recte operari. Id em̄ ab habitu ⁊ ꝟtute est: singula em̄ scd̄m propriā virtutē bene perficiunt: igitur felicitas est vite rationalis actio siue operatio. ¶ Ex his colligit felicitatis diffinitio. Humana felicitas est hominis scd̄m virtutē operatio/ et in vita perfecta: et id intellige (si plures sint virtutes) felicitatē esse operationem scd̄m optimā/ perfectissimāqꝫ: et apponit illa particula: in vita perfecta. Nam vt prouerbio dici solet: vna hyrūdo nō facit ver: sed nec vna dies. sic neqꝫ tēpus exiguū beatū quēpiā efficiet. Sit igit summū hoīs bonum hoc pacto diffinitum.

Quinqꝫ precepta in disciplinis tradendis.

Subiungunt quinqꝫ precepta in disciplinis tradendis. ¶ Primū. Oportet rudi quadā intelligentia animos preparare: dende in disciplinis tradita extendere/ explicare/ ⁊ explanare/ seu polire/ vt pictores facere solēt qui primum rudē effigiē protrahunt: deinde superfingunt ⁊ poliunt.

Secundū preceptū. Non est festinādum/ sed mature procedendū ⁊ tēporis expectanda occasio. Est em̄ eorū que supererūt/ aut eorū que addenda sunt/ tempus/ optimus repertor: sic em̄ artiuꝫ ⁊ scientiarum facta additamenta. Est em̄ cuiusqꝫ qd̄ deesse putauerit/ supplere.

Tertiū preceptū. Non in omnibus exacta discussio expetēda est: sed in singulis scientijs procedendum est scd̄m materiā subiectam.

Quartū. Tantum eousqꝫ in disciplinis perquirendū est/ quantū et quousqꝫ ad singulā disciplinā attinet: ⁊ q̄ aliena sunt/ missa facere oportet: alioquin plura excrescunt aliena/ q̄ꝫ ea que ad scientiam attineant. vt vterqꝫ faber ⁊ geometra angulum rectum considerat: sed alio/ alioqꝫ modo. nam faber ipsum cōsiderat prout vtilis est ad opus: geometra ꝟo vt eius contemplationi subseruit quid sit ⁊ qualis sit inquirens. Est em̄ geometra veritatis cōtemplator. ⁊ idem procedendi modus in omnibus scientijs est seruandus.

Quintum. Non omniū rerū in scientijs contentarū causa peruestiganda est: sed in quibusdam satis est monstratū esse quoniam vera sunt. Hic cognoscēdi modus primus est/ vt in principijs quorum quedam cognoscunt inductione: quedā sensu: quedam consuetudine/ atqꝫ experientia: ⁊ tentandum est vnūquodqꝫ pertractare/ vt suapte natura dinosci possit. Nam principiorū cognitio magnā ad ea que sequuntur in scientia vtilitatem afferūt. principiū enim (vt vulgo dici solet) plusq̄ꝫ dimidiū totius est: et eorum que in scientijs querunt complura per ipsum perspicua euadunt.

Annotatio.

Tempus/ optimus rerum inuentor ⁊ sciētiaꝝ atqꝫ artiū auctor: vt hisce nostris dieb⁹ docet experientia: ⁊ astipulatur Delphus theologorum ⁊ oratorum eximius.

Delphus.

Omnia sydera prorsus nouitate refulgent.
Aspice q̄ꝫ veteri distet imago noua
Sumpserunt artes hac tempestate decorem:
Nullaqꝫ non melior q̄ꝫ prius ipsa fuit.

¶ Thales em̄ Milesius vn⁹ ex. vij. sapiētib⁹ grē: tp̄s sapiētissimū entiū asseruit: ꝙ oia admittat/ oia scd̄m tempus varlantur. vtpote mores hominū in vicia: sciētie in errores ⁊ captiūculas: vt nūc experimento datur. ad quod propositum merito potest allegari illud Terentianū. Nunc hic dies aliā vitā affert: alios mores pastulat. Sed vtinā hoīes ad virtutē nati/ tp̄s (qd̄ fugatissimū est) virtuti darēt: ⁊ nō de etate/ sꝫ ꝟtute lōgo tp̄e acquisita se laudarēt: vt ea que ex phytie oraculo recēsenda sunt/ ⁊ in memoria retinēda. Nihil est (inquit) turpius q̄ꝫ grandis natu senex q̄ nullū habet aliud sue vite argumentū quo se diuvixisse dicat/ preter etatē. tp̄s em̄ preterijsse/ naturale est: sed facta tempori equasse/ ad virtutem spectat: dicente Vergilio Eneidos decimo.

Terentius.

Pulchra auctoritas

Stat sua cuiqꝫ dies: breue ⁊ irreparabile tempus.
Omnibus est vite: sed famā extendere factis
Hoc ꝟtutis op⁹. Plura iferi⁹ de tp̄is iactura dicent.

Vergilius.

¶ Ca. v. Declarat q̄tenus finitioni felicitatis: quā Aristoteles ip̄e posuit: alie opiniones parū ↄsentiūt.

Considerandum est igitur de ip̄o: nō ex conclusione solum/ ⁊ ijs ex quib⁹ est ipsa ratio: sed ex ijs etiam que de ipso dicūtur. Vero nāqꝫ omnia que competūt consona sunt: a falso autem cito ip̄m discrepat verū. ¶ Cum igitur bona in tria sint diuisa/ et alia externa/ alia circa animam/ alia circa corpus bona dicantur: ea que sunt circa animam/ proprijssime maximeqꝫ dicimus bona. at actus et operationes anime: circa animā esse ponimus. quare hac opinione cū antiqua/ tum a philosophantibus cōcessa: bene dicitur finem ipsum/ actus quosdā ⁊ operationes esse. Sic enim fit: vt sit ex ip̄is anime bonis/ ⁊ nō ex bonis externis. ¶ Consonum est etiam ip̄i rationi ⁊ id quod dicitur: felicem inq̄ꝫ bene viuere beneqꝫ agere. fere enim bona quedam vita/ bonaqꝫ actio dictus est. cunta preterea que circa felicitatem queruntur: ei quod dictum est inesse videntur. Alijs nanqꝫ virtus/ alijs prudentia/ alijs sapientia quedam/ alijs hec/ aut horum aliquod cum voluptate/ aut non sine voluptate felicitas esse videtur. Sunt ⁊ qui externam etiam affluentiam simul accipiūt. atqꝫ hec partim multi ⁊ antiqui/ partim pauci/ vtiqꝫ dicunt preclari: quorum neutros tota via aberrare/ sed aliqua ex parte/ ⁊ in plurimis verum attingere consentaneum est rationi. Eorum igitur sententie: qui vel omnem vel aliquam virtutem felicitatem asserunt esse: ipsa ratio consona est. huius est enim ea operatio: que per ipsam efficitur. Interest autem fortasse nō parum in possessione/ an in vsu/ ac in habitu/ an in operatione: summum consistere bonum putare. fieri enim potest vt habitus quidem etsi inest: nullum efficiat bonum. vt in dormiente/ vel etiam alio modo quodam ocioso facto.

vt operatio aũt nihil efficiat boni: fieri nequit. qui nãqꝫ operatur / aget vtiqꝫ necessario: ⁊ bene etiã aget. atqꝫ vt in olympia: non ij qui sunt elegantissimi forma / prestantissimiqꝫ robore: sed ij qui decertant / coronis afficiuntur (ipsorum enim aliqui vincunt) sic ⁊ qui bene agunt: eorum que sunt in vita / pulchra bonaqꝫ compotes fiũt. ¶ Est aũt ⁊ vita ipsorũ per se iucũda. Nam voluptate quidem affici: ex ijs est que ad animam pertinent. Id autem est cuiqꝫ voluptati: cuius amator dicit᷑ quisqꝫ. Ut equus equorum amatori / ⁊ spectaculum / spectaculoꝝ idẽtidem amatori / eodem modo ⁊ amatori iustorum iusta / ⁊ omnino virtutũ amatori: ea que per virtutem efficiuntur. Que igitur voluptati sunt vulgo: ea repugnantia sunt / propterea ꝙ nõ natura talia sunt. sed amatoribꝰ honestatis ea sunt voluptati: que sunt natura iucũda. Tales autem ee sunt actiones / que a virtute emanant. Quare et his ipse sunt voluptati / atqꝫ per seipsas iucunde. ipsorum igitur vita non indiget voluptate / tanq̃ aliqua foris adiungenda: sed habet in seipsa voluptatẽ. ¶ Preter eñ ea que dicta sunt: neqꝫ bonus is est qui bonis actionibus non delectatur. Nam neqꝫ iustum eum quisq̃ dixerit / qui iustis non gaudet / neqꝫ liberalem eum qui liberalibus actionibus non delectatur: et in ceteris eodem modo. Quod si hec ita sint: actionum ee que a virtute proficiscuntur / per seipsas sunt voluptati atqꝫ iucũde. ¶ At vero bone quoqꝫ sunt et etiã pulchre atqꝫ horum vnumquodqꝫ maxime ipsis competit: si recte de his ipse iudicat studiosus. Iudicat autem / vt est dictum. Optimum ergo / et pulcherrimum / ⁊ iucundissimum est ip̃a felicitas: et non seiunguntur hec perinde atqꝫ in illo Deliaco carmine separantur.

Summe est pulchrũ: ex astrea qd̃ gignit᷑ alma.
Optima si valeas res est: qd̃ quilibet optat.
Summe est iucundum: si re potiaris amata.

Hec enim operationibus omnia competunt. Has aũt ipsas / aut vnã ipsarũ q̃ sit optima: felicitatẽ ip̃am dicimꝰ esse. ¶ Videt᷑ tñ et externis indigere bonis: vt diximꝰ. Fieri eñ nõ põt aut nõ facile fit: vt is res agat preclaras / cui facultates desunt. multa nanqꝫ ꝑ amicos / ꝑ diuitias / per ciuilem potentiam: tanq̃ per instrumenta aguntur. Quibusdam autem carentes: vt nobilitate / bona prole / pulchritudine / beatitudinem maculant. non enim satis ad felicitatem idoneus est: qui penitus est deformis / aut ignobilis / aut solitarius sine prole. Et minus etiã fortasse: si cui perprau i sint filij / vel amici / aut boni mortui sint. vt igitur diximus: videtur felicitas ⁊ talis indigere ꝓsperitatis. Unde quidam prosperitatẽ fortune / quidam virtutem: felicitatem esse dicunt.

OCtauum capitulũ tribus cõclusionibus ⁊ antiquarũ opinionũ pertractatione claudit᷑ ¶ Prima cõclusio. Cõsonũ est non solũ de felicitate pertractare scd̃m ea que de ip̃a cõclusa sunt: ⁊ scd̃m ea q̃ in eius diffinitione posita sunt: sed etiã adducere oportet antiquorum dicta. Nam verũ omne / vero consonat: falsum autem a vero cito discrepat: que autẽ vera dixerunt / superioribus consonabũt: que falsa sunt / statim dissona apparebunt. Uarie antiquorũ subduntur opiniones. ¶ Prima est dicẽtiũ triplicia esse bona externa animi ⁊ corporis: bona ꝟo animi maxime ⁊ principalissime sunt bona. Hec opinio est antiqua ⁊ a philosophantibus recepta: que superioribus cõsona est. Nam actus ⁊ operationes aĩe bona animi existunt. Non est igitur alienũ ab hac opinione ponere felicitatẽ actũ siue operationẽ animi: ⁊ sic summum bonũ locabitur in bono animi ⁊ non in corporis aut fortune bonis. ¶ Secũda est opinio dicentiũ felicem esse bene viuere ⁊ bene agere / eadem esse: et hec etiam opinio superioribus consona est. Nam pene felicitas nihil aliud dicta est q̃ꝫ bona quedã vita / bonaqꝫ actio ⁊ de facto cũcta que de felicitate dicuntur: ei que diffinita est / inesse videntur. ¶ Tertia est dicentiũ felicitatem esse virtutẽ: ⁊ hec opinio cũ superioribus cõgruit: qꝛ est virtutis actio. ¶ Quarta est opinio ponentium felicitatẽ prudentiã. ⁊ hec etiã opinio est superioribus consona: qꝛ prudentia est directiua virtutis: in cuius opere consistit felicitas. ¶ Quinta opinio tenet felicitatem esse sapientiã. ¶ Sexta tenet felicitatem esse ex his aggregatam. ¶ Septima ponit ipsam aut sapientiam cum voluptate: aut prudentiã cum voluptate. ¶ Octaua ponit felicitatem esse animi bonum cum affluentia bonorum fortune. Et qui id dicant / partim sunt multi / partim pauci ⁊ preclari: ⁊ hi vtriqꝫ tam affluẽtiam annumerãtes / q̃ꝫ nõ annumerantes / pleraqꝫ recte dicunt / ⁊ multa rationi consona: neqꝫ in oĩbus oberrant / deficiunt ve. Et primo qui felicitatem dicunt esse virtutẽ / non delirant: qm̃ felicitatem superius diximus virtutis operationem. sed in hoc dissentiunt: qꝛ summũ bonum in vsu ⁊ actu ponimꝰ: ipsi ꝟo in habitu ⁊ possessiõe: neqꝫ id quidẽ parum refert. Nam si fieri põt: vt q̃uis habitus insit nullum tamen bonũ pariat: vt in dormiente aut alio quoq̃ꝫ torpente ocio. At vero fieri nequit vt virtutis opera / boni efficiet nihil. Qui eñ scd̃m virtutem agit: vt agat etiã / bene agat necesse est. Scd̃o quẽadmodũ in olympijs non optimi / aut viribus pollẽtissimi siue fortissimi coronantur: sed qui certamini se committunt: nam eorũ aliqui victores euadunt. Sic non qui virtutẽ possident: sed qui scd̃m virtutẽ agũt in vita pulchrorum ⁊ honestorum compotes ⁊ participes fiunt / premiaqꝫ sumunt. Quonãmodo quarta / quinta / ⁊ sexta opinio cum opinione de felicitate superius adducta conuenĩũt / pretermittitur: cum nondum notum sit quid sit prudentia / aut sapientia: ⁊ septima opinio q̃ felicitatẽ sine voluptate esse nõ posse affirmat / est supioribꝰ ꝯsona: vt ex sequẽtibus dicet᷑. Prima conclusio.

Scđa conclusio.

Secunda conclusio. Vita scđm virtutem operantium est voluptifica ⁊ iucūda atqꝫ delectabilis. Namvoluptatē suscipere/est animalium/rationeqꝫ anime id conuenit:⁊ id vnicuiqꝫ voluptati est cuius ipse amator existit:vt equus voluptati est amatori equorum:⁊ spectaculum spectaculorum amatori: ergo iusta voluptati sunt amatori iustorum : ⁊ omnino virtus voluptati est amatori ꝟtutis. Sed que vulgo iucunda sunt/repugnant aduersanturqꝫ:eo ꝙ natura talia non sunt:sed virtutis amatoribus iucunda sunt natura atqꝫ scđm se iucunda: neqꝫ eorū vita indiget voluptate tanq̄ꝫ aliquo forinseco : sed est suapte natura delectabilis. ¶ Scđo nullus bon⁹ est qui bonis non gaudeat operationibus:vt nullus iustū eum dicet qui iustis non gaudet operationibus: neqꝫ liberalem eum quisq̄ꝫ dicet : qui liberalibus non gaudet operationibus:⁊ simili modo in ceteris virtutib⁹ cōparietur:igitur operationes que a virtute pꝛificiscuntur/scđm se delectabiles existūt. Est igiturvita scđm virtutē operantiū delectabilis/atqꝫ iucunda. ¶ Tertio:operationes scđm virtutem bone sunt ⁊ pulchre: immo maxime bone/⁊ maxime pulchre : si studiosus de his recte iudicat: rectamqꝫ ferat sententiam. Studiosus autem recte iudicat(vt dictum est)igitur felicitas que optima operatio est atqꝫ pulcherrima:eadem quoqꝫ ⁊ iucūdissima est. Et hec tria abinuicē nō separātur vt in Deliaco carmine cuius hec est sententia. Sanitas optimum est:iusticia pulcherrimū/⁊ re frui concupita siue amata/iucundissimū. Hec tria circa omnes virtutis operationes conspiciuntur.quas quidem operationes aut ipsarum vnam/iam felicitatem esse diximus.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Externa bona ad felicitatem conducunt:ptꝫ. Nam impossibile est/aut difficile.est ab eo res preclaras agi cui desunt facultates. Multa nanqꝫ per amicos externa bona ciuilemqꝫ potentiam fiunt/⁊ aliqui istorum bonorū carētia nobilitatem obscurāt : ac fedam redūt. Non eñ satis ad felicitatem aptus est qui penitus est deformis:vt qui aut ignobilis aut solus sine prole existit:⁊ minus aptus ad felicitatē videbit cui perpraui sunt sunt filij:aut cui boni mortui sunt:externa igit bona ad felicitatem conducunt. Quapropter quidā secundam fortunam felicitatem esse dicunt:vt qui ad diuitias respiciūt. Quidā vero eam dicunt virtutem qui ad interna bona respiciūt. ¶ Cōsiderare ex ꝯclusione/ē ꝯsiderare felicitatē scđm ea que dicta sūt ⁊ ꝯclusa de ipsa:vtpote scđm ea q̄ ī felicitatis finitiōe posita sunt. Conclusum est etiam de felicitate ipsam esse bonum perfectum ⁊ sufficiens/vltimūqꝫ agendorum finē:nunc ꝓo intuendū est si antiquorū philosophorū opiniones his dictis sint consone. ¶ Olympia vrbs erat inter Ossam ⁊ Olympum montē mercatu famigerata:⁊ celebritate illa quinquēnali ludorū inclita. ¶ Olympia olympiorū ludi qui in honorē iouis olympici instaurabantur:qui quinto quoqꝫ anno fieri solebant. ¶ Olympias olympiadis quinqꝫ annorum spacio:quod a romanis lustrū dicebatur. ¶ Deliacum carmen/est carmen oraculi Apollinis. Unde Deliaca sunt vasa ex ere preciosa ab insula delo vbi fuit prima nobilitas eris. Unde Plinius libro.xxiiij. antiquissima eris gloria Deliaci fuit mercatus in delo concelebrante toto orbe.

Annotationes textus. — Olympia. — Olympia. — Delius. — Deliacus. — Plinius.

¶ Questio secunda libri primi.

Circa secundū tractatū quero an felicitas humana in aliquo bono exteriori consistat. Pro huius materie elucidatione ponam aliquas conclusiones que totam materiam de felicitate humana quantū ad moralem philosophum spectat/aperient.

Prima conclusio.

Prima cōclusio. Humana felicitas non consistit in voluptare corporea: ꝓbatur hec conclusio.⁊ primo auctoritate Aristotelis in scđo caplo secundi tractatus:nam in illo non consistit summum agendorū bonum qđ est homini/ceterisqꝫ animantib⁹ cōmune. At verovoluptas corporea ē homini/ceterisqꝫ animātibus cōmunis:quare in voluptate corporea non consistit felicitas. Ideo dicit Aristoteles voluptificos similes esse mancipijs qui voluptatibus ducuntur ad illicita. Maior est clara:nam felicitas est propria hominis operatio:non igitur est cōmunis hominibus cum ceteris animantibus. ¶ Secundo probatur auctoritate Ciceronis in primo officiorum sic inquētis. Sed sunt nōnulle discipline que ꝓpositis malorum bonorūqꝫ finibus officiuꝫ omne peruertunt. Nam qui summū bonum sic instituit vt nihil habeat cum virtue coniunctum.idqꝫ vis commodis nō honeste metitur. ¶ Tertio probatur:naꝫ ex summo bono nūq̄ꝫ oritur tristicies:sed ex voluptate corporea nonnunq̄ꝫ oritur tristicies:igitur nō in voluptate corporea consistit felicitas. Maior est clara:⁊ minor ꝓbatur. Naꝫ advoluptates corporeas sequitur dolor/membrorū impatientia/ex ciborū ⁊ potuū aliorumqꝫ voluptificorū absentia/sequuntur ⁊ morbi ⁊ varia incōmoda. Ideoqꝫ dicit Anneus Seneca. Inde(inquit)pallor est:⁊ neruorum vino madentiū tremor:et miserabilior ex crudelitatibus q̄ꝫ fame macies:inde incerti labantium pedes:⁊ semꝑ qualis in ipsa ebrietate titubatio. Inde intra cutem humor admissus/distētusqꝫ vēter:dum male assuescit pl⁹ capere q̄ꝫ poterat. Quid capitis vertigines dicam:q̄d oculoꝝ ⁊ aurium tormenta : ⁊ cerebri estuantis verminationes: ⁊ omnia per que exoneramur internis vlceribus affecta: Innumerabilia preterea febriū genera/aliaꝝ impetu subeuntiū/aliaꝝ tenui peste repentium/aliarum horrore ⁊ multa membrorū quassatione venientium. Ex qua auctoritate ptꝫ ex voluptate corporea tristiciā/pariterqꝫ dolorem/ac varia morborum genera oriri:⁊ ideo Picus sic scribit.

Aristoteles — Scđa probatio. — Cicero. — Tertia probatio. — Seneca.

Uisus hebet:fumāt artus:cerebrūqꝫ rotatur.
Nec facit officiū pes animusve suū. Et iō Hora.
Spne voluptates:nocet empta dolore voluptas.
Et Sylli⁹ italic⁹.xv. Punicoꝝ. Uirtutē Uoluptatē
incessise hoc cum vicio grauiꝫ obiurgatorio.
Quippe nec ira deū nec tela potuere nec hostes.
Quantū sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes/tibi luxus ⁊ atris.
Circū te semper volitans infamia pennis.

Picus mirādula. — Horatius. — Sylli⁹ italicus.

¶ Hi sunt de quibus Socrates dicebat aliquos homines velle viuere vt comederent ⁊ biberent:se aūt bibere atqꝫ comedere vt viueret. Ad maiora enim nos genuit natura:q̄ꝫ vt cibū potumqꝫ percolamus. Et Aristoteles in septimo ethicorū probat voluptatem corpoream non esse summū bonum:qm̄(inquit) voluptates impediunt prudentiam:⁊ quanto maiores sunt/tanto magis obnubilant:vt in rebus venereis ptꝫ. Nemo eñ dum veneri operatur/perspicere mente quicquā potest. Et Boetius de consolati.phi

Ebrietas voluptatis comes. — Socrates. — Aristoteles vij. ethicoꝝ. — Boetius.

losophi. Si (inquit) felicitas in voluptate corporea cō sisteret / bestie essent hominibus feliciores. ¶ Quarta ratio. Voluptas corporea bonis et malis cōuenit. Mali enim voluptate fruuntur sicut boni: sed felicitas solis bonis cōuenit: quare in voluptate corporea non est collocanda felicitas: ideo Milesij luxu defluē tes / eiecerūt Hermodorum virum clarissimum: quia frugalitatis ⁊ modestie erat amator. Dixerunt em̄: nemo apud nos frugi sit: nemo vnus excellat. ⁊ ideo vulgatum est apud Aristophanem prouerbium de Milesijs. Olim fortes fuere Milesij tanq̃ luxuria ⁊ nequitia omne robur virilitatis perdidissent. Eudoxus ex eo voluptatem summum bonum esse putabat quia cernebat rationalia / irrationaliaꝫ vniuersa voluptatem affectare. Huius autem rationes probabiles videbantur ob ipsius hominis modestiam ac probitatem. Non enim vt voluptatis amicus / voluptatē asserere credebant: nec minus manifestum hoc esse ex contrario censebat. cum enim contrariorum contraria sint consequentia: cum dolor est (inquit) omnibus fugiendus tanq̃ summum malum / voluptas omnibus erit expectāda tanq̃ summū bonum. Sed huic rationi facile est obuiare. nam dolor corporeus qui voluptati corporis cōtrariatur / non est summe fugiendus: cum aliquando mediante illo acquirentur virtutes / virtutumꝫ officia exercentur. ¶ Quinta ratio. Omnis fidelium congregatio immoderatissimum viuendi modum illius porci Mahumeti reprobat. ⁊ nō nisi ꝓpter exuperantes voluptates corporeas: igitur in voluptatibus corporeis non est collocanda humana felicitas.

[Margin: Quarta ratio. — Hermodorus. — Eudoxus. — Contrariorum ꝯtraria sunt ꝯña. — Quinta ratio.]

Secunda conclusio. Felicitas humana in diuitijs non est reponenda. Probatur hec conclusio auctoritate Aristotelis in scd̄o capl̄o secundi tractatus: ⁊ auctoritate Ciceronis in primo officiorꝫ ita dicentis. Expetuntur autem diuitie / tum ad vsus vite necessarios: tum ad ꝑfruendas voluptates: quare in diuitijs non consistit summum bonum: probatur ratione. nam in nullo bono vtili consistit felicitas humana: at vero diuitie bona sunt vtilia: igit̄ in diuitijs non ꝯsistit felicitas hūana. Maior est clara: nam nullum bonum vtile est ꝓpter se expetibile. ⁊ minor probatur: nam diuitie suapte natura instrumēta sunt ad bene / ⁊ ad male oꝑandū: hinc exijt illud Horatianū.
O ciues ciues / querenda pecunia primum. Virtus post nummos. ¶ Item in illo non collocatur felicitas humana / quod non potest appetitum humanum satiare: sed diuitie non possunt humanum appetitū satiare: cum diuitiarum appetitus sit insatiabilis: vt dicit Aristoteles primo politicorū. ¶ Itē id qd̄ vulgus ad voluptatē corporeā ordinat / non est summū bonū: sꝫ diuitias ad voluptatē corporeā ꝑfruēdā vulgus ordinat. patet per illud Ecclesiastes. x. Pecunie obediunt omnia. ⁊ Petronius arbiter idem testator hisce carminibus.

[Margin: Scd̄a conclusio. — Cicero. — Horatius. — Aristoteles primo politicorum. — Petronius.]

Quisquis habet nummos / secura nauigat aura.
Fortunamꝫ suo temperat arbitrio.
Carmina componit / declamat / concrepat omnes.
Et peragit causas: fitꝫ cathone prior. ¶ Cui sententie astipulat̄ Horatius in sermonibꝰ. Ois em̄ res.
Virtus / fama / decus / diuina / humanaꝫ pulchris
Diuitijs parent: quas qui construxerit / ille
Clarus erit fortis / iustus / sapiens / etiam rex.
¶ Ex eadē auctoritate probat̄ ꝙ diuitie ad maius bonum acquirendum ordinantur: vtpote ad fortitudinem / ad iusticiam / sapientiam / ⁊ cetera id genus.

[Margin: Horatiꝰ in sermonibꝰ.]

¶ Secundo. In illo nō est collocanda felicitas hūana / ex quo multa mala oriunt̄ / varijsꝫ modis opprimimur. atqꝫ vero ex diuitijs mt̄a suboriunt̄ detrimē ta / multaꝫ incōmoda hominibus contingunt: vt habet Aristoteles scd̄o capl̄o primi tractatus. Multi (inquit) ob diuitias: multi ob fortitudinem periere: cuius sententie est Satyricus satyra decima.
Omnibus in terris que sunt a gadibus / vsqꝫ
Aurorā / ⁊ gangē: pauci dinoscere pn̄t Vera bona.
Et parua inter carpedine interiecta / subdit:
Nocitura toga / nocitura petuntur.
Militia: ⁊ torrens dicendi copia multis.
Et sua mortifera est facundia: viribus ille
Confisus perijt: admirandisꝫ lacertis.
Sed plures nimia congesta pecunia cura /
Strangulat: ⁊ cuncta exuperans patrimonia census. Et picus.
Si cuiq̃ imponit congesta pecunia leges /
Manciptū hoc nullū turpiꝰ esse potest. Et boetius.
Vtinam modo nostra redirent.
In mores tempora priscos.
Sed senior ignibus ethne
Feruens amor ardet habendi.
Talis autem bonorū concupiscentia aliena est a recta ratione. Igitur in diuitijs non est humana felicitas collocanda. Et Matthei primo scribit̄ difficiliꝰ camelū per foramen acus intrare / q̃ diuitem in regnum celorum. Sed hoc falsum esset si in diuitijs collocaretur felicitas humana: igitur.

[Margin: Secūda rō. — Aristoteles. — Iuuenalis. — Picus mirandula. — Boetiꝰ metro. xxv. — Euāgelista.]

Tertia conclusio. In nullo bono corporis consistit felicitas humana. Et pro hac conclusione est supponendū ꝙ quēadmodū sunt alique virtutes anime que vocātur principales / siue cardinales: sic etiā illis correspondent virtutes corporis: que sunt numero quattuor videlicet: bona ⁊ debita membrorum ꝓportio / sanitas / robur corporis / ⁊ viuacitas ingenij. et hec quattuor bona dicuntur bona nature. Aliqui superaddunt multitudinē: sed coincidit cum bona membrorꝫ proportione. Isto supposito suadet̄ conclusio quo ad omnes partes: et primum quo ad priorem eius partem. Nam in nullo bono fluxibili / et quod cōtinuo diminuitur / consistit summum bonum hominis: cum felicitas sit bonū stabile ⁊ permanens vitamꝫ reddat perfectam. At vero pulchritudo corporis bonum est fluxibile / ⁊ paulatim diminuit̄: cum ad senectam peruenitur. non igitur in pulchritudine locanda est felicitas. Hoc canit Ouidius libro. x. de tristibus ad Tharum.
Ista decens facies longis vitiabitur annis:
Rugaꝫ in antiqua fronte senilis erit
Inuenietꝫ manus forme dānosa senectus. ¶ Et libro secundo de arte amandi.
Forma bonū fragile est / quantūꝫ accedit ad annos
Fit minor / ⁊ spacio carpitur ipsa suo /
Nec semper viole nec semper lilia florent:
Et riget amissa spina relicta rosa.
Et tibi iam venient cani formose capilli:
Iam venient ruge / que tibi corpus arent /
¶ Et seneca moralissimus.
Anceps forma bonum mortalibus
Exigui donum breue temporis:
Ut velox celeri pede laberis.

[Margin: Tertia conclusio. — Suppositio. — Quattuor corpis bona. — Ouidius. — Seneca tragedia qrta.]

Non sic

Non sic vere nouo prata decentis
Estatis calide dispoliat vapor
Seuit solsticio cum medius dies
Sed noctem breuibus precipitat rotis:
Languescunt folio lilia pallido:
Et grate capiti deficiunt rose:
Ut fulgor teneris qui radiat genis:
Momento rapitur. nullaq̃ non dies
Formosi spoliū corporis abstulit.
Res est forma fugax.
Quis sapiēs bono ꝯfidet fragili.

Scd̃a probatio.

Scd̃o ꝓbatur. In illo nō collocatur felicitas humana: ꝑpter qd̃ persepe virt⁹ periclitaꝛ ⁊ oīno deperdiꝛ: sed ob pulchritudinē multe periclitantur virtutes/⁊ presertim castitas: vt patuit in Helena/Lucretia/Didone ⁊ multis alijs. Item ex pulchritudine corpis oriꝛ nōnunq̃ superbia. At ꝟo ex summo bono nunq̃ oritur vitiū: igitur in pulchritudine corporis summū bonū ꝯsistere nequit. ¶ Secūda pars cōclusionis probaꝛ. Nam in illo nō collocaꝛ felicitas hūana: quo habito aliud maius bonū ad ipm decorandū expetimus: sed habita corporis sanitate/ aliud maius bonū ad ipam sanitatē docorādā expetimus: vtpote scientias/virtutes/diuitias. Nam diuitijs ⁊ alijs fortune bonis conseruaꝛ sanitas. quare habita sanitate multa alia expetimus ad eius ꝯseruationē/atq̃ amplitudinē/⁊ decorē: ⁊ per consequēs non in sanitate corporis consistit felicitas humana.

Tertia ps.

¶ Tertia pars ꝯclusionis eodēmodo ꝓbari potest: aliter tñ probaꝛ. Nam in vera felicitate quis pōt confidere: ⁊ veram spem ponere: sed in corporis fortitudine nullus cōfidere debet: nam multi in corporis robore confidendo perierūt: vt prius ꝓbatū est ex Aristotele ⁊ Iuuenale: igiꝛ. De eo tamē qui ob fortitudinem corporis primus ferrū in hostes tulit/sic loquiꝛ Claudian⁹ egregi⁹ vates/elegia decima libri primi.

Claudian⁹.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses.
Quam ferus ⁊ vere ferreus ille fuit.
Tunc cedes hominū generi/tunc prelia nata:
Tunc breuiter dire mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra.
Uertimus in seuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium est auri nec bella fuerunt:
Faginus astabat cum ciphus ante dapes.
Non arces/non vallus erat/summumq̃ petebat
Securus varias dux gregis inter oues.

¶ Et breuiter pōt ꝓbari cōclusio hoc modo quoad singulas partes. In nullo bono corporis collocanda est humana felicitas: cū ipa sit operatio anime secūdum potentiā rationalē: sed oīa de quibus in cōclusione tacta sunt/ad corpus pertinēt ⁊ non ad animū nisi modo accidentali: igiꝛ in illis nō est felicitas reponenda. Maior patet: nā quēadmodum aīa prestātior est corpore/sic etiā bona anime prestantiora sunt bonis corporis. In eo em̄ qd̃ prestantius est/collocatur felicitas: quare nō in corporis bono sed potius in bono animi reponenda est felicitas.

Bona rō.

Quarta cōclusio.

Quarta ꝯclusio. In honore siue glīa

non ꝯsistit humana felicitas. Nam honor teste Aristotele/bonū est externū: neq̃ est in hoīs potestate. facile etiā ab hoīe auferri potest. Cū magis sit in eo qui aliū afficit honoribus/q̃ in eo qui honorib⁹ afficitur: felicitas ꝟo est ꝓpriū atq̃ peculiare hoīs bonum: magna insup cū difficultate deleri pōt. Nō igiꝛ in honore collocanda est felicitas hūana: gloria etiā res caduca est/⁊ aliūde pendēs. magis em̄ in laudātibus q̃ in laudato cōsistit glīa. ¶ Est em̄ glīa opinio de aliena virtute bene sentiētiū. Et honor est exhibitio reuerētie in signū virtutis. ¶ Scd̃o probatur ꝯclusio. Nam Augustin⁹ amorē laudis ⁊ glīe feruētissimū vitiū dixit. Hāc illd̃ Horatianū. Laudis amore tumes. Opinor illam de glīa sniam quam ponit Anneus Seneca verissimā esse. Qui vixit not⁹ oib⁹: moriꝛ ignotus sibi. q. d. ꝑpter laudē quā aucupaꝛ/timet: ⁊ male moritur/qr̄ ī supbie pctō. Et ab Horatio luculēter dictū est. Nec vixit male/q̄ natus moriēsq̃ fefellit. Romani em̄ glīam oībus ferme hūanis reb⁹ anteposuerūt. Hāc vt dicit Augustinus/ardētissime dilexerūt: ꝑpter hanc viuere voluerūt: ꝑpter hanc ⁊ mori nō dubitauerūt: ceteras cupiditates hui⁹ vnius cupiditate presserūt. Et Salusti⁹. Laudis glīe auidi/pecunie liberales erant: glīam ingentem/diuitias honestas volebāt. Hec glīa veluti oīm rerū finis/Fabios Marcellos Affricanos incitauit ad res magnas forti aīo subeūdas: de qua cecinit Flacc⁹. Tu sola aīos menteq̃ peruris glīa. Hāc Sylli⁹ facē honeste mētis appellat/cū ait. Abripuit traxitq̃ virum fax mētis honeste Glīa. Cesar em̄ (vt inquit Plutarchus) apud Herculis tēplū in Hyspania res gestas ab Alexādro cōtemplās in pictura/ingemuit velut inaniā suā presus q̄ nihil tam memorabile a se factū esset in ea etate in qua Alexander orbē terrarū subiecisset. Et Cicero ait principes esse glīa alendos/ tanq̃ id sit pabulū suauissimū. Et idē inquit. Trahimur oēs laudis studio: ⁊ optimus quisq̃ maxime gloria duciꝛ ita vt videꝛ virtutē nullā aliā preter gloriam mercedē expetere. Istis rōnibus liquet q̄ licet honor itidē ⁊ glīa plurimū ꝯferant ad virtutis acquisitionē ⁊ ad reipublice augmentum: in ipsis nequaq̃ collocanda venit felicitas humana.

Glīe finitio. Quid honor. Augustin⁹. Horatius. Seneca. Nota bene. Salustius. Ualerius Flaccus. Syllius Italicus. Plutarch⁹. Cicero.

Quinta cōclusio. In potētia siue imperio nō ē collocāda felicitas hūana.

Nam felicitas hūana firma est atq̃ incōcussa: nullisq̃ pīculis subiecta. at ꝟo potētia siue potētat⁹/subiect⁹ est pīculis ⁊ magnis timorib⁹: vt patet ꝑ illd̃ vulgatissimū dictū. Necesse ē m̄ltos timeat quē m̄lti timēt. Et Seneca Simul ista posuit ꝯditor mūdi deus/odiū ⁊ regnū. Et Picus. Prelia rex metuit/fures ditissimus auri. His astipulaꝛ dictū illud regis illius quē ferunt tra ditū sibi dyadema priusq̃ capiti imponeret/retētū diu ꝯsiderasse ac dixisse. O nobilē magis q̃ felicē pānū. quē si quis penitus cognoscat/q̃ m̄ltis sollicitudinibus et periculis atq̃ miserijs refertus sis: ne humi quidē iacētē tolleret. Huic applaudit notissima Damoclis sententia atq̃ Dionysij. Nam cū Damocles cōmemoraret in sermone diuitias/copias/ac opes Dionysij syracusani: negaretq̃ vnq̃ beatiorē eē: vis (inquit Dionysius) q̄m hec mea vita te delectat: ipse eadem degustare: ⁊ fortunā experiri. Cum se ille cupere dixisset: collocari iussit hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stragulo: abacos q̃plurimos strauit argenteis aureisq̃ celatis vasis: tum ad mensam eximia forma pueros iussit consistere/eosq̃ ad nutum illius intuentis diligenter ministrare: incēdebantur odores: mense conquisitissimis epulis extruebantur: aderant vnguenta et omne genus delitiarum: fortunat⁹ sibi Damocles videbaꝛ in hoc tam btō apparatu: gladiū fulgētē: et lacunari seta appēsum/demitti iussit vt impenderet illius beati ceruici:

Quinta cōclusio. Nota bene. Seneca. Picus. Nota optimum dictū. Cicero quīta questiōe tuscu. Dionysius. Damocles. Historia bñ notanda.

bus. Cūqꝫ ille Dionysiacas copias imminētis mortis periculo aspernaret: iamqꝫ beatus amplius esse nollet: talis est (inq̄t Dionysius) vita quā beatā esse putabas: sic semꝑ nobis mortē iminentē videm⁹. Felix igitur esse nequit: qui semper timere compellitur: cuiqꝫ Tantali saxū (vt dicit) semꝑ impendet. Imperiū em̄ res inuidiosissima: vt ait Vopiscus. Meritoqꝫ ait Sidonius Apollinaris. Nō assentior (inquit) his qui summā beatitudinē dicūt summā potestatē. Nā sicut hoībus reges / ita regibus desideria dominādi dominant: hinc plures inuenti sunt qui vitā priuataꝫ regno anteponerēt. Unde Seneca.

Tantali saxum.
Vopiscus
Sidonius Apollinaris
Desideria dominandi regibus dominantur.
Seneca

Me mea tellus lare secreto
Tutoqꝫ tegat ⁊ catullus
O q̄d sollicitis est beatius curis. Et Vergili⁹. xiij. eneidos de latino rege
Tunc sic illachrymans rex alto corde latinus
Verba dabat / quantos humana negocia motus
Alternasqꝫ vices miscent: quo turbine fertur
Uita hominum / o fragilis dānosa superbia sceptri:
O furor: o nimiū dominandi innata cupido:
Mortales quo cecavel his / quo gloria tantis /
Inflatos transfers animos / quesita periclis:
Quot tecum insidias: quot mortes: quāta malorū
Magnorū tormenta geris: quot tela: quot enses:
Ante oculos (si cernis) habes: heu dulce venenū /
Et mundi letalis honos: heu tristia regni
Munera: que haud paruo constant: ⁊ grandia rerū
Pondera / que nunq̄ꝫ placidā ꝑmittere pacē
Nec requiē conferre queant: heu sortis acerbe
Et misere regale decus / magnoqꝫ timori
Suppositos regum casus pacisqꝫ negatos.

¶ Ex his oībus liquet humanā felicitatē nec in imperio / nec in potentia consistere.

Sexta conclusio.

Sexta conclusio. Felicitas humana

in sanguinis nobilitate cōsistere nequit. Nam nobilitas sanguinis est conditio naturalis: sed felicitas est operatio hominis libera. nō igit i parētū siue sanguinis nobilitate / ꝯsistere pōt felicitas hūana. Hoc ꝑpulchre canit Ouidi⁹ epl'a. xj. Canace ad Macareū.

Ouidius

Quid iuuat admoto proauorū noīa celo /
Inter cognatos posse referre iouē. Et Horatius.
Rectiqꝫ cultus pectora roborant
Ut cunqꝫ deserere mores
Dedecorant bene nata culpe. Et Plautus.
Qui bono sunt genere nati ingenio malo /
Suapte culpa de gn̄e capiūt gen⁹: ingeniū iprobāt.

Horatius oda quarta
Plautus

Nulla em̄ est vera nobilitas preter virtutē virtutisqꝫ operationē: vt perpulchre scribit Iuuenalis.

Iuuenalis.

Tota licet veteres exornent vndiqꝫ cere /
Atria nobilitas est sola atqꝫ vnica virtus.

Potest tamen nobilitas bifariam capi. Primo modo pro proprietate conueniente alicui scd̄m q̄d a nobilibus parentibus originē duxit: ⁊ sic primus nobilis ex ignobilibus ortū sumpsit: q̄d clare ostenditur. q: vel Adamus erat nobilis / vel ignobilis. nō primū: q: a nullis parētibus originē duxit. vel oēs filij ei⁹ erāt nobiles vsqꝫ ad nos: sed hoc falsum est: quia tūc nulli fuissent ignobiles. Nec valet dicere ꝙ Cain erat nobilis: q: tūc oēs nobiles submersi fuissent in diluuio: cū Cain cū tota sua posteritate ibi submersus est: ⁊ sic primus nobilis ex ignobilibus parentib⁹ ortū duxit: vt patet de Saul ⁊ ei⁹ patre: sicut primi regū. ix. capl'o scribit. Similiter de Dauid ⁊ eius p̄re: de Marco Tullio et eius p̄re. P̄r Abraā pessim⁹ idolatra extitit. Iob ex gentilib⁹ natus / specimē fuit patiētie. Alio mō capit nobilitas pro ꝓprietate cōueniēte alicui rōne ꝟtutis ⁊ sic oēs studiosi sunt nobiles: ⁊ oēs viciosi ignobiles: sic scribit primi regū. ij. q̄ ꝯtemnūt me: erūt ignobiles. Liquet igit nō in generis nobilitate q̄ floxifaciēda est / felicitatē ꝯsistere. ¶ De nobilitate / diffuse ꝑtractauimus in cōmentarijs economicorū: ⁊ de gallorum nobilitate / deqꝫ eoꝝ sincerissimus virtutibus.

Posteritas Cain diluuio submersa est.
Saul
Dauid
Tullius
Abraam⁹
Vide cōmentarios economicorum De nobilitate.

Septia conclusio.

Septima cōclusio. Non est summū

hoīs bonū in virtutis habitu reponendū / ptꝫ hec conclusio expressa auctoritate Aristotelis. Naꝫ homo solum habitū virtutis habēs / pōt aduersitatibus ⁊ miserijs opprimi: pōt etiā per totā vitam ociosus esse: ⁊ sine quacunqꝫ operatione. nemo autē diceret talē felicem: igitur felicitas nō in operatione virtutis ꝯsistit. Item felicitas est finis omniū bonorū operationum. sed nullus habitus est finis bonarū operationū; nullus igit habitus est humana felicitas. Maior est clara: ⁊ minor probat. q: habit⁹ fit ꝓpter actū: ergo act⁹ est habitu p̄stātior: ⁊ ꝑ cōsequēs poti⁹ in actu: q̄ꝫ in habitu debet collocari humana felicitas. Itē per act⁹ ⁊ nō per habitus meremur vel demeremur: ⁊ per ꝯn̄s nō in habitu consistit humana felicitas. Hec em̄ fuit Stoicorū opinio: quorū princeps fuit zeno: ⁊ Diogenes ip̄m imitatus felicitatē in habitu virtutis reposuit. Hanc opinionē sequit Cicero plane probans in quinta questione tusculana virtutē ad bene beateqꝫ viuendum sufficere.

Zeno stoicorum p̄iceps
Diogenes
Cicero.

Octaua cōclusio.

Octaua conclusio. In idea siue in bo

no separato nō est collocāda felicitas humana. Hāc conclusionē diffuse probat Aristoteles ꝯtra Platonē in sexto capl'o primi ethicorum. ¶ Unde idea scd̄m imaginationem Platonis est exemplar eternū innumerabile eorum que naturabiliter fiunt: ⁊ hanc diffinitionē dat diuus Augustinus libro octuagita questionū. Hanc ideam ponebat Plato esse aliquid separatum: ⁊ in vna quaqꝫ specie rerū vnā ponebat ideā: ⁊ sic omnium bonorum vnam dicebat ideā. ⁊ quēadmodū theologi duplicē ponūt felicitatē: vnā obiectiuam / que est de⁹ gloriosus: aliā formalē / que scd̄m aliquos consistit in actu voluptatis: scd̄m alios vero in actu intellectus. sic Plato duplicem felicitatem assignabat. Unam obiectiuā que est idea siue bonum separatuꝫ. aliā formalē que est illius boni cognitio. Et ꝟo simile est Platonē sic intellexisse suam opinionē: hinc dict⁹ est Plato diuin⁹. i. ꝯtēplatiuus: ⁊ hoc mō rōnes Aristotelis ꝯ platonē sunt vane ⁊ sophistice.

Idea
Augustin⁹
Duplex felicitas.
Felicitas actiua ⁊ cōtemplatiua.
Plato dict⁹ est diuinus

Nona cōclusio.

Nona ꝯclusio. Felicitas meritoria:

capiēdo felicitatē nō collectiue / ꝯsistit in operatione ꝟtutis. Hec ꝯclusio satis ptꝫ ex diffinitiōe felicitatꝭ: nā felicitas est oꝑatio aīe ₛm ꝟtutē ⁊ in vita ꝑfecta.

Decima cōclusio.

Decima conclusio. Felicitas merito

ria: capiēdo felicitatē collectiue / ꝯsistit in aggregato ex oīb⁹ illis q̄ reddūt vitā hoīs ꝑfectā. Et ꝓ his duabus cōclusionib⁹ intelligēdis / est aduertēdum ꝙ duplex est felicitas. naꝫ vna est felicitas meritoria / que alio noīe vocat felicitas vie: ⁊ de ista locut⁹ est Aristoteles: ⁊ est duplex. Nā vna est simplex / q̄ i perfectissima hoīs operatiōe ₛm virtutē ꝯsistit: ⁊ q: illa oꝑatio est duplex. nā vna est ipsius intellectus / que vocat cōtēplatio: alia est voluntatis vel appetitus / q̄ vocatur actio: ideo felicitas meritoria q̄ est simplex / duas habet species. Sed felicitas meritoria: capiēdo felicitatem meritoriā collectiue / est aggregatū ex oībus bo

Felicitas meritoria.
Felicitas aliquando capit collectiue: aliq̄n non collectiue.

nis ad bene/beateqꝫ viuendū reqsitis. ⁊ hoc mō diffi
Dubitatur vtrum pars sensitiua aĩe aduersetur rationi. ¶ Pro solutione est aduertenduz ꝙ quincꝫ sunt potentie anime: scilicet vegetatiua/sensitua/appetitiua/motiua scd̃z locum/ ⁊ intellectiua. Pars autem intellectiua dicitur rationalis per essentiam ⁊ principaliter tanꝗ in se habẽs rationẽ. Pars vero appetitiua dicitur rationalis per participationem: non quia ratiocinetur: sed quia nata est obedire rationi: ⁊ est duplex. quedam est sensitiua: alia intellectiua. ¶ Isto notato dicitꝰ ad dubiũ. Primo ꝙ appetitus sensitiuus natus est aduersari rationi: patet. qꝛ in continente ratio dictat voluptatem ⁊ illecebrã esse fugiendam/quam tamen sequitur appetitus sensitiuus ipsius incontinẽtis. Etiam ratio principatur appetitui sensitiuo principatu regali ⁊ politico/ ⁊ nõ principatu despotico: ergo appetitus sensitiuus non semper obedit rationi. Dicitꝰ scd̃o ꝙ appetitus sensitiuus natus est sequi iudiciũ rationis: pꝫ in cõtinente vbi ratio vincit cõcupiscentiã. silr̃ in valde sobrio in quo appetitus sensitiuus sequitur rationem sine tristicia.

Instãtie contra dicta

Contra dicta istaret aliquis: si appetitus sensitiuus aliquando aduersetur rationi: sequitur ꝙ in corpore humano non esset politia: quia ratio dominatur appetitui: ergo appetitus debet ei obedire/et non aduersari.

Scd̃a instantia

Secundo sic: sicut est in maiori mundo: ita in minori qui dicitur microcosmus: vt dicitur viij. Physicorũ: sed in maiori mũdo/inferiora non resistunt superioribus: ergo similiter in minori mundo: scilicet in homine: pars inferior/scilicet sensitiua: non aduersatur superiori/scꝫ rationi.

Prima solutio.

Ad primam rationem dubij dicitur ꝙ ibi non esset bona politia/si pars inferior non esset nata obedire rationi: sic aũt non est in ꝓposito.

Ad aliã rationem.

Ad scd̃am negatur mior: qꝛ aliqñ inferiora ꝓpter indispositionẽ/ superioribꝰ aduersantꝰ.

Scd̃m dubium.

Dubitatur secundo vtrum virtutes morales sint in appetitu sensitiuo subiectiue. ¶ Pro solutione dubij supponitur primo ꝙ lꝫ anima principetꝰ corpi principatu despotico: intellectꝰ tñ principatꝰ appetitui principatu regali ⁊ politico. Est aũt principatus politicus siue regalis q̄ quis dñatur alteri habenti facultatem resistendi imperio p̃cipiẽtis: sicut filiꝰ põt resistere patri. Sed despoticus dꝛ ille q̄ q̄s dñatꝰ alteri q̄ non habet facultatẽ resistẽdi imperio dñantis: ⁊ tali p̃ncipatu dñs p̃ncipatur seruo: ⁊ aĩa corpori.

Scd̃o supponitꝰ ꝙ appetitꝰ sensitiuꝰ qñcꝫ est inclinatus ad illecebras ⁊ inhonesta: q̄ rõ dictat eẽ fugiẽda. ¶ Tertio supponitꝰ ꝙ aliqñ volũtas

sequitur

sequitur appetitum sensitiuum. ¶ Quarto supponitur quod in homine perfecte studioso/oportet voluntatem et appetitum sensitiuum sequi delectabiliter iudiciũ rationis.

Responsio ad dubium.

¶ Tũc dicit ad dubiũ:

Prima propositio

primo quod in appetitu sensitiuo ponendi sunt aliqui habitus inclinãtes ipm ad actum conformem iudicio rõnis:ptz:qr in illa potentia que nata est aduersari rationi/et que est inclinata ad sequendũ oppositum huius qd ratio dictat/et põt habituari ad sequendũ iudicium rationis: sunt ponẽdi habitus/quibus ipsa potentia reddit prõpta ad delectabiliter sequendum iudicium rationis:sed sic est de appetitu sensitiuo/vt patet per predictas suppositiones:igitur.

Secũda propositio

¶ Dicitur scdo quod in voluntate sunt ponẽde virtutes morales:patet.qr(vt prius dictũ est)ipsa aliquando sequitur appetitum sensitiuum contra iudicium rationis:et tamen in studioso debet voluntas delectabiliter obedire rationi:ergo vt ipsa reddatur ad hoc prompta/ponẽde sunt in ea virtures morales ad id ipsam disponentes.

Tertia propositio

¶ Tertio dicitur quod virtus moralis que est in voluntate/est magis virtus hominis sm quod homo: quam illa que est in appetitu sensitiuo: patet:quia voluntas est magis propria homini et nobilior potentia:quam appetitus sensitiu9.

Quarta propositio

¶ Quarto dicitur quod habitus qui sunt in appetitu sensitiuo/ non sunt de se boni vel mali:sicut illi qui sunt in appetitu intellectiuo.patet: quia tales habitus non dicuntur boni vel mali moraliter/nisi sm denominationem extrinsecam:puta ab actu vel habitu ipsius voluntatis/bono vel malo moraliter.

Quinta propositio

¶ Dicitur quinto quod tales habitus qui sunt in appetitu sensitiuo/ non sunt proprie virtutes morales.patet: quia vt dicitur secũdo hui9. Uirtus moralis est habit9 electiuus:et electio est act9 voluntatis/et non sensus/igitur. Sed dicuntur virtutes morales denominatiõe extrinseca: quia gignũtur in nobis ex actibus voluntatis essentialiter et intrinsece bonis.

Sexta propositio

¶ Sexto dicitur quod tenendo virtutes morales/et similiter vitia moralia esse in appetitu sensitiuo:consequenter asserendum est omnem passionẽ appetitus sensitiui esse actum siue operationem. Et queãdmodum ponuntur virtutes vel vitia in appetitu sensitiuo:sic etiam ponuntur in intellectu. Nã operationes intellectuales imperate ab intellectu/ sunt moraliter bone vel male/denominatione extrinseca: igitur habitus ex illis operationib9 geniti/sunt moraliter boni vel mali.

Obiectio contra predicta

¶ Si dicas contra id quod vltimo diximus:ex illo sequeretur quod idez habitus esset intellectualis et moralis/ et sic scientia potest dici habitus moralis vel bonus moraliter: quod est falsum et cõtra omnes doctores.

Responsio ad rationez

¶ Ad hoc respondetur concedendo eundum habitum essentialiter/ et intrinsece et elicitiue/esse habitum intellectualem:et accidentaliter/et extrinsece/siue imperatiue/esse habitum volũtatis/vel moraliter bonum:quẽmodum communiter dicitur de fide que essentialiter et elicitiue est in intellectu:cuz sit assensus vel ex actualibus assensibus genita. Sed est habitus bonus/meritorius/extrinsece/ et imperatiue pro quanto imperat a voluntate.

Alia ratio

¶ Si dicas:sequeret eundez habitum esse naturalem et liberum:sed hoc etiã repugnat:igitur.tenet consequẽtia:nam omnis habitus intellectualis/ est naturalis cum intellectus sit potentia naturalis : sed aliquis habitus itellectualis/est moralis qui est liber:igitur. ¶ Ad hoc respondetur concedendo totũ argumentum:sicut rectissime concludit.

¶ Et hec de primo Ethicorum.

Liber Secundus Ethicorum.

Tractatus primus

¶ Ca.i. Ostendit nullam virtutẽ morum in nobis fieri natura:ex similibus operationibus omnesque habitus produci.

Cum autẽ virtus sit duplex:intellectiua inquam atque moralis: intellectiua quidem plurimũ ex doctrina generationẽ habet/ et incrementũ.quapropter experientia indiget/tẽporeque. ¶ Moralis autem ex consuetudine comparatur.vnde et nomen habuit tale. ex quo ptz nullam fieri virtutẽ morũ in nobis natura. ¶ Nihil enim eoruz que sunt natura/aliter assuescit. vt lapis/cui quidẽ natura competit ferri deorsuz: nũquam assuescet ferri sursum/ neque si millies ipm assuefaciendi causa quispiã sursum proijceret. simili modo nec ignis ferri deorsum: nec aliud quicquam aliter quam sibi natura competet/assuescet. neque igitur natura/neque preter naturã in nobis virtutes efficiũtur.sed idonei quidẽ ad seipsas suscipiendas sumus natura. suscipimus autez ipsas/atque perficimur per cõsuetudinẽ. ¶ Preterea eorũ que in nobis fiunt natura:potentias prius accipimus/deide reddimus operatiões qd quidẽ in ipsis sensibus intueri licet. Non enim ex eo qr vidimus vel audiuim9 sepe:sensus accepimus. Sed contra habentes/vsi sumus.nõ vsi:accepimus.at virtutes accepimus operari prius:quemadmodũ et in artibus.que namque posteaquam didicerim9 facere oportet:ea faciẽtes discimus.edificatores etenim edificantes/et citharedi/pulsantes citharã fiunt: pari modo iusta agentes iusti/et modesta modesti/ fortiaque fortes efficimur. ¶ Testat hoc:et id quod in ciuitatib9 fieri solet. Leguz namqz latores ipsos ciues assuefacientes/bonos efficiunt.atqz omnis quidẽ legum latoris hec est voluntas.qui vero non bñ id faciunt:peccant.atqz hoc ipso respublica bona:a mala republica differt. ¶ Insuper ex ijsdẽ et per eadẽ oĩs virt9 et ars similiter et fit/et corrũpitur.ex eo namqz qr pulsat citharã: et boni et mali fiũt citharedi.simili ratiõe et edificatores/et ceteri oẽs.nã ex eo qr bene edificant/ boni:et ex eo qr male/ mali fiũt edificatores et fabri. ¶ Qd nisi ita sese haberet/ non esset opus docente:sz omnes boni fierent aut mali.sic igi-

tur ⁊ in ṽtutibꝰ res sese hꝫ. agẽtes em̃ ea que sũt in ꝯmercijs hoĩm: alij iusti/ alij iniusti fiũt. agẽtes etiã ea q̃ sũt in terribilibꝰ rebꝰ/ timereqꝫ assuescentes/ aut confidere: alij fortes/ alij timidi fiũt. Idem ⁊ circa cupiditates ⁊ iras euenire videt̃. alij em̃ tẽperati ac mites fiunt/ alij intẽperati ac iracundi: ex eo plane q: hoc in ipsis aut hoc modo versantur. Atqꝫ (vt breuiter dicaꝫ) omnes habitus ex operationibus similibꝰ fiũt. ¶ Quapropter tales quasdã operationes reddere oportet. ipsarũ nãqꝫ differentias habitus ipsi sequuntur. nõ igitur parũ/ sed plurimũ: qn potius totum refert/ sic an non sic homines ab adolescentia consuescant.

Iste est secundus liber

Ethicorum. In quo Aristoteles de virtute/ virtutisqꝫ generatione ⁊ eius diffinitione determinat: et primũ assignat differentiam inter virtutẽ moralem ⁊ intellectualeꝫ: Intellectualis nãqꝫ virtus plurimum ex doctrina gignitur: incrementaqꝫ bonitatis capit. quare virtus intellectualis indiget temporis diuturnitate/ ⁊ longa rerum experientia. virtus aũt moralis ex assuetudine gignit̃: ⁊ ideo nomen adepta est tale. Nam dicta est virtus moralis a more: hoc est a consuetudine. Uirtus igit̃ moralis consuetudinaria dici meret̃: quia mos ⁊ cõsuetudo idem sibi volunt. ¶ Conclusio. Nulla virtutum moralium natura nobis inest. Hãc conclusionẽ qnqꝫ rationibus suadet Aristoteles. ¶ Prima ratio. Nihil eorum que natura insunt/ aliter vel in contrarium assuescit: vt lapis/ cui ex nature instinctu cõuenit moueri deorsum: non potest per assuetudinẽ tendere sursum: ⁊ si millies quispiam assuefaciẽdi occasione/ ipꝫ lapidẽ sursuꝫ pelleret. pari modo nec ignis cui suapte natura congruit moueri sursum: nunq̃ꝫ ratione assuetudinis deorsum propellitur. Atvero contingit quẽpiam per assuefactionem de virtute in vitia labi. quare virtus non nobis a nostri ortus principio inest.

Conclusio.

Prima rõ.

Correlariũ.

¶ Correlarium. Neqꝫ ṽm nature instinctum/ nec cõtra nature instinctum/ virtutes in nobis gignuntur: sed proni/ atqꝫ procliues sumus ad ipsas virtutes adipiscendas. Susceptis enim virtutibus/ per longam consuetudinem reddimur perfecti atqꝫ studiosi.

Scda rõ.

¶ Secũda ratio. Eorum que in nobis nature instinctu procreantur: prius potẽtias siue causas habemꝰ: ⁊ postremũ reddimus operationes: quod in exterioribus sensibus facillimuꝫ est intuitu. Non enim sensus habemus: quia vidimus aut audiuimus sepe: sed cõtra: habẽtes sensus/ opamur: ipsis sensibꝰ vtẽdo: non aũt operãdo acq̃rimꝰ. Atvero virtutes in nobis finẽ/ preuijs opationibꝰ: queadmodũ artes. discimꝰ enim operãtes ea q̃ postea q̃ꝫ didicerimꝰ/ operamur. Exẽplo declarat̃: nã domos struentes operãdo/ artifices efficiunt̃/ hoc est: habent habitum ꝯficiendarũ domorũ. pulsantes etiã citharam/ citharedi efficiunt̃. equo modo iustas operatiões exercẽtes/ iusti euadũt. modestas/ modesti. atqꝫ fortes/ fortes. igit̃ ex nr̃is opationibꝰ paritur virtus: ⁊ per ꝯñs nõ nobis natura inest.

Tertia rõ.

¶ Tertia ratio. Id qđ in ciuitatibus contingit ab ipsis legũlatoribus/ testimonio est/ virtutẽ nemini a natura inesse. Nã legum conditores ciues in actionibus studiosis assuefaciẽtes/ bonos efficiũt. hec enim est recta legislatoris istitutio: vt ciues bonos efficiat. Et si qui sunt qui id nõ assequunt̃: deuiãt a recto. In hoc em̃ respub. bona a mala repub. discrepat: q: illa ciues reddit studiosos: hec malos. ¶ Quarta ratio. Omnis habitus ex similibus operationibꝰ specie gignitur: ⁊ similibus corrũpitur: vt virtus ex bonis operationibus nascitur: ⁊ ex malis deperditur/ deperitqꝫ: contra. Uitium ex malis operationibus nascitur: ⁊ ex bonis interimitur. Pulsantes em̃ citharam/ ⁊ boni ⁊ mali citharedi euadunt. bene etiã edificãtes/ boni nimirũ edificatores fiũt. ⁊ male/ mali. nisi enim ex actibus ꝓcrearetur habitus: nõ esset opus preceptore. sic em̃ omnia a nostri ortus principio sciuissemus. Eodẽ modo in virtutibus contingit sicut in artibus. Nam ea agentes que ad hominũ societatẽ spectant: alij iusti/ alij iniusti euadũt. operãtes ea q̃ circa picula bellica sunt/ aggredi timereqꝫ assuefacientes: alij fortes/ alij timidi efficiunt̃. pari modo qui circa concupiscentias ⁊ iras operantur: alij temperati/ alij mãsueti efficiuntur: prout hoc vel illo modo circa predictas passiones operantur.

Quarta rõ.

Secunda conclusio que quodãmodo

Scda cõclusio.

do generalis est ⁊ satis explicata. Omnis habitus/ siue bonꝰ siue malus/ siue intellectualis/ siue moralis/ ex similibus actibus comparatur: ⁊ similes actꝰ reddit atqꝫ efficit. habituum nãqꝫ distinctio/ ex actuum diuersitate nascitur. ¶ Correlariũ. Non parũ refert iuuenem a tenella etate/ bene vel male educari: sed plurimũ quin potius totũ. Sicut enim in adolescentia imbuunt̃ iuuenes: sic in omni etate ꝑseuerant. nec illam quã in tenella etate suppresserũt promptitudinem/ deserere possunt. bonis igitur preceptoribꝰ tradendi sunt: vt nõ solum litterarũ rudimẽta/ sed potiꝰ virtutũ bases capiãt. Ideo luculenter scripsit Hora.

Correlariũ.

Nũc adhibe puro pectore ṽba puer: et te melioribꝰ offer. Quo fuerit imbuta recens seruabit odorem Testa diu. ¶ Et Tibullus poeta in hunc qui sequitur modum scribit.

Horatius.

Tibullus.

Longa dies homini docuit parere leones:
Longa dies molli saxa peredit aqua.

¶ Quid habitus: q̃ actus/ siue operatio/ vide in tractatu terminorũ moraliũ. de virtute intellectuali/ in sexto huiꝰ perspicietur. Per similes actus/ intellige actus similes scđm naturã rei. ⁊ non scđm circũstantias: vt in eodem tractatu elucidatum est. Consuetudo ⁊ mos ideꝫ. Uirtꝰ moralis ⁊ virtus consuetudinaria idẽ. Assuefactio pro actu accipitur. per consuetudinẽ em̃ ⁊ bonorũ operũ assuefactionem/ ardua atqꝫ difficilia/ facilia euadũt. laboriosa ⁊ grauia/ iucũda. corda aspera ⁊ dura mitescunt/ dicẽte Horatio.

Annotationes.

Nemo adeo ferus est vt non mitescere possit/
Si modo culture patientẽ cõmodet aurẽ. Quod si quis future senectutis memor sit: ad bonorum operꝝ exercitationem cogetur: vt canit Ouidius libro. iij. de arte amandi.

Horatius.

Uenture memores iam nunc estote senecte.
Sic nullũ vobis tempus abibit iners. Optima cõsuetudo/ optimorũ ꝯgressionibus comparatur: sicuti prauorꝝ societate/ praui mores acq̃runt̃/ dicẽte Psalmista. Cũ sctõ sanctus eris: ⁊ cũ peruerso ꝑuerteris.

Ouidius de arte amandi.

¶ Cap. ij.

¶ Ca.ij. Ostendit virtutes ex actibus moderatis fieri/ ab hisdēq augeri/ ⁊ illas nō moderatas corrūpi: atq circa illa operari ex quibus orta est.

CUm autem p̄sens tractatio/ nō contemplationis sit (vt cetere) gr̄a (nō em̄ vt sciamus quidnā sit virtus: sed vt efficiamur boni consideram⁹ / nā nulla ipsius esset vtilitas) de actibus quonam modo sint agendi/ ꝯsiderare necesse est. Hi nāq sunt authores: vt tales quidaz ipsi habitus fiant queādmodū diximus. ¶ Agere igit̄ ratione recta cōmune est: ⁊ supponatur. posteri⁹ aūt de ipso dicetur: ⁊ quid est ipsa recta ratio: ⁊ quomodo ad ceteras sese habet virtutes. illud autem antea cōfiteamur oportet: omnē sermonem qui est de rebus agēdis figura ⁊ nō exacte fieri debere/ queādmodū ⁊ ab initio dixim⁹. rationes inq̄ vt materia postulat semp esse efflagitādas. ¶ Actiones aūt ⁊ ea q̄ prosunt/ nullā habēt stabilitatem: queādmodū neq salubria. atq cū talis sit sermo vniuersalis: multomin⁹ is sermo certitudinis hz/ qui de singularib⁹ est. nā neq sub artem/ neq sub preceptionem vllā cadunt. Sed oportet ipsos agentes ea semper considerare que ad tēpus accōmodant̄. queādmodū ⁊ in medicina fit: ⁊ in gubernandi etiā arte. ¶ Verū etsi presens sermo talis est vti diximus: enitendum est tamē opem ac auxilium ferre. primū igitur hoc ꝯtēplemur oportet: res istiusmodi tales esse/ vt ab exuperatione defectioneve corrūpantur/ vt in viribus videmus/ ac valitudine fieri. nam ꝑ rebus obscuris/ claris indicijs vtamur oportet. exuperatio nāq laboꝝ/ defectioq vires corrūpūt. similiter potus/ cibiq exuperantes atq deficiētes valitudinē auferunt. moderati vō faciunt/ augent/ et conseruant. Sic igitur ⁊ in fortitudine/ ac tēperantia/ ceterisqz virtutibus res sese habere videtur. qui nāqz cuncta fugit/ atqz formidat/ neqz quicꝙ subire/ perferreqz patitur: is timid⁹ fit. qui nihil oīno timet: sz aggreditur omnia: is audax nimirū efficitur. simili modo qui voluptate omni potitur/ nec excipit vllam: intemperans. qui cunctas fugit/ ꝑinde atqz agrestes homines: insensatus euadit. etem̄ tam temperantia ꝙ fortitudo ab exuperatione quidem ⁊ defectu corrumpitur: a mediocritate autem ꝯseruatur. ¶ Atenim nō solum ortus ad creationes/ corruptionesve ex eisdē ⁊ ab eisdē efficiuntur: sed et operationes in eisdē etiam erūt. Naz ⁊ in ceteris que sūt manifesta magis. res ita sese habere videtur/ vt in viribus. vires enim taz copia cibi ꝙ multorum laborum tolerātia/ cōparant̄. ⁊ robustus ipse multum sumere cibuz/ ⁊ multos labores tolerare maxime pōt. Sic fit ⁊ in virtutibus ipsis. nā abstinendo a voluptatibus efficimur temperati. ⁊ facti iam temperati: maxime ab ipsis possumus abstinere. idem ⁊ in fortitudine fit. etem̄ assuescendo formidolosas res paruipēdere/ subireqz ipsas atqz perferre: fortes euadimus/ factiqz fortes maxime res formidolosas poterimus ferre.

SEcundū capitulū vna cōclusione ⁊ aliquot suppositionib⁹ clauditur. ¶ Prima suppositio. In hoc scdo Ethicorum ꝯsiderandū est de actibus humanis: quonam pacto debeant a nobis fieri. nam editio moralis nō ꝯtemplationis gratia/ sed operatiōis existit. nō em̄ vt virtutē ipsam cōtemplemur: sed potius vt euadam⁹ boni / de ꝟtutib⁹/ virtutūq actiōib⁹ cōsideram⁹: al's em̄ nulla orire͏t̄ a virtute vtilitas. — Prima suppositio.

Scda suppositio. Act⁹ humani sunt cause bonitatis vel malicie habit⁹ q̄ ex ipsis actibus gignit̄: vt antea dictum est. — Scda suppositio.

Tertia suppositio. Operari conformiter ad rectā rationē vel ad prudentiā/ oībus virtutibus conuenit: ⁊ in hoc scdo supponat̄ tanq̄ notum. Sz in sexto huius pamplius de recta rōne/ deq prudentia dr: quidnā sit ipsa prudētia: ⁊ quonā pacto ad ceteras virtutes morales conducat. — Tertia suppositio.

Quarta suppositio. Omīs sciētia de actibus humanis rudi quadā intelligentia/ ⁊ nō demōstratorie peruestigāda est: queādmodū ab exordio dixim⁹. ꝓcessus etiā in oī scientia ſm naturā materie subiecte expetendus est. nam opationes humane/ ⁊ alia bona circa que ipsa virtus versat̄/ nullā habent firmitatē: sed instabilia sunt. ⁊ nūc bona/ nūc mala apparent: suntq sil'a ipsis salubribus q̄ nō semper salutem prestant. — Quarta suppositio.

Quinta suppositio. Si sermones vniuersales sunt incerti: incertitudinē etiam sibi vendicant sermones particulares qui ad nullā scientiā/ ad nullamve artē reducunt̄: sed operātes tpis circūstantias cōsiderare opz: ⁊ ſm eius varietatē opari: queādmodū ꝯtingit in medicina/ ⁊ in arte regendarum nauiū: similiter in gymnastica. — Quinta suppositio.

Conclusio. Virtus moralis / excessu atq defectu corrūpitur: mediocritate ꝟo conseruat̄: vt in virib⁹ corporis ꝯtingit. Nā ꝑ reb⁹ obscuris elucidādis/ op⁹ est clara exēpla i lucē adducere. nā laborū superabūdantia defectiove/ corpus deperdunt: simili modo potus ⁊ cibi exuperantes deficiētesve/ corporis valitudinē ⁊ ei⁹ robur tollūt: mediocres ꝟo augēt/ efficiūt ⁊ ꝯseruāt corpa. Eodē modo ꝯtingit in fortitudie ⁊ tēperātia/ ceterisq virtutib⁹ moralib⁹. is em̄ q̄ oia pericula bellica fugit/ nec q̄cq̄ formidat/ timid⁹ est: q̄ ꝟo nihil formidat/ audax. Circa voluptates corpis idē accidit: nā q̄ oī voluptate fruit̄: nec vllā omittit: intemperans est. qui cunctas voluptates fugit et nullas admittit/ aggrestis est ⁊ insensibilis. qui vero mediocriter voluptatibus indulget/ aliquas — Conclusio.

admittendo: alias ꝟo fugiendo/ temperans est: clarū igitur euadit tam temperantiam ꝙ fortitudinez exuperatione ꝛ perfectione corrūpi. mediocritate vero conseruari.

Secūda cō clusio.

Scđa conclusio. Virtus moralis nō solum ex similibus actibus generationem capit atq; incrementum: sed etiam ad similes actꝰ pellit: ꝓcedētia enim manifestiora sunt in extrarijs rebꝰ ꝙ in actibus animi: vt in viribꝰ animi perlucet. vires enim corporis ciboꝝ multitudine/ ꝛ magnoꝝ laborum; tolerātia acquirunt. vir autē factus robustus/ multum cibū sumere potest/ multosq; labores tolerare. Idem accidit in virtutibus: nam abstinēdo a corporis voluptatibꝰ/ efficimur tēperati: factiq; tēperati maxime ab ipsis abstinere possumus. Insup in fortitudine ꝑ diuturnam terribiliuz assuefactionē fortes efficimur: factiq; fortes maxime terribilia subimus.

Annotationes.

¶ Excessus supabundantia/ vitium ꝑ superabundantiam. idem. ¶ Mediocritas est actus qui mediū locū inter supabundantiā ꝛ defectū sibi vēdicat. ¶ Defectus est recessus a recta ratione citra limites virtutis: queadmodū excessus est supra limites virtutis.

Ortus virtutū q̄ sunt.

¶ Ortꝰ et accretiones virtutū sunt actus boni quibus virtutes augentur/ amplitudinēq; suscipiunt. ¶ Corruptiōes virtutum sunt actus vitiosi virtutem interimentes.

Vires corporis.

¶ Sunt enim vires potētie corporales quibus corpꝰ suas metitur operationes.

Cōtēplatio

¶ Contemplatio est cognitio intellectus.

¶ Ca. iij. Ostendit virtutes ac vitia dinosci ex voluptate ꝛ dolore: circa quos affectus oēs habitꝰ morales quodāmodo existunt.

At qui signū habituum sit oportet ea voluptas q̄ ipsis actiōibus aduenit: ꝛ idētidē dolor. Qui nāq; a coporis abstinet voluptatibꝰ: si hocipso gaudet/ temperans est. sin moleste fert: intēperans. Rursus qui pericula subit ꝛ gaudet/ aut saltez non dolet: fortis. q vero dolet: timidus est. moralis nāq; virtꝰ circa voluptates doloresq; versatur. ¶ Ob voluptatem enim res improbas agimus: ob dolorē vero res posthabemus honestas. ¶ Quapropter homies ab ipsa statim adolescētia (vt inquit Plato) ita institutos eē oportet: vt ijs gaudeant/ doleātq;/ quibus gaudere dolereq; oportet. hec est eniz educatio/ ac eruditio recta. ¶ Preterea si virtutes sunt circa actiones atq; affectus/ omnē vero affectum/ ꝛ actionē omnē/ voluptas sequit aut dolor: virtus ob idipsuz etiā circa voluptates/ doloresq; versatur. ¶ Indicant id ita esse ꝛ pene: quippe cum per ipsos fiant dolores. sunt enim medicamenta quedam. medicamēta vero per contraria fiunt. ¶ Preterea oīs habitꝰ animi (vt antea diximus) ad ea ꝛ circa ea naturaz habet: a quibus deterior/ meliorq; efficitur. at ob voluptates doloresve/ praui habitus fiunt: ex eo sane qꝛ ꝑsequunt hoīes atq; fugiunt aut quas/ ꝛ quos nō opz/ aut cū nō oportet/ aut queadmodum nō opz/ aut quot modis alijs a ratiōe/ talia diffiniūtur. ¶ Quapropter ꝛ sunt q diffiniētes virtutes: affectuū ipsas inquiūt esse vacuitates/ tranquillitatesve quasdā. sz non recte/ qꝛ simpliciter dicūt: ꝛ nō addūt vt oportet/ ꝛ quādo opz/ ꝛ cetera que addunt. virtus ergo talis supponit circa voluptates atq; dolores: optimarum esse rerū actiua/ vitiū aūt contrarium. ¶ Fuerit aūt nobis de ipsis ꝛ ex his etiā manifestū. Nam cū tria sint ob que quispiaz expetit honestū/ vtile/ iucundū: ꝛ tria illis cōtraria ob que fugit/ turpe/ inutile/ atq; molestū: bonꝰ qdem vir circa hec omnia recte agit. malus aūt peccat: ꝛ maxime circa voluptatē. ¶ Hec eniz ꝛ cōmunis est animalibꝰ: ꝛ oīa q̄ in expetitionē cadūt comitari videt: quippe cum ꝛ honestuz/ ꝛ vtile videat esse iucundū. ¶ Preterea cunctis vna cū hoībus ab ipsis incunabulis ē enutrita. quapropter arduū est hunc affectum insitum vite extrudere. ¶ Iudicamꝰ etiā ꝛ actiones ipsas alij magis alij minus: voluptate atq; dolore. idcirco totum ipsum negociuz circa hec esse necesse est. nō em̄ parū potest ad actus bene aut male/ gaudere aut dolere. ¶ Difficilius est etiā (vt Heraclito placet) voluptati repugnare ꝙ ire. at circa difficiliꝰ semꝑ ꝛ ars fit ꝛ virtus. id enim qđ in hoc efficitur bene: prestabilius est. quare ꝓpter hoc etiā circa voluptates/ doloresq; totū negociū est/ ꝛ ipsiꝰ virtutis ꝛ ciuilis etiā facultatis: qui nāq; bene his vtit: bonus erit. qui vero male: malus. ¶ Dictum sit igit virtutē circa voluptates/ doloresq; versari: ꝛ ex quibus fit/ ab ijs ipsis augeri/ ꝛ cū non eodem modo fiunt corrumpi/ ꝛ circa illa etiam operari ex quibus est orta.

Tertiū caput vna conclusione claudit. ¶ Conclusio. Oīs virtus moralis in voluptatū atq; doloꝝ refrenatione versat. *Conclusio* ¶ Prima ꝓbatio. Nā potissimum habitus indiciū/ est voluptas vel dolor ipsis actibus aduenlens. Is em̄ q̄ a corporis abstinet voluptatibꝰ/ ꝛ abstinendo gaudet/ tēperans est: sed si abstinendo egreferat/ intēperās est. Insup qui belli pericula aggredit: ꝛ aggrediendo gaudet/ aut nō tristatur: fortꝫ efficit. qui ꝟo aggrediēdo dolet/ timiculosus euadit. quare omnē virtutē moralem in voluptatibꝰ atq; tristicijs refrenādis/ cohibendisq; versatur. ¶ Secūda ratio. *Scđa ratio* Nam ob delectationes corporeas/ plerisq; hominū improba operantur: ob tristicias ꝟo/ honestas operationes omittunt. hanc ob causam aportet homines statim a teneris annis (si Platoni credit) esse sic compositos moribus: vt illis operationibus gaudeant/ quibus gaudendum est: hoc est bonis. doleāt

etiam

etiam illis opibus quibus recte dolendū est. hec est
Tertia rō. eñ recta morū institutio atqꝫ cōpositio. ¶ Tertia ra
tio. Si morū virtutes sunt circa opationes atqꝫ pas-
siones humanas: ꝛ oēm opationē atqꝫ passionē se-
quitur tristicia/vel delectatio: oīs etiā moralis virtꝰ
Quarta rō. circa delectationē/ tristiciāve versatur. ¶ Quarta
ratio. Pene malis illate ꝑ opibus vitiosis/ostendūt
oēm virtutem circa voluptatē/dolorē ve versari. Nā
per penas efficiuntur dolores: quēadmodū ꝑ actus
Quinta rō. malos fiunt delectationes. Pene eñ sunt medicine
malorū que semꝑ per ꝯtraria fiūt. ¶ Quinta ratio.
Oīs animi prōptitudo circa eas res versatur: a qꝫ-
bus melior/deteriorqꝫ efficitur. Sed ob voluptates
atqꝫ dolores/mali habitus efficiūtur: vtpote cū ho
mines persequūtur: hoc est amāt/vel expetunt volu
ptates quas non oportet scđm rectū iudicium expe-
tere: aut qñ nō oportet. et ita scđm alias prudētie cir
cūstātias: similiter cū quispiā fugit ꝛ a se pellit volu-
Opinio ptates quas fugere nō oportet: ꝛ quādo nō oportet
Stoicorū. pari modo de dolore censendū est. ¶ Correlarium.
scđm Stoicorū sententiā/ Stoici nō recte diffiniūt
virtutē/dicentes virtutē esse quādam ꝑturbationuꝫ
siue passionū vacuitatē vel carētiā. quia nō addūt/
vt oportet/et qñ oportet: et sic de alijs prudentie cir-
cūstātijs. Supponatur igiť tanqꝫ notū virtutem esse
optimarū rerū opatiuā circa voluptates. cōtra vero:
vitiū est pessimarum reꝝ circa voluptates atqꝫ dolo
Sexta rō. res opatiuū. ¶ Sexta ratio. Cōsiderata boni diui
sione in bonū honestum/vtile/et delectabile: statim
euadet cōclusionis manifesta veritas. Tria eñ sunt
ob que quicqꝫ expetimꝰ honestū/vtile/ꝛ iucundum.
Tria sunt etiā istis aduersa atqꝫ repugnantia/ inho
nestū/ triste/ꝛ inutile. Vir bonꝰ circa hec oīa bñ opať:
malus vero circa ꝑdicta oberrat: ꝛ maxime circa vo
luptatem. Voluptas enim oībus communis est: oīa
etiam que expetuntur/comitatur. cum oē honestum
atqꝫ vtile appareat iucundū. ipsa insuꝑ oībus aīali-
bus vna cū hominibꝰ ab origine natiuitatis educa-
ta est. qre difficile est plurimū hanc passionē vtpote
Septia rō. voluptatē nature cōcessam/expellere atqꝫ abijcere.
¶ Septima rō. Operationes humane iudicantur
bone: vel ꝑpter voluptatē/vel dolorē sequētem: alij
Correlariū hominū magis iudicant: alij minus per voluptateꝫ
atqꝫ dolorē. ¶ Correlariū. Propter causam iā dictā
totū morale negociū circa voluptates/doloresqꝫ ver
satur: nō paruū momentū ad actus humanos ꝯfert:
Octaua rō, cū quis bene/aut male/iucunditate atqꝫ dolore affi-
citur. ¶ Octaua ratio. Scđm Heracliti sententiam
difficilius est resistere voluptati qꝫ ire. Oīs autē vir
tus et ars circa difficilius versatur. igiť virtus mo-
ralis circa voluptatē semꝑ inuigilat. Oīs autē ope-
ratio que bene fit circa difficile/est ceteris opationi-
bus prestātior atqꝫ nobilior: quare totū negociū mo
rale circa voluptates atqꝫ dolores incumbit: qui be-
ne vtitur voluptate/bonꝰ est: q̇ male/malus. ¶ Epi
logus. Satis igitur dictum est virtutem circa volu-
ptates atqꝫ dolores cohibendos inuigilare. Tactū
est insuper ex quibus opationibus nascatur: ex qui-
Annotatio busve corrūpatur. enucleatū est virtutē circa easdem
nes. opationes esse ex quibus ortum sumit. ¶ Due diffi-
nitiones virtutis possunt ex dictis trahi. Prima vir
tus/est vacuitas perturbationū scđm rectam ratio-
nē. Secunda virtus/est optimarū rerum operatiua
circa voluptates atqꝫ dolores. Voluptas aliqñ pro
passione naturali/aliquādo pro actu accipitur: vt in

textu claret. Totū negocium/tota ph̄ia moralis/ vo
luptas est difficilioris moderationis/qꝫ ira ex parte
nature: sed ira difficilior est propter subitū impetum Ira causat
quē facit/scđm illud Prouer. xxij. Ira nō habet mise impetum
ricordiā: nec erūpens furor. et impetū spūs concitati Salomon
quis ferre poterit? Graue est saxū/et onerosa arena: ꝑuer. xxij.
sed ira stulti vtroqꝫ grauior. Virtus est circa difficile
in gradu cōtinētie: non autē in alijs gradibus: qꝛ vbi
est perfecta virtꝰ/nō est difficultas in actuū ꝑductio-
ne. Sed si heroyca virtus/cōtinētie gradū non sup-
ponat/ hoc in dubium vertitur: de quo amplius in se
ptimo huius perspicietur.

¶ Ca. iiij. Soluit dubitationem quomodo iusta
agendo efficimur iusti: quū iuste agere ex iusticia pē
dere videať: declaratqꝫ aliud esse iusta agere: aliud
iuste. Simile est in alijs virtutibus.

Dubitauerit autē quispiam: quonā
modo dicimus iusta agētes iustos:
et temperata tēperatos fieri oporte-
re? Nam si iusta/tēperataqꝫ agunt:
iam iusti sunt et temperati/perinde atqꝫ si grā
matica/musicave faciunt: grāmatici sunt atqꝫ
musici. an nec in artibꝰ res ita se habet? ¶ Fie
ri nāqꝫ potest vt grammaticū aliquid quispiā
faciat: et fortuna et alio admonente. at tūc erit
grāmaticus: cum et grammaticū quippiam/et
grammatice faciet/id est scđm eam (que est in
ipso) gramaticā artem. ¶ Preterea nec simi-
le in artibus/et in virtutibus est. nā ea que ab
artibus fiunt: bonum ipsum in seipsis habent.
sufficit igitur: si ipsa aliquo modo sese haben-
tia fiant. at ea que a virtutibus fiunt/non iuste
aut temperate aguntur/si sint iusta aut tempe
rata: sed si et agens sic se habēs agat/ primo q-
dē si sciens/deinde si eligens propter ipsa/ter-
tio si firmo animo ac immutabili agat. Hec au
autē ad habitus quidē ceteros habendos nō
requiruntur preter ipsum scire. ad virtutes au
tem/scire quidem parum aut nihil potest: cete
ra vero nō parū/sed totum possunt. Que qui-
dē et ex eo quia persepe res iuste/temperateqꝫ
aguntur/proueniūt. res igitur iuste/ tempera-
teqꝫ dicuntur: cū sunt tales quales vir iustus
ageret aut tēperatus. Iustus autem ac tēpera
tus est: nō is qui has agit/ſꝫ qui sic etiam agit
vt iusti/tēperatiqꝫ agunt: recte igitur diciť iu-
stū fieri agentem iusta: ꝛ temperatū etiam tē-
perata. qui vero hec nō agit/nunqꝫ euasurus
est bonus. Verū pleriqꝫ hec quidē non agunt.
Ad sermones autē confugientes sese philoso
phari putant/ꝛ studiosos hoc fore modo atqꝫ
perinde vt egroti faciunt: qui medicos quidē
diligēter audiunt/nihil auteꝫ eorū agunt que

precipiuntur ab illis. vt igitur illis corpus nõ bene sese habebit si ita curãtur: sic nec his animus plane/ si ita philosophantur.

Questio

Quartum capitulũ vna questione/ ⁊ eius enodatione/ varijs distinctionibus clauditur. ¶ Questio. Quonã pacto fieri potest vt hoĩes operãtes iusta et temperata/ iusti atq̃ tẽperati efficiãtur: cũ si iusta et tẽperata faciant/ iam iusti sunt ⁊ tẽperati: quẽadmodũ agẽtes grãmaticũ et musicũ/ grãmatici sunt atq̃ musici. Hec q̃stio mouet̃ ppt̃ ea que superius dicta sunt. Nã prius diximꝰ q̄ q̃s operãdo iusta/ efficitur iustus: operãdo etiam tẽperata/ efficitur tẽperatus: cũ ex similibus actibus fluat habitus: et a similibus etiã corrũpatur.

Solutio.

¶ Solutio. Quispiã duobꝰ modis potest facere grãmaticũ/ et nõ esse grãmaticus. Primo mõ a fortuna: audiendo aliquã orationẽ latinã vel grãmaticã proferre. Secũdo mõ/ alio mouẽte vel docẽte: vt faciũt inerudit in grãmaticis: q̃ post alios loquũtur ⁊ orationes latinas efficiũt. Sz tunc quispiã meretur dici grãmaticus: cũ grãmaticũ aliquid facit/ ⁊ grãmatice. hoc est scd̃m habitum grãmaticũ/ quẽ aĩo gerit. Nec omnino simile est in artibus et in virtutibus. Nã operatiões ab artibus proficiscẽtes/ suam bonitatẽ intrinsecus habent: secluso quocũq̃ fine/ seclusa etiã recta rõne de actibꝰ humanis dictãte ad operationẽ ab arte procedentem: sufficit si aliq̃ mõ fiat. hoc est siue ppt̃ bonũ/ siue malũ/ siue recta intẽtione/ siue praua: q: semp cõstat opus esse optimũ ƀm artẽ: nõ autẽ ƀm moris bonitatem. Sed ea que a virtutibus fiunt non iuste/ et tẽperate: nõ aguntur solũ quia iusta sunt et tẽperata: sed quia cũ rõne fiũt. Tria eñ requirũtur ad opꝰ bonũ et studiosum. Primũ: q̄ agens operetur sciẽs. hoc est habẽs habitũ prudẽtie a quo eliciat actum cui cõformatur actus volũtatis. Secũdum: q̄ operetur eligens ppter ipsa. hoc est vt pducat opationẽ liberã volũtatis ppter bonũ finẽ. Tertium est: q̄ firmo et immutabili aĩo operetur. hoc est q̄ nõ vellet deserere actũ virtutis pro quocũq̃ alio superueniẽte/ etiam pro morte subeunda. Sed hec oĩa preter cognitionẽ ad alios habitus nõ requirũtur: vtpote ad artes et scientias habendas: sed cognitio aut parũ/ aut nihil cõfert ad virtutes. et hoc non est intelligendũ de omni cognitione: q: cognitio que est actꝰ prudẽtie/ plurimũ cõfert ad actus studiosos. alie þo cognitiões sciẽtiarũ speculatiuarũ/ parũ psunt ad virtutis adeptionem et cõseruationem.

Nota bene.

Sed alia duo: vtpote recta electio de fine/ et firmũ et immutabile propositũ/ plurimũ adiumẽti cõferunt ad actus studiosos reddẽdos. Et hec duo: scz recta electio/ ⁊ firmũ atq̃ immutabile propositũ/ in nobis gignũtur: psepe res iuste/ tẽperateq̃ agunt̃. Opera igit̃ dicũtur iuste ac tẽperate fieri: qñ finis eomõ quo vir iustꝰ et tẽperatus ea faceret. hoc est cũ circũstãtijs rõnis et ab habitu virtutis. ¶ Cõcludit Aristo. illũ iustũ atq̃ tẽperatũ effici: qui iusta et tẽperata operatur. qui vero operationes iustas atq̃ tẽperatas nõ operatur: nunq̃ studiosus euadet. q: anq̃ aliq̃s efficiat̃ iustus/ vel temperatꝰ/ atq̃ omnino studiosus: requiritur bonoꝝ operum exercitatio/ atq̃ frequẽs actuũ elicitio. Multi autẽ hominũ hec nõ agunt: scz iusta ⁊ tẽperata: sed ad sciẽtias et nõ opationes cõfugiunt: credẽtes sese hoc pacto studiosos euadere/ et rectissime philosophari. Atq̃ perinde vt egroti faciunt: q̃ in dandis sanitatis preceptis/ diligẽtissime audiũt: sed nihil eorum que a medicis precipiuntur/ agunt. itaq̃ quẽadmodũ talibus/ corpus non bene sese habebit si ita curentur: sic nec his hominibꝰ animus si ita philosophãtur. hoc est si eorũ que in philosophia tradũtur/ solam cognitionẽ habeant: ⁊ nõ recte atq̃ studiose operẽtur scd̃m habitus virtutũ. Parum igitur adiumẽti confert cognitio plurimarũ rerum sine operibus studiosis: immo vt dicit apostolus. Sciẽtia inflat. et hoc verum est de sciẽtia sine virtute: que (vt vulgo dicit̃) gladius est in manu furientis. hoc est magis nocet q̃ prodesse possit. Nota bene.

Questio.

Circa primũ tractatum huius scd̃i quero primo vtrum virtutes morales insint nobis a natura.

Solutio questionis.

¶ Pro solutione questionis sciendũ est q̄ multipliciter potest intelligi ꝟtutes morales nobis inesse a natura. Uno mõ accipiendo inesse a natura/ vt distinguitur cõtra inesse per violẽtiam: ⁊ sic virtutes insunt a natura. quia virtutes libere generantur et nõ per violentiam. nemo (vt inquit Augꝰ.) bonꝰ nisi volens. eodẽ modo de vitio. Scd̃o modo accipitur naturale/ vt tantum valet sicut cõueniens: et innaturale sicut discõueniẽs: et sic virtutes possunt etiam dici naturales/ et vitia innaturalia. Tertio accipitur naturale vt distinguitur cõtra volũtariũ: et sic virtutes nõ sunt nobis naturales: quia per nostrã electionẽ et liberam operationem insunt nobis. Quarto modo accipitur naturale/ vt idem est q̄ a natiuitate inesse: ⁊ sic iterũ tripliciter potest intelligi q̄ virtutes ĩsint nobis a natura/ siue natiuitate. Uno modo q̄ insint inchoatiue. Secundo modo excitatiue. Tertio modo completiue. ¶ Hoc supposito ponuntur conclusiones.

Conclusio prima. Virtutes morales ĩsunt nobis a natura: id est a natiuitate ĩchoatiue: ptz. q: a natiuitate habemus potentias q̃ naturaliter inclinantur ad virtutes tanq̃ ad suas perfectiones naturales: igit̃ virtutes ĩsunt nobis a natura inchoatiue siue inclinatiue. Prima conclusio.

Conclusio scd̃a. Virtutes morales insunt nobis excitatiue/ siue prouocatiue/ per doctrinam: et nõ a natiuitate. ptz: q: doctrina ostẽdit quãtum bonũ nobis accidit ex virtutibꝰ: et quãtum malum ex vitijs: quãtum etiam per virtutes iuuamur ad nostram supremam perfectionem attingendam: et quantum per vitia ab ea elongamur: igitur doctrina nos excitat ad virtutes. Secũda conclusio.

Conclusio tertia. Virtutes morales insunt nobis cõpletiue et perfectiue/ per assuefactionem. patet: q: nec pfectiue insunt nobis a natura: cũ nullũ a natura existẽtiũ aliter assuescat. nec p doctrinam q: stat rectam rõnem de moralibus habentes/ nihil scd̃m virtutes operari: ergo insunt perfectiue p assuefactionẽ: hoc etiã ptz p philosophũ in textu. Tertia conclusio.

Contra istas cõclusiões sic instatur. Dicitur sexto huius. Oibus eñ videtur singulos morũ existere a natura. aliqualiter eteñ iusti/ et tẽperati: ⁊ fortes: et alia habemꝰ cõfestim a natiuitate: ergo virtutes insunt nobis a natiuitate.

Ad hanc rationem respondeo q̄ illud est verũ inchoatiue/ vel dicitur q̄ ibi Aristo. non loquitur de virtutibus moralibus: sed de virtutibus Prime questionis rõ.

naturalibus

naturalibꝰ/que sunt quedã inclinationes ad virtutes morales: et tales virtutes naturales non distinguũtur a suis potentijs.

Scḋo arguitur. Que in nobis fiunt a causis naturalibus//insunt nobis a natura: sed virtutes sunt huiusmodi: cum insint a potentijs.

Scḋe rõ.

Ad scḋaȝ dicitur ꝙ virtutes sunt naturales: accipiendo naturale/ vt distinguitur contra supernaturale: tamen non insunt a natiuitate.

Tertio. Quod natura incipit/ illud debet perficere: sed virtutes morales inchoantur in nobis a natura: ergo ab ea perficiuntur/ maior pꝫ: quia scḋm cõmentatorem scḋo physicorũ: illud agẽs est valde vtile/ qḋ aliquid incipit qḋ nunꝗ̃ cõpleuit.

Tertia rõ.

Ad tertiam dicitur ꝙ per actionem naturalem cõplentur in nobis virtutes scḋm ꝙ naturalis actio distinguitur contra actionẽ violentã: sed nõ scḋm ꝙ distinguitᷣ contra actionem voluntariã.

Quarta rõ.

Quarto sic arguitur. Si virtutes nõ inessent nobis a natura. hoc esset scḋm Aristo. qꝛ possumus assuescere i oppositũ virtutũ: vtpote in vitia: sed non possumus assuescere in oppositum illius qḋ nobis a natura inest: igitur hec ratio non valet. Cũ primo: nam assensus primorũ principiorꝫ inest nobis a natura: qꝛ intellectus qui perficitur assensu ṗmorꝫ principiorũ/ naturaliter ad illum assensum inclinatᷣ. sicut perfectibile in suam pfectionem. et tamen quis potest per cõsuetudinẽ primis principijs dissentire: vt patet de vetula Buridani/ et de multis alijs q̇ vi argumẽtorũ sophisticorũ primo principio dissentiũt.

Confirmatur hec ratio. Nã delectationes corporales insunt nobis a natura: sicut scribitur Geñ. viij. Sensus eñ et cogitatio humani cordis prona est in malũ ab adolescẽtia sua. Talis autẽ pronitas siue prõptitudo nihil aliud est ꝗ̃ passio: et tamen assuescimꝰ in oppositum illarum passionum: igitur. ℭ Pro hoc argumento.

Multipliciter aliqd dr naturale.

Est notãdũ preter ea que dicta sunt ꝙ aliquid dicitur naturale primo mõ: qꝛ non est casuale: scḋo modo quia nõ violẽtũ. tertio modo aliqd dicitᷣ naturale quod nõ est artificiale. quarto mõ qḋ nõ est miraculosum. quinto modo quod nõ est discõueniens alicui potẽtie. sexto modo aliquid dicitᷣ naturale qḋ non est aiale.

Nota bene.

Potẽtia etiaȝ dupliciter põt se habere ad suũ actũ. vno modo ꝙ sit determinata ad suũ actũ sic ꝙ non indigeat alio ad hoc ꝙ actum suum eliciat. alio mõ ꝙ sit indifferẽs ad actum procreandũ: determinatᷣ tamẽ ꝑ aliud. et sic appetitꝰ sensitiuus est indifferẽs ad bene vel ad male operandũ. Ad hoc eñ ꝙ bene operetᷣ/ requiritur virtus ipm appetitũ dirigens. ℭ Hoc supposito ponũtᷣ aliq̃ ꝓpositiões.

Prima propositio.

ℭ Prima ꝓpositio. Põt eẽ assuefactio in oppositũ illiꝰ quod est naturale: capiẽdo naturale q̇nqꝫ ṗmis modis: qꝛ virtutes illis quinqꝫ modis sint naturalia: et tamẽ possumus assuescere in oppositũ virtutũ vt cõstat.

Secunda propositio

ℭ Secũda ꝓpositio. Potẽtia determinata ad suũ actũ non potest aliter assuefieri nisi ꝑ remotionẽ determinãtis.

Tertia ꝓpositio

ℭ Tertia ꝓpositio. Dupliciter intelligi põt aliquid a natura inexistens posse/ aliter assuefieri. Uno mõ ꝙ nullũ ens naturale aliter assuescat: et hoc falsum est. Alio modo ꝙ nulluȝ ens habẽs aliquid a natura/ põt assuescere in oppositũ: dũ modo illud sequatur principia cõponentia essentialiter totũ ens naturale: et sic clarũ est nullum ens naturale posse assuescere in oppositũ illius quod ei conuenit ꝯm naturam. Unde appetitus sensitiuꝰ est per sanitatẽ determinatus ad delectandũ in cibo et potu/ nec assuescit in oppositũ: licet assuescat vt non appetat tales delectationes nisi ꝯm qḋ oportet. Similiter nõ potest quis assuescere vt non patiatur perturbationes: licet possit assuefieri vt non patiatur ꝑturbationes vehemẽtes/ ⁊ excessiuas: per hoc patet quid ad argumentũ sit dicendum.

Quinta rõ.

Quinto arguitur. Illud nobis inest a natura quo ad btitatem perducimur: sed virtute ad beatitatem perducimur. igitur virtus inest nobis a natura. cõsequẽtia est clara cum maiore: et minor ꝓbatur auctoritate Tullij. iij. qõne tuscu. Sunt eñ ingenijs nostris semina innata virtutũ: que si adolescere liceret: ipa nos natura ad btãm vitã ꝑduceret.

Cõfirmatio

Cõfirmatur. Virtutes nobis insunt et nõ cõtra naturã: igitur ꝯm naturã. Itẽ Plato asseruit intellectũ nostrũ creari cũ virtutibus et scientijs igitᷣ virtutes et scientie insunt nobis a natura.

Solutio.

Ad hanc rationẽ respondeo negando maiorem si vniuersaliter intelligatur: quia si particulariter intelligatur/ verum est: patet de potentijs naturalibus anime. minor etiam est falsa. Et ad auctoritatem Ciceronis/ dico ꝙ intelligitur de virtutibꝰ naturalibꝰ que ab ipsis potẽtijs nõ distinguũtur. Solutio cõfirmationis satis patet ex textu. Virtutes eñ neqꝫ insunt nobis ꝯm naturam: neqꝫ ṗter naturam: sed idonei a natura sumꝰ ad eas suscipiẽdas. Auctoritas Platonis nõ recipitur nec in naturalibus/ nec in fide: quia Aristo. ipsam repellit in primo posteriorum.

Primũ dubium.

Dubitatur an virtus generetᷣ ex operationibus. ℭ Ad hoc dubium respõdetᷣ ꝙ sic: et ly ex/ in dicta propositione: nõ importat circũstantiam cause materialis: sꝫ cause efficientis: qꝛ actus est causa efficiens naturalis habitꝰ. Nam posito actu in potentia bene disposita/ ponetur virtus: igitur ex actu gignitur virtus. Si dicas: causa debet esse stabilior suo effectu: sed actus non est stabilior virtute: igitur actus nõ generat virtutem. ℭ Ad hoc respõdeo negãdo añs/ si vniuersaliter intelligatur.

Secundo sic argumentor. Sequeretur ꝙ in potẽtijs exterioribus esset virtus: ꝯñs relinquitur falsum: qm̃ virtus est habitus electiuꝰ ex electionibus genitꝰ. Sunt autẽ electiones actus voluntatis interiores: probatur ꝯña. Nam ex similibꝰ actibus in quacunqꝫ potentia sint/ generatur habitus: cum actus et habitus sint in eadẽ potẽtia: sed in potẽtijs executiuis siue exterioribus sunt actus et per ꝯñs habitus. Et sic queadmodum est aliqua virtus in anima: sic est aliqua in manibus: alia in ꝑedibus subiectiue.

Regula moralis actꝰ et habitꝰ sunt in eadẽ potentia.

Pro solutiõe huiꝰ argumẽti est aduertendũ ꝙ aliquis habitus põt denominari virtus duobus modis. vno modo denominatione intrinseca: ⁊ sic sola virtus anime est virtus. isto modo in potẽtijs exterioribus nõ est ponẽda aliqua virtus. alio modo habitus denoiatur virtus denoiatione extrinseca: ⁊ hoc ꝓpt aliũ habitũ a quo sumit virtutis denominationem. ⁊ isto modo in potentijs exterio

Duplex virtus.

ribus est ponenda virtus moralis: ⁊ cōceditur id qđ ex illo infertur.

Replica

Sed contra istud sic replicatur. In potentijs executiuis non sunt actus ab potētijs distincti: ⁊ per cōsequēs nō sunt habitus: cum habitus ex actibus a potentia distinctis generētur. Probat̄ aīs. Nam in manibus non est datio a manu realiter distincta: cū sm̄ oēs recte nominalizantes/ datio vel est ipsa manus aliquid dans. vel id quod datur. Et sic opʒ cōcedere scđm opinionē noialiū ꝙ in mēbris exterioribus nō generatur aliqua virtus. vel ꝙ hec ꝓpositio est cōcedēda: manꝰ est virtus moralis: manus est liberalitas: ⁊ est magnificētia. et sic liberalitas est magnificētia: vt deduci pōt per syllogismum expositoriū: hec manꝰ est magnificētia: et hec manꝰ est liberalitas: igitur liberalitas est magnificentia. Vel dicēdum est ꝙ in potētijs exterioribus/ nulla est virtus moralis. videat bonus noialis in quā partem incidere malit. Et sic deduci potest ꝙ in intellectu et in voluntate nō sunt ponēdi habitus. Nam iste potētie sunt perfectiores potētijs exterioribus: sed in exteriorib⁹ potētijs non ponūtur habitus distincti ab actibus: igitur in interioribus potētijs nō ponuntur habitus ab actibus distincti: quod seclusis philosophorū et sanctorū doctorū atqꝫ fidei auctoritatibus concedo. Nec videtur magis inconueniēs cōcedere oēm cognitionē aīe esse ipsam animā/ qꝫ tenere motū esse rem que mouetur: et quātitatē esse rem quātam. ideo videtur multū quadrare cum morali phia: ꝙ motus a mobili distinguitur. de alijs nō facio magnā vim: et hec sicco pede pertrāseo: qꝛ eorū elucidatio ad aliam spectat cōsiderationem.

Nota ꝓpositiones ꝯcedendas sm̄ opinionem nominaliuʒ que vidētur satis absurde.

Nō videtur multū dissonare a veritate nullum ponere habitū acquisitū apud distinctum.

Scđm dubium.

Quattuor modis intelligit̄ titulꝰ q̄stionis.

Dubitatur secundo an virtus sine operationibus exterioribus generari possit. ¶ Pro huius dubij enucleatione est aduertendū ꝙ quadriphariā intelligit̄ virtutē in nobis generari sine operationibus exteriorib⁹. ¶ Primo modo ꝙ possit virtus moralis in eo generari qui nō operatur operatione exteriori: cū oportet nullo existente impedimēto/ puta in illo cui presentatur materia et facultas exterius operandi: et hoc modo non pōt virtus moralis sine operationib⁹ generari: cū nulla virtus generari possit sine rectis electionib⁹. Electiones autem non sunt recte: cū quis nullū habens impedimētū nō operatur exterius cū oportet: puta qñ nō dormit/ et occurrit ei materia circa quā potest virtuose operari. ¶ Scđo modo potest intelligi ꝙ in illo q̄ habet impedimētum/ puta in paupere vel in illo qui est in carcere/ et nō pōt actus liberalis exercere: possit generari virtus perfecta: et hoc modo etiam nō potest virtus sine operationibus exterioribus generari: quia prudētia perfecta nō pōt sine illis operationibus generari. Nā per prudētiam ꝑfectam debemus prompte iudicare circa quecūqꝫ agibilia nobis possibilia presentari quid bonū et quid malū: sed hoc sine multis oꝑationibus exterioribus facere nō possumꝰ. qꝛ ꝓpter inexperientiā circūstātiarū frequēter in iudicādo decipimur: ꝓpter quod videmꝰ qñqꝫ prudentes circa eandē materiā cōtrarias habere opiniōes. ¶ Tertio modo pōt intelligi titulus questionis de eo qui ab exteriori oꝑatione īpeditur: qui tñ habet voluntatē efficacē de bene operādo si posset: verum in illo possit virtus īperfecta generari: que tamē erit habitus laudabilis reddēs hominē bonū: et hoc modo pōt virtus moralis sine exterioribus oꝑationib⁹ generari: quia pōt quis sepe volendo benefacere/ facultate data sibi habitū generare quo promptꝰ reddetur ad sic volēdū: et talis erit laudabilis: nō tamē erit virtus perfecta: non quidē quia possit frangi per passiones appetitus sensitiui: quia adeo libera est volūtas et dñā virū inferiorū et oīm suorum actuum: vt nulla vis inferior possit eam trahere/ nisi seipsam libere inclinet vel inclinari permittat: immo ipsa pōt appetitum sensitiuū trahere ad exequendum iussum suū cōtra quālibet impetū passionis: sed ideo dicitur talis habitꝰ virtus imperfecta: quia cū licuerit extra operari: et occurrent varie circūstantie repugnātes scđm quarū aliquas/ apparet ꝙ opus vno modo debebat fieri. ⁊ scđm alias alio mō: ille non poterit per illā virtutē ꝓpte se determinare ad iudicanduʒ quid optimū ꝓpter inexꝑientiaʒ. ¶ Quarto modo potest intelligi an eque bene possumꝰ expiri habituʒ esse generatum in nobis sine operationibus exterioribus sicut cū ipsis oꝑationibus: ⁊ tunc dicitur ꝙ nō qꝛ sepe putamus nos habere ꝑfectā virtutē in absentia passionis: que tñ in eius aduentu deficit: et iō dicit Seneca ꝙ nihil est infelicius eo cui nunqꝫ aliquid aduersi aduenit.

Seneca

Tertium dubium.

Dubitatur tertio vtrū operationes precedentes virtutē et sequētes sint eiusdē speciei essentialis. ¶ Pro solutione huius dubitatiōis est aduertendū ꝙ ad idētitatē specificam actuū bonorum requirit̄ idētitas potētie: qꝛ nūqꝫ actus diuersarum potētiaꝝ sunt eiusdē speciei essentialis. requirit̄ etiā idētitas specifica obiectorū: capiēdo obiectum pro obiecto totali: hoc est pro fine et recta ratione. quia sm̄ Okam/ recta ratio est obiectū actus: et pro circūstantijs actus exterioris. ¶ Ex quo sequitur ꝙ licet actū elici vel nō elici ab habitu/ spectet ad speciē accidētalem actus: tamē nō ad essentialem: prior pars ꝓbatur. Nā ille actus est perfectior accidentaliter q̄ ab habitu emanat: qꝫ actus non emanās ab habitu. ¶ Secūdo sequit̄ hanc ꝯsequentiam nō valere. In isto actu cōsistit felicitas humana: et in alio simili nō consistit felicitas humana: igitur isti actus differunt specie essentiali. ¶ Tertio sequitur. Stat duos actꝰ esse similes sm̄ speciē: et vnū esse felicitatē et nō aliū. Istis suppositis ponūtur due ꝯclusiones.

Okam.

Primū correlarium.

Scđm correlarium.

Tertium correlarium.

Prima cōclusio. Actus precedēs habitū virtutis/ et actus ab habitu virtutis elicitꝰ/ sunt eiusdē speciei essentialis: patet hec ꝯclusio ex dictis.

Prima conclusio.

Secūda cōclusio. Actus ꝑcedēs habitū et sequēs/ nō sunt eiusdē speciei accidētalis: patet: qꝛ vnus actus bene fit: alius non bene fit: licet sit bonus. aliud eñ est actū bene fieri/ et actū fieri bonū vt ex textu claret. Item vnꝰ actus est perfectꝰ/ vtpote actus sequēs habitū virtutis. alius vero est imꝑfectus: is scʒ qui habitū precedit. Item ad vnius actꝰ generationē cōcurrūt potētia et obiectū: sed ad alterius generationē cōcurrit sola potētia sine habitu: ⁊ per cōsequēs differūt accidētaliter.

Secūda conclusio.

Queritur secūdo an virtutes morales sint circa voluptates et dolores. ¶ Pro huiꝰ q̄stionis claro intellectu est aduertendum primo ꝙ Aristo. in littera/ quinqꝫ vel sex rationibus ꝓbat virtutē moralē esse circa voluptates et dolores: et vt rationes clarius intelligantur/ videndū est quidnā sit voluptas et quid dolor. Et scđm Albertū/ voluptas

est diffusio

est diffusio ipsius appetitus ꝓpter presentiā alicuius qđ credit esse cōueniēs: vel ꝓpter absentiā alicuius qđ creditur discōueniens. Et dolor est cōstrictio appetitus propter aliquid cuius presentia est discōueniens: vel cuius absentia est conueniens.

[upp]ositio **Ulterius supponēdū est ꝙ pars sen**sitiua nata est aduersari rationi: vt supra dictū est: et hoc est/ quia sensus non sufficiēter potest discernere inter obiectum ei presentatū/ et ea que cōcomitātur ipsum: aut inter presens et futurū: ideo aliqñ prosequitur presens sibi delectabile qđ postea nocebit: intellectus vero cōsiderans et preuidēs illud allaturū sibi nocumētū/ dictat ipsum esse fugiēdū quod sensus prosequitur: non sic tñ pars sensitiua aduersatur rationi/ quū sit nata ei obedire et trahi ad sequendū ipsius iudiciū. quādoq̧ appetitus sensitiuus qui natus est sequi delectabile et fugere triste/ ꝓpter malā cōsuetudinē ita habituatus est in sequendo delectabile/ et fugiēdo triste scđm iudiciū sensus: ꝙ nullatenus obedit iudicio rationis si fuerit iudicio sensus cōtrari⁹: immo qđ peius est/ obnubilat et peruertit rationē/ intantū ꝙ trahit iudiciū eius ad iudiciū sensus. quādoq̧ etiam per oppositā cōsuetudinē/ sicut in virtuosis: ita trahitur ad rationē ꝙ non sistit in iudicio sensus: sed rationis iudiciū expectat et insequitur. ¶ Ex his videri pōt quomodo virtus moralis triplicē habet affectū super appetitū sensitiuum. Primus est: q̄r virtus refrenat ipsum appetitū ne nimis properāter sequatur iudiciū sensus: sed expectet quid super hoc dictet ratio. Secūdus effectus est: q̄r determinat ipsum appetitū ad obediēdū iudicio rationis/ etiā si ipsa repugnēt. Tertius est: quia moderatur in oī tēpore delectatiōes ⁊ tristicias sensuales: licet non possint trahere appetitū sensitiuū ad id qđ iudicatur a sensu cōtra rationē. Et effect⁹ oppositos habet vitiū super ipsum appetitū sensitiuum.

[A]nnotatio **Sciendū est scđo ꝙ duplex est dele**ctatio: scȝ intellectualis que causatur ī volūtate mediāte cognitiōe intellectiua. et sensualis que causatur in appetitu sensitiuo ab obiecto sensibili mediāte cognitiōe sensitiua. Et de vtraq̧ istarum dupliciter pōt intelligi ꝙ virtus moralis sit circa delectatiōes: vno modo tāq̧ circa obiectū. alio modo ꝑ modū sequele: ita ꝙ delectatio nata sit sequi ad actū virtutꝭ. Et similiter duplex est tristicia.

[Pr]ima con[cl]usio. **Cōclusio p̄ma. Oīs virtus moralis** est circa delectationes et tristicias per modū sequele: magis tamen circa delectationes/ q̄ circa tristicias. Prima pars ptȝ: quia oīs virtuosus in oꝑe virtutis delectatur: ex quo apprehēdit ipsum opus per modū cōuenietis et boni simpliciter. In oī vero impedimēto ab oꝑe virtutis ⁊ de oī oꝑe vitioso tristat. nā ipsum apprehēdit per modū discōuenietis ⁊ mali simpliciter: igitur. Scđa pars patet: q̄r virt⁹ essentialiorē habet habitudinem ad actus ꝓprios in quibus delectatur q̄ ad impedimenta illorū actuum in quibus tristatur: igitur.

[S]ecūda cō[c]lusio. **Cōclusio secūda. Uirtus moralis est** circa delectationes et tristicias sensuales/ nō ꝑ modum sequele/ sed potius per modū obiecti: ptȝ. quia illud se habet per modū obiecti respectu virtutis/ qđ preuenit actū virtutis/ ⁊ qđ virtus reprimit/ ⁊ moderat: sed delectationes et tristicie sensuales preueniūt actū virtutis: q̄r fiunt ab obiecto sensibili in appetitu sensitiuo: et virtus eas reprimit ne trahant appetitū cōtra iudicium rationis: igitur.

Cōclusio tertia. Alique virtutes magis sunt circa delectationes sensuales ꝑ modū obiecti/ q̄ circa tristicias. alie magis circa tristicias/ q̄ circa delectationes. Prima pars ptȝ de tēperātia: ⁊ scđa de fortitudine et iusticia. quia naturaliter maior tristicia causatur ab obiecto fortitudinis/ q̄ temperātie: cū difficilius sit subire vnū obiectū/ q̄ aliud. Tertia conclusio.

Sed cōtra istas cōclusiōes instatur. Argumētū
Uirtutes distinguuntur penes obiecta: igitur si oīm virtutū moraliū delectatiōes ⁊ tristicie sunt obiecta: virtutes morales nō distinguūtur abinuicem.

Ad hoc respondetur ꝙ licet oīm virtutum moralium sit idem obiectum cōmune: non tñ particulare. modo penes obiecta particularia distinguūtur virtutes morales. Uel pōt dici ꝙ delectationes et tristicie nō sunt principalia obiecta virtutū: sȝ cōsequūtur oīm virtutū obiecta.

Secundo sic argumētor. Justicia est Scđa rō.
circa operationes: sed delectatio et tristicia nō sunt oꝑationes: igitur nō oīs virtus moralis est circa delectatiōes et tristicias. Item: multe enumerātur passiones ab Aristo. alie a delectatione et tristicia: ⁊ talium est aliqua virtus moderatiua: et ꝑ cōsequēs nō oīs virtus est circa delectationes et tristicias.

Ad hoc argumētum respōdetur ꝙ licet iusticia sit circa operationes: tamē ipsa est moderatiua delectationū illis oꝑationibus cōtrariaꝝ. Uel pōt dici: sicut prius dictū est de delectatione in primo: ꝙ oīs oꝑatio est delectatio vel tristicia: cū nō sit ponēda pluralitas sine necessitate: et presertim in his que ad animā spectant. ¶ Et ad cōfirmationē respondeo ꝙ oēs passiones sunt delectatiōes vel tristicie: vel ipsis annectūtur delectatiōes vel tristicie: et hoc habet Aristo. in textu: oēm autem actū ⁊ oēm affectū sequitur delectatio vel tristicia. Ad confirmationē.

Tractatus tertius.

¶ Ca. j. Genus virtutis perquirens virtutē oēm nō effectū aut potentiā/ sed habitū esse ostendit.

POst hec autem quidnā sit ipsa virtus cōsiderem⁹ opȝ. Cum igitur tria sint que fiunt ī aīa/ affectus/ potētie/ habit⁹: horū aliquid ipsaȝ virtutē esse necesse est. atq̧ affect⁹ q̄dē voco: cupiditatē/ irā/ metū/ fiduciā/ inuidiā/ gaudiū/ amicitiā/ odiū/ desideriū/ emulationē/ misericordiā/ et ea oīno que voluptas sequitur aut dolor. potentias autem eas quibus ad hos effectus suscipiendos idonei dicimur esse. vt quibus dolere possumus/ vel irasci vel misereri. at habitus eos: quibus bene vel male nos ad effectus ipsos habemus. vt ad irascenduȝ si vehementer aut remisse simus

dispositi: male habemus. si mediocriter: bene/ et ad ceteros affectus simili modo. ¶ Virtutes igitur vitiaqꝫ nō sunt affectus. Nam affectibus quidē studiosi vel vitiosi non dicimur. virtutibus aūt ⁊ vitijs dicimur. Et ob affectꝰ neqꝫ laudamur neqꝫ vituperamur. nō enim qui metuit aut irascit̄ laudatur. neqꝫ qui simpliciter/ sed qui modo quodā irascitur: vituperatur. at ob virtutes vitiaqꝫ laudamur atqꝫ vituperamur. ¶ Preterea irascimur quidē ⁊ timemus sine electione. virtutes aūt electiones sunt quedam: aut non sunt sine electione. ¶ Insup. affectibus quidē moueri dicimur: virtutibus autem aut vitijs nō moueri/ sed aliquo modo disponi. ¶ Propter hec eadē neqꝫ potētie sunt. Nam neqꝫ boni vel mali dicimur/ neqꝫ laudamur aut vituperamur: qꝛ possumus irasci/ vel timere simpliciter. ¶ Et insuper potētes quidem sumus natura: boni vero nō efficimur aut mali natura/ quēadmodū antea diximꝰ. ¶ Quare si virtutes neqꝫ affectus sunt/ neqꝫ potentie: restat ipsas habitus esse. quid igitur sit ipsa virtꝰ genere: diximus.

Cōclusio. PRimū capitulū secundi tractatus quattuor cōclusionibus clauditur. ¶ Prima conclusio. Virtus est potentia/ passio/ vel habitus. Nam post cognitionē de virtutis generatione/ corruptioneve/ ꝯñs est scire quidnā sit ipsa virtus. Virtus em̄ est bonū animi. at vero in aīa solū tria sunt bona: potentia/ habitus/ et passio: igitur necesse est virtutē aliquod horū trium esse. Passiones enim sunt cupiditas/ ira/ timor/ fiducia/ inuidia/ gaudiū/ amicitia/ odiū/ desideriū/ emulatio/ misericordia/ et id quod aliqua delectatio comitatur aut tristicia. Potētia est aliquid quo reddimur proni ad passiones suscipiēdas: et quo dolemꝰ/ tristamur/ miseremur/ aut irascimur: vt sunt voluntas/ intellectus/ appetitus irascibilis/ appetitus cōcupiscibilis. Sed habitus est qualitas qua bene vel male nos habemus ad ipsas passiones: vt si q̇spiam sit dispositus ad irascēdū magis q̄ꝫ oportet/ vel minus q̄ꝫ oportet: dicit̄ habere habitū vitiosum. Si ꝟo habeat qualitatē qua scd̄m rectam rationē irascat̄:
Virtutꝫ diffinitio. dicitur bene dispositus. qꝛ disponitur per virtutem. Virtus enim est bona dispositio animi nos impellēs ad recte operādū. Et eodē modo circa alias materias morales dicendū est.

Secūda cōclusio. **Secūda cōclusio. Virtutes non sunt passiones.** ¶ Prima ratio. Nam passionibus non denominamur boni aut mali: virtutibus vero denominamur boni aut mali: igitur virtutes nō sunt passiones. ¶ Scd̄a ratio. Ob passiones neqꝫ afficimur laudibus neqꝫ vituperio: sed ob virtutes et vitia afficimur laude et vituperio: igitur virtutes et vitia nō sunt passiones. Nō em̄ laudatur is qui timet aut irascitur simpliciter: hoc est/ seclusis circūstātijs virtutū et vitiorū: sed qui modo quodā irascitur: hoc est/ cōformiter ad rectam rationē cū circūstantijs prudentie. ¶ Tertia ratio. Passionibꝰ cōcitamur sine quocūqꝫ actu voluntatis vel sine deliberatione: sed oīs virtus vel est electio vel nō est sine electione: hoc est/ ex electionibus gignitur. ¶ Quarta ratio. Passiones sunt motus naturales: ⁊ nō libere causantur. Virtutes vero et vitia non sunt motus: sed potius sunt dispositiones. Dispositio enim et habitus non differunt nisi vt magis intensum et minus intensum: igit̄ virtutes et vitia non sunt passiones.

Tertia cōclusio. Virtutes ⁊ vitia nō Tertia cō
sunt potētie naturales. hec cōclusio eisdē rationibꝰ clusio
probatur quibus ꝓbata est p̄cedens. Nam propter potētias/ neqꝫ boni neqꝫ mali euadimus/ neqꝫ laudamur/ neqꝫ vituperamur. nullus em̄ laudatur aut vituperatur qꝛ timet simpliciter: vel quia potest irasci. Insuper sumus potētes ad irascēdū vel gaudendū natura: sed nec boni sumus natura/ nec mali: vt ī pn̄cipio huiꝰ secundi notum euasit: igitur virtutes non sunt potentie.

Quarta cōclusio. Virtutes sūt habi Quarta cō
tus: patet. qꝛ virtutes nō sunt passiones: vt dictū est clusio.
in prima cōclusione: nec sunt potētie naturales: vt in scd̄a cōclusione ꝓbatū est: igit̄ sunt habitus. cōsequētia euadit nota per ea que in prima cōclusione posita sunt: dictū est igitur q̇dnā sit genus virtutis. Oīs em̄ virtus est habitus. ¶ Passio/ affectus/ perturba-
Annota. tio/ idem sibi volunt ꝺm phos. Est enim passio motus appetitus in fantasia boni vel mali. Cupiditas/ cōcupiscētia/ idē. Cōcupiscētia differt a memoria et sensu. Nam ꝑ cōcupiscētiam appetimꝰ habenda nōdum habita. Per memoriā recordamur preteritorū. Per sensum pn̄tia appetimꝰ. Ira est appetitus vindicte ꝓpter paruipēsionē. Vel est ascēsio sanguinis in corde. Metus est mētis trepidatio de instanti vel futuro periculo. Vel sic: est passio naturalis nos retrahens ab honesto periculo aggrediendo. Fiducia ꝓ temeritate vel audacia accipitur: et significat tā passionē q̄ꝫ habitū vel actū: aliq̄n tamen capitur ꝓ spe.
Inuidia quando actus/ al... Inuidia/ nonnunq̄ꝫ pro habitu vel actu malo accipitur: et est species pc̄ti mortalis. Nonnunq̄ꝫ affectu nature nos impellēte ad tristādū de bono alieno vel
quādo ha... ad gaudēdū de alterius malo: ⁊ sic sunt due passio-
tus/ aliq... nes inuidie specie distincte. Vna que est gaudium.
do passio. Alia tristicies. Amicitia potest esse passio cōmunis ad oēm congressionē impetū facientē. Odium ē ira
Odiū q. inueterata ꝺm Ciceronem li. iiij. tuscu. questionum.
ꝺm Tu... Aliq̄n accipitur pro fastidio: vt Terētiꝰ. Neqꝫ agri/
lib. iiij. tu neqꝫ vrbis odiū/ vnq̄ꝫ me p̄cipit. Misericordia scd̄m
scula. q. Augustinū: est aliene miserie ī nr̄o corde compassio/
Terētius quasi vti possumus/ subuenire cōpellimur. Habitus
Misericordia. est qualitas ex actibus similibus scd̄m speciem nature genita/ potentiam in qua est faciliorem ad ope-
Augusti... randum reddens: et ad similes operationes inclinans. Est autem duplex habitus animi et corporis. Habitus animi est duplex: electiuus qui est in voluntate: et cognitiuus qui est in intellectu.

¶ Ca. ij. Inuestigat a ꝓprietate oī ꝟtuti ꝯueniēte: oñdit virtutē moralē medij scd̄m nō cōlectatricē esse: deinde eam finit. postremo quosdā actus atqꝫ effectꝰ mediocritatē non recipere probat.

OPortet autem non solum ita dicere virtutem habitum esse: sed etiam qualisnam habitus sit. Dicendum

est igitur

est igitur omnem virtutē: et idipsum cuius est virtus / bene sese habere facere / et opus ipsius reddere bene. Oculi nanq₃ virtus: et oculum / et opus ipsius studiosum facit / quippe cum videamus virtute oculi bene. virt⁹ itidē equi: studiosum efficit equum / ꝛ bonum ad currendum / portandumq₃ equitem / et expectandum etiam hostē. ꝙ si idipsum ita sese habet in vniuersis: et virtus ipsius etiam hominis habitus is erit / a quo bonus efficitur homo / et quo bene suum opus ipse reddet / efficietq₃. Quo modo autem id erit: et antea quidem diximus. et nunc etiam magis patebit: si contemplabimur qualisnam sit ipsius virtutis natura. ¶ In omni itaq₃ re continua diuisibiliq₃ aliud plus / aliud min⁹ / aliud equale. ¶ Vel ex parte ipsius rei: vel respectu nostri accipi potest. Equale autem: medium est quoddam inter exuperationem atq₃ defectum. Atq₃ rei quidem ipsius medium id esse dico: quod eque ab extremorum vtroq₃ distat. idq₃ est apud omnes vnum et idem. Respectu autem nostri: quod neq₃ exuperat neq₃ deficit. idq₃ non est apud omnes vnum et idem. vt si decem sint multa / et duo pauca: sex ipsius rei media capiuntur. eque nanq₃ excedunt et exceduntur. atq₃ hoc in arithmetica comparatione rationum medium esse constat. ad id quod est nostra ex parte medium / non eodem sumendum est modo. Non enim si cui decem quidem mnas comedere nimium est / duas autem parum: sex ei mnas ludi magister precipiet. est enim et hoc fortasse multum ei qui accepturus est aut parum. Miloni nanq₃ parum. incipienti vero sese exercere: nimium est. Simili modo res sese habet in cursu / ac in palestra. hoc igitur modo quiuis artifex exuperationem quidem fugit atq₃ defectum. medium autem querit et expetit / non quidem rei / sed qḋ ad nos mediu₃ dicitur. ¶ Et si omnis scientia suum hoc modo bene conficit opus / ad medium ipsum respiciens / et in hoc sua redigens opera. vnde et dici solet in iis que bene sese habent operibus / nec auferri quicq̄ nec addi posse / propterea ꝙ exuperatio quidem et defectio bonum ipsum corrumpunt / mediocritas vero conseruat / atq₃ boni artifices ad hoc respicientes (vt diximus) operantur: virtus autem omni arte exactior est et prestantior / quemadmodum et natura: ipsa profecto virtus medii ipsius est coniectatrix. Loquor autem de morum virtute. hec enim circa affectus / actusq₃ versatur: in quibus est exuperatio / et defectus / et mediū. fit enim vt magis et minus quispiam et metuat et confidat: et cupiat et abhorreat / et irascatur et misereatur / et omnino delectetur ac doleat / et vtroq₃ modo non bene. et etiam quando oportet / et pro quibus / et ad quos / cuius gratia / et vt oportet. hoc autem medium est et optimum quod est ipsius virtutis. similiter circa actus exuperatio est et defectus / et medium. virtus autem circa affectus / actusq₃ versatur / in quibus exuperatio quidem peccatum est: et defectus vituperatur / medium autem laudatur et recte conficitur / quorum vtrūq₃ virtutis ipsius est. virtus igitur mediocritas est quedam: cum sit ipsi⁹ medii coniectatrix. ¶ Preterea peccare quidem multis modis cōtingit. Malum enim est infiniti (vt Pythagorici putant) bonum vero finiti. at recte agere / vnice. quapropter et alterum facile / alterum difficile est. ¶ Facile quidem non attingere signum: difficile autē illud attingere. Et ob hoc igitur exuperatio qdem atq₃ defectio vitii est: mediocritas vero virtutis. Vno nāq₃ modo bonus est: multisq₃ nefandus. ¶ Est igitur virtus habitus electiuus: in mediocritate cōsistens / ea que est ad nos definita ratione: ꝛ vt definierit ipse prudens. Mediocritas autē duorū est vitiorū: vnius ꝑ exuperationem: alterius ꝑ defectū. et ex eo etiam: quia illa quidem partim deficiūt: partim exuperant id quod oportet / et in affectibus / et in actibus. virtus autē medium ipm et inuenit et expetit. Quapropter ipsa virtus / substātia qdem et ratiōe quid est dicēte: mediocritas est. at optimi respectu ꝛ bene sese habentis extremitas. ¶ Non aūt omnis actus nec omnis affectus suscipit mediocritatē. Sūt eñ affectus nōnulli: qui continuo noīe suo sunt cum prauitate counexi. vt maliuolentia / impudentia / inuidentia: ꝛ actus identidem. vt adulterium / furtum / homicidium. hec enim vniuersa / ꝛ talia ita dicuntur: quia ipsa sunt praua / sed non exuperationes ipsorum atq₃ defectiones. circa igitur talia: nullum est tempus recte agendi / sed semper delinquitur. neq₃ fit vt quisq̄ bene vel male talium quicq̄ agat: qui cum op₃ / et quando / et vt oportet adulterium committendo. sed simpliciter quicquid istoru₃ efficiat delinquitur. Simile ꝗ igiꝉ est ꝛ circa iniusticiā / timiditatem / et luxuriam: mediocritatem ac exuperationem ꝛ defectionem esse cēsere. hoc

eñ pactō: exuperatiōis ⁊ defectiōis erit vtiqꝫ mediocritas: ⁊ exuperatiōis exuperatio/ ⁊ defectionis itē defectio. sed vt tēperantie/ fortitudinisve: nō est exuperatio atqꝫ defectio: q̄ꝛ mediū ipsum ē modo quodā extremū: sic nec illorū est mediocritas nec exuperatio ⁊ defectio. ſ3 vtcūqꝫ agantur semper delinquitur. oīno nāqꝫ nec exuperationis et defectionis est mediocritas: nec mediocritatis exuperatio ⁊ defectio.

Secundū caput secūdi tractatus duabꝰ ꝯclusionibꝰ ⁊ duabꝰ diffinitionibus clauditur.

Prima con-clusio.

Prima cōclusio. Virtus humana est habitꝰ q̄ homo bonꝰ reddit/ opusqꝫ suū bonū reddit. Nā non sufficit dicere virtutē habitū esse: ſ3 vidēdū est qualisnā habitꝰ sit dicēdus: vtpote an habitꝰ corporis/ an animi/ an electiuꝰ siue moralis/ an intellectualis. Suadet ꝯclusio. Nā oīs virtꝰ/ virtutis potētiā facit bñ sese habere/ ⁊ opus bonū/ atqꝫ bene reddere: vt virtꝰ naturalis oculi/ oculū ipsum/ ⁊ vidēdi actū/ studiosum efficit: cū hoīes ꝟtute oculi bñ videāt. Silr̄ modo virtꝰ eq̄/ studiosum facit equū/ et bonū ad currēdū/ portādūqꝫ equitē/ ⁊ ad expectandū in bello: ⁊ ita negociū videt sese habere i oībꝰ: cū ꝟtus naturalis rei rē ipam/ cuiꝰ est ꝟtus/ ꝑficiat: igitur virtꝰ hoīs est habitꝰ a quo bonus efficit homo/ ⁊ quo suū opus reddit bonū: et quonā pacto ꝟtus operationē bonā atqꝫ bñ reddat. Antea dictū est ꝟtutē ex silibꝰ actibꝰ ꝓcreari/ et ad similes inclinare: et hoc manifestius patebit si ipsius virtutis rationem peruestigabimus. ¶ Pro cuius intellectu ponuntur suppositiones cōmunes.

Prima sup-positio.

Prima suppositio. In oī re ꝯtibili et sensibili/ repibile ē maius/ minꝰ/ ⁊ equale: vel ex ꝑte rei/ vel ex parte nostri.

Scda sup-positio.

Scda suppositio. Equale mediū est inter superabundantiā et defectum.

Tertia sup-positio.

Tertia suppositio ꝑ modū diffinitionis. Mediū rei est id qd̄ ab vtroqꝫ extremoꝝ equalē distātiā h3: et est apud oēs gentes idē mediū respectu nr̄i: qd̄ neqꝫ exupat/ neqꝫ deficit: ſ3 circūstantijs prudētie moderat/ atqꝫ regulat. Tale aūt medium quoad nos/ nō est apud oēs idē: ſ3 scd̄m hoīm varietatē variat. Subdit Aristo. exemplū: nā iter numerū binariū ⁊ denariū/ numerꝰ sextenarius est mediū: et tale est arithmeticū. Mediū aūt respectu nr̄i non eodē sumit mō. Si eñ nimis sit cuiqꝫ decē libras siue mēsuras cōmedere/ cui due libre sint nimis parū: nō tñ ꝓpterea cōmedere sex libras erit mediū: q̄ꝛ respectu vniꝰ nimis parū est/ vtpote Milonis: ſ3 ei q̄ certaturꝰ est/ nimis videt: ⁊ eodē pacto cōtingit i militia/ in cursu/ ⁊ lucta. His modis oēs artifices exuperationē q̄dē atqꝫ defectū fugiūt/ arbitrātes hisce rebus artes corrūpi/ ⁊ nō posse cōseruari: mediū autē expetūt/ non quidē rei/ sed respectu nr̄i. Sic eñ oīs sciētia/ id est habitꝰ: vl̄ actꝰ: suū h̄ mō ꝯficit opus ad mediū respiciēs: ⁊ exuperationē/ atqꝫ defectionē fugiēs. Unde ⁊ vulgo dici solet i his opibꝰ q̄ bñ sese habēt/ nihil auferri aut addi debere: q̄ꝛ exupatio ⁊ defectio bonū ipm corrūpūt: mediocritas ꝟo ꝯseruat. Optimi eñ opifices ad mediū respiciētes/ opant: ꝟtus aūt moralis/ oī arte exq̄sitior est/ atqꝫ verior ⁊ ꝑstātior habitu/ quēadmodū natura: igit oīs virtus moralis ē medij ꝯlectatrix siue iuuētrix. Presens autē negociū de morali ꝟtute solū ꝯsiderat: q̄ passiōes et actꝰ hūanos moderat: in q̄bꝰ cōperit exuperatio/ mediocritas/ ⁊ defectio. Cōtingit eñ plerūqꝫ vt q̄spiā timeat/ audeat/ terreat/ irascat/ ⁊ cōpatiat alteri magis q̄ꝫ op3: ⁊ etiā minꝰ q̄ꝫ op3: ⁊ vtroqꝫ modo nō recte: q̄ꝛ ꝑter rōnē. ¶ Cōtingit insuꝑ quēpiā irasci: ⁊ metuere/ ⁊ delectari/ siue tristari vt op3/ ⁊ erga quos op3/ ⁊ ꝓ q̄bꝰ op3: tales autē opationes ad medium spectāt: et sunt virtutis. Idē de actibꝰ censendū est.

Virtꝰ lau-tur et rec-efficitur.

Virtus etiā moralis circa passiones et operationes versat: quoꝝ oīs exupatio pctm̄ ē/ ⁊ defectio vituperāda ē. S3 mediocritas laudibꝰ extollit ⁊ recte efficit: h̄ est/ fit scd̄m rectā rōnem. Laus ⁊ recta opationis ꝯfectio scd̄m prudētiā/ ad ꝟtutē ordināt/ ⁊ ipam ꝑficiūt: igit oīs virtꝰ moralis ē mediocritas quedā: cū mediū inueniat atqꝫ ꝯlectet. ¶ Insuꝑ varijs atqꝫ innumeris modis ꝯtingit male opari. Malū eñ (vt est Pythagoricoꝝ sentētia) est infiniti: id est infinitis modis emergit atqꝫ euenit: bonū ꝟo ē finiti: id ē finitis modis ꝯtingit bñ opari: quare alterū/ id est male opari/ facile est: alterū ꝟo difficile. Difficile est etiam ipm signū attingere: facile aūt nō attingere. Et hāc ob causam exuperatio atqꝫ defectio a recta rōne ad vitium ꝑtinet: mediocritas ꝟo solius ꝟtutis est: vno nāqꝫ modo bonꝰ est/ multisqꝫ nephādus: h̄ est dictu. Cōtingit hoīe3 solū vno modo effici bonū: vtpote attingēdo mediū ꝟtutis: multis ꝟo modis malū. Ex dictis infert diffinitio ꝟtutꝫ.

Alia rō.

Diffinitio virtutis.

¶ Est igit ꝟtus habitꝰ electiuꝰ: id ē ex electiōibꝰ genitꝰ. Est aūt electio i ꝓposito/ actꝰ volūtatꝫ: vt velle/ vl̄ nolle in mediocritate: h̄ est/ in opationis moderatiōe ꝯsistēs definita ratione: id est circūuallata circūstantijs rōnis: ⁊ vt ipe prudēs definierit: id ē scd̄m ꝙ prudēs iudicaret operationē ex q̄ fit virtus/ bonā vel laudabilē. ¶ Declarat phs quoꝝ ipa ꝟtus ē mediocritas. Est inq̄t mediocritas duoꝝ vitioꝝ: vniꝰ ꝑ exupationē: ⁊ alteriꝰ ꝑ defectionē. Uitia etiā aliq̄ ex parte deficiunt a recta rōne: ⁊ aliq̄ ex ꝑte excedūt id qd̄ op3: hoc ē/ rectā rationē: sed virtus exuperationē atqꝫ defectionem fugiens/ mediū ipm inuenit/ ⁊ conlectat/ atqꝫ appetit. ¶ Correlariū. Uirtus ſm eius essentiam et diffinitionem/ mediocritas est: sed respectu optimi et bene sese habentis/ extremitas.

Secūda [con-]clusio

Scda cōclusio. Nō oīs affectio atqꝫ actus mediocritatem suscipit: nam aliqui sunt affectus qui statim nominati/ inuolutam habent maliciam: quia non possunt nō esse mali. idē est iudicium de actibus. Aliqui enim actus sic sunt mali ꝙ non possunt esse boni: quia suapte natura sunt tales: vt adulterium/ furtum/ homicidium. Hec enim opera praua sunt suapte natura: ⁊ non exuperationes neqꝫ defectiones illorū operū. ¶ Nullū igit recte agendi tempus/ hisce opationibus accōmodatur: sed sempꝑ peccat. Nec ꝯtingit aliquē tales opatiōes exercētē bene opari ꝑ appositionē circūstantiarū: sed quomodocūqꝫ ⁊ cū quibuscūqꝫ circūstātijs fiant/ sempꝑ delinquitur. Nec ꝑuestigandū est mediū circa iniusticiā/ timiditatē/ et luxuriā: hoc eñ modo exuperationis esset exupatio/ ⁊ defectionis exuperatio/ ⁊ defectio:

neqꝫ virtutis

neqꝫ ꝟtutis aliqua est opatio: vt tēperantie/fortitu-
dinis: ⁊ sic de alijs ꝟtutibus. Queadmodū igit̃ exu
perationis nulla est mediocritas: sic nullius medio-
nnotatio critatis est exuperatio vel defectio. ¶ Virtutē red-
s. dere opus bene/est reddere opus cū oībus circūstā-
tijs prudētie requisitis ad actū bonū. ¶ Moraliter.
Virtus oculi est dispositio corporis p quā quis reddi
tur habilis ad bene videndū: et est virtus naturalis
et nō acquisita: augetur tamen per operationes me-
diocres. Equale et mediū idē. Mediū arithmeticū/
est cum aliquid equaliter excedit vnū extremū: sicut
exceditur ab altero: hoc est/scd̃m eandē ꝓportionē.
Mediū respectu nostri/est operatio hūana facta cō-
formiter ad rectā rationē cū oībus circūstātijs pru-
dētie. Et istud medium (qd̃ virtutis est) semper est
Ouidius. sequendum dicente Ouidio.

Altius egressus celestia tecta cremabis:
Inferius terras medi⁊ tutissimus ibis. Et alibi
edalus scribit de Dedalo filium mouētevt medium teneret/
ter cum volatum sumeret.
carus Icare (ait) moneo/ꝙ si demissior ibis:
ius. Vnda grauet pēnas: si celsior/ignis adurat
eneca. Inter vtrūqꝫ vola. Et Seneca
Quicquid excessit modū pēdet instabili loco
oratius. Et Horatius virtutem ipsam mediocritatem dicit.
Virtus est medium vitiorum vtrinqꝫ redactum.

Milo. ¶ Milo Crotoniates pugil fortissimus extitit: qui
ictu man⁹ taurū sternebat/⁊ humeris impositū (re-
tēto spū) per stadiū portabat: quem vno die comede
bat: qui tandem viribus male vsus/p siluā transiens/
magne arboris ramos vl brachiorū disiūxit: qui vbi
subito se reiunxerunt/ clausus Milo in fissura/ lōga
inedia et fame cōfectus/tandem siluestribus feris se
uid noie pabulū prebuit. ¶ Nomine sciētie/intelligit Aristo.
ētie itelli omnē habitū/siue intellect⁹/siue volūtatis. Nomine
t Aristo. substātie/intelligitur diffinitio explicans virtutis es-
sentiam. Vitiū facile est: virtus vero difficilis: cui sen
ergilius. tentie applaudit Vergilius Eneidos sexto.

Facilis descensus auerni:
Noctes atqꝫ dies patet atri ianua ditis:
Sed reuocare gradū/superasqꝫ euadere ad auras/
ota sen Hoc opus: hic labor est. Et ī illo carmine/qd̃ Py-
ntiā. thagore dicit̃: sic de ꝟtute et ei⁹ difficultate disserit.

Littera Pythagore discrimine secta bicorni:
Humane vite speciē preferre videtur.
Nam via virtutis dextrū petit ardua callem:
Difficilēqꝫ aditū primū spectantibus offert:
Sed requiem prebet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata: sed vltima meta
Precipitat captos/voluitqꝫ per ardua saxa.
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit: ille sibi laudēqꝫ/decusqꝫ/parabit:
Atqꝫ desidiā/luxūqꝫ/sequetur inertem/
Dū fugit oppositos incauta mēte labores/
Turpis/inopsqꝫ simul miserabile trāsiget euum.

Circa hunc tractatū quero an virtus mo-
ralis sit habitus. ¶ Pro hui⁹ questionis
enodatione aduertendū est primo ꝙ tria
sunt in aīa scd̃m partē appetitiuam q̄ sunt
principia actuū humanorum: scilicet potētia/passio/
et habitus. Secundum autem Eustratiū/passio est
motus appetitus sensitiui in fantasia boni vel mali.
Per primam partem patet ꝙ actus potentiarum
apprehensiuarum non sunt proprie passiones. Pa-
tet secundo ꝙ actus appetitus intellectiui scꝫ volun
tatis/nō sunt ꝓprie passiones: q2 nō fiūt mediāte or
gano corporali: etiā in opatione volūtatis hō nō agit̃
tāqꝫ patiēs: sꝫ agit tāqꝫ dn̄s sui act⁹. Patet tertio ꝙ
ꝟtutes nō sunt passiōes: q2 nō sunt motus appetit⁹
sensitiui. Sed hic accipit̃ a pħo largius passio ꝓ mo
tu appetit⁹/siue sensitiui siue intellectiui ex apprehē
tione delectabilis vł tristabilis ꝯueniēte iudiciū rō-
nis/⁊ liberā determinationē volūtatis. Sed potētie
(vt dicit pħus) sunt scd̃m q̄s passibiles horū/id ē pas
sionū/dicimur: ⁊ nō diffinit̃ hic potētia ī tota sui cō-
munitate: sꝫ vt ptinet ad ꝟtutes morales ⁊ ad pas-
siones p̄dictas circa q̄s sunt ꝟtutes morales ⁊ mali
cie. Istaꝝ autē potētiarū dicte passiones sunt actus
ꝓprie: ideo p illos bene describuntur. ¶ Ex q̊ ptꝫ ꝙ
ꝟtutes nō sunt potētie: q2 scd̃m potentias/absolute
nō dicimur boni vel mali: neqꝫ laudamur/neqꝫ vitu-
peramur: scd̃m ꝟtutes autē laudamur. Habit⁹ vero
dicunt̃ scd̃m q̊s ad passiones habem⁹ bene vel ma-
le: vt si quis vehemēter irascat̃/ male se habet circa
irā: si vero mediocriter/bene: ⁊ sic de alijs. Et nō dif
finit̃ etiā hic habit⁹ in tota sui cōmunitate: sꝫ solū ha
bitus morales q̄ sunt circa passiōes ꝑus diffinitas.

His suppositis ponit̃ ꝯclusio. Virt⁹ est habitus: probatur: q2 predicta diffinitio habitus ei cōuenit: cum scd̃m virtutē ad bene agendū incli-
nemur: ptꝫ etiam ex expositione textus.

Contra dicta sic argumētor. Virtus est potētia: ergo nō ē habit⁹. Antecedēs ptꝫ p pħm in ꝑmo rhetorice dicētem ꝙ Virtus est potētia acq-
sitiua bonorū et cōseruatiua.

Ad hanc rationē r̄ndet̃ ꝙ Aristo. ac-cipit ibi potētiā gn̄aliter ꝓut se extēdit tā ad princi-
piū principale/qꝫ instrumētale operationis.

Scd̃o arguitur. Magnanimitas et magnificentia sunt virtutes: et tn̄ nō cōsistunt in me-
dio: sed in extremo: igitur.

Ad hāc rationē d2 ꝙ licet magnificētia ⁊ magnanimitas nō cōsistant ī medio scd̃m sub-
stātiā: cōsistūt tn̄ ī medio scd̃m rōnem et quo ad nos.
Eodē mō dicat̃ de ꝟginitate q̄ cōsistit in relectione
oīm voluptatū venereaꝝ. Illa eñ relectio nō ē mediū
scd̃m rē: q2 est oīno extremū: est tn̄ medium q̊ ad nos
vt in tertio perampli⁹ videbit̃. Virtutes intellectua
les/ inquātū huiusmodi/ nō determināt sibi mediū
rōnis: sed si aliquo modo determināt mediū/hoc est
ꝓ quāto imperātur a virtutib⁹ moralib⁹. De virtuti
bus theologicis dicēdū est etiā ꝙ ꝓprie nō determi-
nāt sibi istud mediū scd̃m suā essentiam/et scd̃m ꝙ
sunt virtutes theologice: de quibus alio in loco per-
tractandum est.

Queritur secundo vtrum virtus consistat
in medio respectu nostri. ¶ Pro intelle-
ctu huius questionis est notandum ꝑmo
ꝙ medium multis modis accipitur ī phi
losophia. Primo modo accipit̃ vt est terminus de
predicamēto ad aliquid: et sic importat respectū ad
principium et ad finem. Secūdo modo capitur pro
aliquo qd̃ aptū est ad alicuius finis cōsecutionem:
et sic dicimus virtutem esse medium felicitatis. Ter
tio modo capitur medium vt est terminus scd̃e intē
tionis/supponens pro argumento probatiuo/conno
tando ꝙ elucidet cōclusionem inferendam. Ex istis
modis non capitur in ꝓposito. Sed capitur hic me-

dium pro eo qđ mediat inter superabūdātiam ⁊ defectum: quod scilicet nec excedit/ nec deficit. Et tale est duplex: quoddam est medium rei: aliud est medium quo ad nos. Et virtutem consistere in medio quo ad nos/ potest intelligi dupliciter. Uno modo cōsiderādo virtutē scđm suā substantiam. Alio modo cōsiderando eam scđm suam bonitatem. Nam licet virtuti scđm suam substantiam cōueniat bonitas trāscendens: non tamen bonitas moralis. sed hec ei cōuenit ab extrinseco/ scȝ scđm ipsa. Uel ei⁹ opatio est cōformis recte rationi: et adhuc vtroqȝ istorum modorum dupliciter potest intelligi virtutē esse in medio. Uno mō ꝙ sit medietas inter habit⁹ extremos. Alio mō ꝙ sit medietas iter passiōes extremas.

Ulterius aduertēdū est ꝙ triplex est differētia inter medium rei et medium quo ad nos. ¶ Prima est: quia medium rei attenditur scđm eqlem distantiam ab extremis/ siue scđ3 proportionem arithmeticā: sed medium quo ad nos/ attenditur in cōparatiōe ad nos: quia scilicet nec excedit/ nec deficit nobis. ¶ Secunda differentia est: quia mediu3 rei est idem apud oēs: non autem medium quo ad nos: vt cōmedere decē mnas/ esset mediū apud Milonem: non autem apud magistrum gymnasiorum. ¶ Tertia differētia est: quia medium rei habet determinata extrema: nō autem medium quo ad nos/ nisi quo ad nos solum.

Aduertēdū est preterea ꝙ duplex solet poni ꝓportio: scilicet arithmetica et geometrica. Proportio arithmetica attenditur penes equalitatem et quātitatem: sed proportio geometrica attenditur penes equalitatem siue similitudinem proportionū: in qua ꝓportione/ vnū excedit et aliud exceditur scđm eandem proportionē: licet nō ſm eādem quātitatem: vt sex mediant inter nouē et quattuor/ scđm proportionem geometricam: quia vtrobiqȝ est eadem proportio scȝ sesquialtera/ in qua maius cōtinet semel minus et mediam ei⁹ partem: sed sex mediāt inter quattuor et octo scđm ꝓportionē arithmeticam: quia sex exceduntur ab octo in duobus: ⁊ excedunt quattuor in duobus: nō est tamen eadē ꝓportio vtrobiqȝ: quia sex se habēt ad quattuor in ꝓportione sesquitertia/ in qua maius cotinet semel min⁹ et tertiam eius partem.

Istis notatis ponuntur cōclusiones. ¶ Prima conclusio. Uirtus scđm rationem bonitatis ei attributam nō cōsistit in medio: patet per primā rationem dubij.

Scđa cōclusio. Uirtus non est mediū passionū vel opationū scđm suā substantiā: pȝ/ qꝛ mediū sic acceptū est de genere extremorū: ꝟtus aūt nō est de genere passionū vel opationum: igitur.

Tertia cōclusio. Uirtus est medium passionū vł opationū obiectiue/ ad hūc sensu3 ꝙ ipa est circa medias passiōes vel opationes: pȝ/ qꝛ virtus est circa passiōes ⁊ opatiōes in qb⁹ habem⁹ nos bene: sed solū habem⁹ nos bene circa passiones vel opationes medias ⁊ nūqȝ circa extremas: igitur.

Quarta cōclusio. Uirtus accepta secūdū substātiā/ est mediū duaꝝ maliciaꝝ: pȝ/ qꝛ virtus est rectitudo appetit⁹/ cū sit directiua appetit⁹ in suis opationib⁹ scđm dictamē recte rationis: vitia autē sunt tanqȝ obliquitates et tortuositates ipsis: sȝ rectitudo est mediū inter curuitates: igitur.

Quinta cōclusio. Ōis virtus moralis quātū ad suā bonitatē/ ɔsistit i medio quo ad nos ⁊ nō i medio rei: nisi ɔtingat idē eē mediū ꝗ ad nos/ et mediū rei: pȝ satis per Aristo. in littera.

Contra dicta sic argumētor. Bonū extremi opponit̄ malo/ sȝ virtus habet rōnem boni: ergo habet rationē extremi et non medij.

Ad hanc rationem satis responsum est per primam conclusionem.

Scđo arguit̄ ꝙ virt⁹ non cōsistat in medio ꝗ ad nos: qꝛ mediū ꝗ ad nos/ est valde variabile: virtutes autē nō sunt variabiles/ cū sunt permanētiores disciplinis: vt supra dictū est: igitur.

Ad hanc rationē dicitur ꝙ licet operatiōes sint multūvariabiles quātū ad suā substātiā: nō tñ i ordine ad rectā rationē cui oēs cōformantur.

Arguit̄ tertio. Justicia est virtus moralis: tñ non cōsistit in medio quo ad nos: igit̄ nō ōis virtus moralis cōsistit in medio quo ad nos.

Ad hāc rationē respōdeo ꝙ aliter sumit̄ mediū iusticie distributiue: ⁊ aliter sumit̄ mediū iusticie cōmutatiue: ⁊ quonā pacto h̄ fuerit/ videbit̄ i ꝗnto hui⁹: vbi vtriusqȝ iusticie mediū ꝓspicietur.

Tractatus tertius.

¶ Ca. j. Specialit̄ singulas morū ꝟtutes i medio cōsistere declarat. Jtidē ⁊ ꝟecūdiā atqȝ indignationē.

ETem idipm nō solum vniuersaliter dicere: sed ad ipa singula etiā accōmodare opȝ. Sermonū em̄ eorū q circa actus versant̄ vniuersales qdē magis cōmunes: pticulares vero magis sunt veri. act⁹ nāqȝ circa singularia sunt: qbus opȝ sermones cōsentaneos esse. ¶ Hec igit̄ ex descriptione suméda sunt. Circa timores itaqȝ fiduciasqȝ/ mediocritas qdē est fortitudo. at exuperātiū is qdē q nō timē do exuperat/ noīe caret. sunt aūt cōplura ꝗ noībus vacāt. is aūt q ɔfidēdo exuperat: audax ē. at is q timēdo qdē exuperat/ ɔfidēdo aūt deficit: timidus. Circa voluptates atqȝ dolores/ nō oēs qdē/ ⁊ min⁹ circa dolores: meodiocritas quidē est tēperantia: exuperatio aūt intēperātia. At deficientes circa voluptates perpauci fiūt. quapropter nec his est positū nomē: sȝ insensati vocētur. Circa dādas capiēdasqȝ pecunias: mediocritas qdē ē liberalitas. Exupatio aūt ⁊ defectio: ꝓdigalitas/ atqȝ illiberalitas/ quib⁹ cōtrario modo exuperāt ⁊ deficiunt homines. ꝓdigus em̄ in erogādo exuperat: in capiendo deficit. at illiberalis atqȝ auar⁹ i capiē do exuperat:

do exuperat: in erogãdo deficit. Atqꝫ de hisce
nunc quidem figura loqmur et in summa/ hoc
ipso cõtenti: postea vero exactiꝰ de ipsis deter
minabimus. Sũt et alie circa pecunias dispo
sitiones. et mediocritas quidem est magnificẽ/
tia. Differt enim hoc a liberali magnificus: ꝙ
hic circa magna/ ille circa parua versatur. exu/
peratio autem ruditas circa decorum/ atqꝫ sor
diditas. et defectus circa decorum pusillitas.
Atqꝫ hec differũt ab ijs q̃ circa liberalitatẽ di/
ximus esse. et differentiã posterius explicabi/
mus. Circa honorem et eius oppositum/ me/
diocritas quidem est magnanimitas: exupera
tio vero lentitudo quedam/ et defectio pusilla
nimitas dicitur. Ut autem ad magnificentiam
sese habere diximus liberalitatẽ/ hoc differen/
tem ab illa ꝙ circa parua versatur: sic sese ha/
bet et ad magnanimitatẽ (que quidẽ circa ho/
norem magnũ versatur) alia quedam disposi/
tio/ q̃ circa paruũ versat̃. fit eñ: vt appetat̃ ho
nor vt oportet/ ⁊ magis q̃ꝫ opꝫ/ et minꝰ. atqꝫ is
qdem qui in honorũ exuperat appetitiõe: am/
bitiosus vocatur. is aũt qui deficit: appetitio/
ne vacans honoris. et medius noĩe caret. Di/
spositiones etiam ipse preter vnam nomine ca
rent. ambitiosi nãqꝫ ambitio vocitatur. Quo/
circa fit: vt extremi de medio loco decertent.
nos quoqꝫ medium hunc: modo ambitiosum/
modo vacantem honoris appetitione voca/
mus. et nunc ipsum ambitiosum: nunc alterũ
laudamus. quã autem ob causam id facimꝰ:
in sequentibus explanabitur. Nunc de ceteris
eundem seruantes modum dicamus. Est igi/
tur et circa iram mediocritas/ et exuperatio et
defectio. atqꝫ cum fere nominibus careãt: me/
dium mansuetum dicentes/ mediocritatẽ man
suetudinem appellabimus. extremorum autẽ
is quidem qui exuperat/ iracundus: ⁊ vitium/
iracundia vocitetur. is vero qui deficit/ ira va/
cans: ⁊ defectio/ ire vacuitas nuncupetur. Sũt
et alie tres mediocritates/ que tametsi simili/
tudinem quandam et conuenientiam inter sese
habẽt: differunt tamen. Omnes enim sunt cir/
ca verborum/ actuumve communem vsum. sꝫ
differunt ꝙ earum vna circa verum quod est
in ipsis/ cetere circa iucũdum versantur: quod
quidem partim est in ioco/ partim in ceteris cõ
gressionibus vniuersis. et de his igitur est dicẽ
dum: vt magis cernamus in vniuersis medio/
critatem quidem laudabilem esse/ extrema ve/
ro/ neqꝫ recta/ neqꝫ laudabilia/ sed vituperabi
lia esse. Atqꝫ horum etiam pleraqꝫ nominibꝰ
carent. verum enitendum est et his (perinde
atqꝫ ceteris) ponere nomina: diluciditatis gra
tia/ vt facile sequi possimus. Circa verum igit̃
medius quidem verax quidam: ⁊ mediocritas
veritas appelletur. fictio vero: si ad maiora ꝓ/
gat/ arrogantia: et arrogans qui ipsam habet
dicatur. sin ad minora/ dissimulatio nuncupe/
tur: et qui habet ipsam/ dissimulator. Circa iu
cundum quod in ioco consistit/ medius quidẽ
comis ac vrbanus: et dispositio comitas atqꝫ
vrbanitas appelletur. exuperatio autem scur/
rilitas: et qui ipsam habet/ scurra. et qui defi/
cit/ rusticus quidam: et habitus/ rusticitas nũ
cupetur. Circa vero reliquum iucundum qđ
est in vita: is quidem qui est vt oportet iucun/
dus/ amicus dicatur/ ⁊ mediocritas amicitia.
Is autem qui exuperat: si nullius gratia rei/
placidus. sin sui emolumenti causa: adulator
est appellandus. At is qui deficit et in cunctis
est iniucundus: contentiosus quidem/ diffici/
lisqꝫ dicatur. ¶ Sunt et in affectibus et in ijs
que sunt circa affectus: mediocritates. Vere/
cundia nãqꝫ virtus quidẽ non est. laudatur ta
men et ipse etiam verecundus. nam et hic dici
tur esse medius et exuperans atqꝫ deficiens. et
exuperat quidem is qui in vniuersis verecun/
datur: qualis est ip̃e pauidus. qui vero deficit/
aut nulla in re verecundatur/ appellatur impu
dens: medius vero dicitur verecũdus. ¶ In/
dignatio autem mediocritas est inuidie/ ⁊ ma
liuolentie. versantur autem circa dolorem et
voluptatem/ que oriuntur ex ijs que proximis
accidunt. indignans enim dolet: cum aliqui ꝓ/
speritate fortune indigne fruũtur. inuidus au
tem hunc exuperans de omnibus dolet. sꝫ ma
liuolus adeo deficit in dolendo vt gaudeat.
Verum de his erit et alio loco tempus dicen
di. ¶ De iusticia vero postea pertractabimꝰ.
atqꝫ cum non dicatur simpliciter: distingue/
mus ipsam/ et de vtraqꝫ dicemus quo modo
mediocritas est. et silr̃ de rõnis virtutibus.

PRimum capitulum ter
tij tractatus duabus conclusioni
bus clauditur. Conclusio prima. Prima con/clusio.
Non sufficit dicere virtutem me/
diocritatẽ esse in vniuersali/ quẽ/
admodum superius diximus: ve/
rũetiam illud in singulis morum
virtutibus ostendendum est. Na
hi sermones q̇ sunt circa actꝰ: si vniuersales/ sunt cõ
minores: si particulares/ veriores euadunt. Opera/
tiones eñ sunt circa singularia quibus oportet ser/
mones vel sciẽtias cõformes esse. Ut igit̃ sermones
ꝑticulares verificẽtur/ sumẽde sunt singular̃ virtutũ

moralium descriptiões/quibus acceptis/ luce clariꝰ euadet oēm virtutē moralē mediocritatꝫ esse participem. Et primum a fortitudine sumatur exordium.

Fortitudo cuius obiectū est periculū ī bello.

Nam circa timores ꝛ audacias/mediocritas est ipa fortitudo: sed is hominū a medio excedētiū qui non metuendo excedit/vacat nomine. Sunt etiam pleraqꝫ alia vitia nominibus vacantia: is vero qui audendo excedit/audax est: sed qui metuendo excedit/ et audēdo deficit a recta ratione/timidiculosus euadit. Est igitur fortitudo duorum vitiorum mediocritas/audacie scilicet et timiditatꝫ.

Temperantia cuiꝰ materia est delectatio gustus vel tactus.

Est et alia mediocritas siue virtus circa delectationes atqꝫ tristicias: minus tamen circa tristicias/ q̃ voluptates: que tēperātia dicitur. Excessus/ intēperantia/et defectio/ insensibilitas appellatur. Sed circa erogatiões acceptionesqꝫ pecuniarū/alia est mediocritas/ que liberalitas est: exuperatio vero prodigalitas/que in pecuniarum profligatione atqꝫ nimia expositione cōsistit: defectio vero/illiberalitas siue auaricia dicitur. His enī duobꝰ vitijs/contrarijs modis peccant homines: nam prodigus in dando excedit: hoc est/ dat plusq̃ oportet dare/vel quibus non oportet dare. cōtra vero/auarus in dando deficit a recta ratione: qꝛ scđm nullam circunstantiam prudentie distribuit bona. In capiendo vero exuperat: quia sine quocunqꝫ discrimine capit. Sed de his habitibꝰ nūc rudis sermo habetur et summatim loquimur: de quibus in sequētibꝰ exactior erit determinatio.

Liberalitas circa pecunias.

¶ Alij sunt habitus circa pecunias: hoc est/circa bona fortune: quia hic nomine pecuniarum omnia bona fortune intelligimus/quorum medius magnificentia dicitur: et a liberali discrepat magnificus.

Magnificētia circa magnos sumptus.

Nā liberalis circa parua: magnificus vero circa magna versatur: exuperatio vero/inexplebilitas siue ventositas/circa ipsum honestū: defectio vero/pusillitas siue modicitas dicif.

Magnanimitas circa honores.

¶ Est ꝛ alia dispositio circa honores/vt magnanimitas: cuius vitium per supabundantiam/ supbia siue inflatio vocatur: defectio vero/pusillanimitas: ꝛ vt diximus: magnificentiam sese habere ad liberalitatem: in hoc tamen ab ipsa discrepantem: q̃ hec circa magna: illa vero circa parua versatur: sic et alia quedam dispositio circa honores sese habet ad magnanimitatem que circa paruos versatur honores. Nam ꝯtingit appetere honorem magis q̃ oportet: hoc est/contingit appetere maiores honores q̃ opꝫ: vel maiores q̃ deceant statum hominis: vel magis q̃ circunstantia temporis et loci exigat: et minus q̃ oportet. verum qui in honorum excedit expetitione/ambitiosus dicitur siue vanus. Sed qui deficit in honorū appetitione/ dicitur vacans honoris: et studiosus caret nomine. habitus vitiosi preter vnum carent nomine. Nam ambitiosi vitium/ ambitio vocitatur.

Correlariū

¶ Correlarium. Vitiosi de loco medio inter se contendunt: quia aliquando iudicamus exuperantem in honorū appetitiōe studiosum: aliquando deficientem: et nunc ambitiosum/nec vacantem appetitione honoris tanq̃ studiosum/ laudibus extollimus: sed huius rei causam sequētia aperiēt. ¶ Nūc vero de ceteris virtutibus summatim dicamus/eundē procedēdi modum seruantes vt in prioribus.

Māsuetudo circa iras.

Cōtingit circa iras mediocritas/ exuperatio/ et defectio: sed cum dicte dispositiones fere careant nominibus / studiosum / mansuetum/ vel mitē dicentes: medium ipsum: id est ipsam virtutem/ mansuetudinem dicemus. Sed is vitiosorū qui irascendo exuperat/iracundus dicitur: qui vero deficit/ vacans ira nuncupatur: et vitiū/ire vacuitas. ¶ Supersunt alij tres habitꝰ qui licet similitudinē inter se habeāt/differunt tn̄. Sunt enī oēs illi habitus circa cōmunem verborū ac humanorꝫ actuū vsum: discrepāt tn̄: quia vnꝰ illorꝫ habituū est circa ipm verū qđ in rebꝰ cōperit.

Affabilitas. Veritas

Alij vero sunt circa delectabile qđ aliquo mō cōsistit in ioco/siue in animi relaxatione: et aliquo mō in ceteris societatibꝰ humanis.

Comitas

De istis igit habēdus est sermo vt clariꝰ intelligamus mediocritatē ipam circa oēm materiā laudabilē esse: vt cernamus etiā ipsa vitia extrema/neqꝫ laudabilia/neqꝫ recta/sꝫ vituperabilia esse. Multa istorū vitiorū vacant nominibus. Sed elaborādum est his dispositionibꝰ sicut ceteris/imponēdo noia/gratia veritatis cognoscende: et ꝓ quāto possumus sequi mediū in oibus. Studiosus circa verū/verax: et mediocritas/veritas dicit.

Fictio.

Sed si fictio ad maiora pergat: hoc est/si fingamus nobis plura inesse q̃ insunt: talis fictio arrogātia siue iactātia vocatur: ꝛ habēs vitium/arrogans dicit. Sꝫ si fictio ad minora fiat: id est si fingamꝰ nobis minora inesse q̃ insunt/habēs vitiū est dissimulator: et vitiū/dissimulatio siue ironia: sed circa iucūdū quod in recreatione humana cōsistit/studiosus/ comis/vrbanus/ciuilis/cōgressibilis/sociabilis dicit: et ipa dispositio/comitas/siue vrbanitas/vel ciuilitas nūcupatur.

Dissimulatio. Ironia.

Exuperatio vero circa istud iucūdū/est scurrilitas: et ipsam hn̄s/scurra. Est enim scurra q̃ risum ab audiētibus captat/nō habita ratione verecūdie ac dignitatis. qui vero a iucundo quod in humana recreatione consistit / deficit: rusticus siue agrestis cēsetur: et dispositio/rusticitas.

Quid [illegible]ra.

Sed circa reliquum iucundū quod est in vita: hoc est/circa alias congressiones humanas: is qui est iucundus/ vt oportet/ amicus censeatur: et media dispositio/amicitia: exuperans vero in iucundo/ si nullius emolumenti gratia exuperat/placidus dr. Si vero alicuiꝰ cōmoditatis gratia exuperat/vtpote alicuius boni consequendi/adulator siue assentator censendus est. Sed nullam iucunditatem admittens/contentiosus est atqꝫ difficilis.

Cōclusio

¶ Non solū in virtutibus: sed etiam in passionibus contingunt mediocritates/exuperationes/ et defectiones. Nam verecundia non est virtus: laudatur tamen ipse verecundus. Is enim exuperat qui in omnibus verecundatur: et talis est pauidus. Sed deficiens a verecundia/et nulla in re verecundia ductus / impudens vocatur.

Pauidus

Is vero qui mediocriter se habet/nec exuperando/nec deficiendo/verecundus est. Est et alia passio mediocris / scilicet indignatio: et est medium inuidie et maliuolentie. Nam hi tres habitus versantur circa dolores et delectationes que ortum habent ab his que proximis eueniunt.

Indignatio. Indignans

Indignans autem dolet cum aliqui prosperitate fortune indigne fruuntur. Sed inuidus de omnibus dolet: hoc est/siue prosperitas fortune digne siue indigne accidat. Sed maliuolus de omnibus gaudet. De his vero erit et alius dicendi locus. De iusticia in quinto pertractabitur: et cum ipsa non dicatur simpliciter: id est cum non solum habeat vnā speciem/ sed duas: ipsam diuidemus in distributiuā et commutatiuam: et de vtraqꝫ dicemus quomodo medium tenet. Et similiter de rationis virtutibus: hoc est/de virtutibus intellectualibus/in sexto huiꝰ amplius erit sermo. Virtutū materie et quonā pacto in medio cōsistūt/in sequenti figura explanātur.

Audacia

Excessus	Mediocritas	Defectus
Audacia	Fortitudo	Timiditas
Intemperantia	Temperantia	Insensibilitas
Prodigalitas	Liberalitas	Illiberalitas
Sordiditas	Magnificentia	Pusillitas
Lentitudo	Magnanimitas	Pusillanimitas
Ambitio	Modestia	Honoris vacuitas
Iracundia	Mansuetudo	Ire vacuitas
Arrogantia	Veritas	Dissimulatio
Adulatio	Affabilitas	Contentio
Scurrilitas	Comitas	Rusticitas
Pauor	Verecundia	Impudentia
Inuidia	Indignatio	Maliuolentia

¶ Virtus media ⁊ dispositiones extreme circa eandem versantur materiã: vt quẽadmodum fortitudo est circa periculum bellicum: sic etiã audacia ⁊ timor vnum tñ vitiorum exuperat mediuꝫ/ ⁊ aliud deficit a medio: vt visum est in questione de medio virtutis/ et in explanatione textus.

¶ Ca. ij. Ostendit vitia ⁊ inter se ⁊ virtuti contraria esse: magis tamen inter se rerũ medio: in quibusdam excessum: in quibusdam deffectum magis opponi duas ob causas.

CUm autem tres sint dispositiões/ ⁊ due quidem sint vitia/ quorũ alterum in exuperatione/ alterũ in defectione consistit/ vna autez virtus que quidem est mediocritas: oẽs inter se/ etsi non eque/ suscipiunt oppositionem. Extreme namqꝫ: cum medie/ tum inter sese contrarie sũt. media vero extremis. Nã vt equale maius qdẽ est cum comparatur ad minus / minus autem cum compatur ad maius: sic et habitus medij respectu quidem defectionum exuperãt/ respectu autem exuperationum deficiũt/ tam in affectibus/ ꝙ etiam in actibus. fortis enim cum ad timidum comparatur/ audax: cum ad audacẽ/ timidus esse videtur. pari modo temperans respectu quideꝫ insensati/ intemperans: respectu autem intemperantis/ insensatus videtur. Liberalis etiam prodigus videtur si ad illiberalem: illiberalis si cum prodigo conferat̃. Quapropter et extremorum vterqꝫ medium ipsum ab se compellit ad alterum. atqꝫ fortem/ audax quidem timidum: timidus autem audacẽ appellat. et in ceteris simili modo. ¶ Hec cũ hoc pacto inter sese opponantur: maior est vtiqꝫ cõtrarietas extremorum inter sese ꝙ ad mediuꝫ. Longius enim hec inter sese ꝙ a medio distãt. ⁊ peride/ atqꝫ magnũ magis a paruo/ paruũqꝫ a magno ꝙ ab equali vtrũqꝫ distat. Extremis insuper nonnullis ad medium similitudo quedam esse videtur. vt audacie ad fortitudinem: et prodigalitati ad liberalitatem. at extremorũ inter sese maxima est dissimilitudo. atqꝫ ea que plurimum inter se distant diffiniẽtes: contraria dicunt. quo fit vt, ea que magis distant/ magis cõtraria sint. ¶ At vero medio in quibusdam exupatio: in qbusdã defectio magis opponit̃. Fortitudini nãqꝫ nõ audacia que est exuperatio: sed timiditas que est defectio magis opponitur. Temperantie vero non insensibilitas que quidem est defectio: sed intemperãtia que est exuperatio magis opponitur. ¶ Id auteꝫ ob duas accidit causas. atqꝫ vna quidem est ex ipsius rei natura. nam quia propinquius atqꝫ similius est extremorum alterum medio: ideo non hoc ipsi/ sed contrarium oppositũ esse magis asserimus. vt cum audacia quideꝫ similius fortitudini videatur atqꝫ propinquius esse/ timiditas autem dissimilius: hanc illi magis oppositaꝫ esse censemus. eteñ ea que plus a medio distant: eidem contraria magis esse vident̃. hec igitur vna est causa: que quidem est ex ipsi⁹ rei natura. Altera autem ex nobis sumit̃ ipsis. ea nãqꝫ medio contraria magis esse videntur: ad que nos ipsi quodam modo natura sumus propensiores. nos enim ipsi quia magis ad voluptates sumus procliues: idcirco facilius ad intemperãtiam ꝙ ad modestiam inclinamur. hec igitur magis contraria dicimus: ad que fit magis accretio. ⁊ ꝓpterea intẽperantia que est exuperatio: magis est contraria temperantie.

SEcundum capitulum tertij tractat⁹ tribus cõclusionibus clauditur. ¶ Prima conlusio. Omnes habitus circa eandem materiaꝫ existẽtes/ ⁊ si nõ eodem modo/ oppositionẽ ⁊ contrarietatem inter se recipiunt. Nã quẽadmodum in ꝓcedentibus dictum est: tres sunt Conclusio

dispositiones/ hoc est habitus circa vnãquãqꝫ materiam moralem: quarũ vna est dispositio media: id est virtus. Alie vero sunt dispositiones extreme/ hoc est vitiose: ⁊ earũ altera in exuperatione: altera in defectione cõsistit.

Prima probatio

¶ Prima ꝓbatio. Nam dispositiões extreme inter se repugnant: ⁊ etiam dispositiõi medie: igitur oẽs dispositiones ꝯtrarietatem inter se pa tiuntur. Nam quemadmodum medium rei apparet maius/ qñ comparatur ad extremum minus: ⁊ apparet minus/ qñ comparatur ad extremũ maius: sic dispositio media vel virtus cõparata ad vitium per superabundantiam/ videtur deficere a recta ratione: Ipsa vero ad vitium ꝑ defectum comparata/ apparet exuperare rectam rationem: ⁊ hoc verum est non solum in actibus: sed etiam in passiõibus. ¶ Subiũguntur exempla. Naꝫ fortis ad timidum ꝯparatus/ videtur audax: ad audacem vero comparatus/ videtur timidus. Simili modo tẽperans ad intẽperatuꝫ relatus/ apparet insensatus: si vero ad insensatũ comparetur/ apparebit intemperatus. Liberalis etiã apparet ꝓdigus/ si ad auaruꝫ comparet̃. Sed si ad ꝓdigum comparetur/ illiberalis censetur: igitur dispositio media/ dispositionibus extremis contrariatur.

Correlariũ

¶ Correlarium. Vterqꝫ vitiosoruꝫ ⁊ ꝑ supabundantiam ⁊ per defectionẽ abiicit mediũ: id est studiosum habitum ab se ad alterum extremum. Nã audax appellat fortem/ timidũ: timidus vero ipsum fortem audacem appellat. Et hoc pacto vterqꝫ vitiosoruꝫ medium a se ꝓpellit ad alterum vitium contrariũ: ⁊ hoc verum est in ceteris dispositionibus.

Scda conclusio

Secunda cõclusio. Maior est ꝯtrarietas extremorũ adinuicem/ q̃ꝫ extremorũ ad virtutem.

Prima probatio

Nam extrema longius inter se distant/ q̃ꝫ a virtute: igitur magis inter se opponũt̃ q̃ꝫ virtuti: ⁊ quẽadmodum magnum magis distat a paruo: et paruũ itẽ a magno/ q̃ꝫ vtrũqꝫ distet a medio: vt decẽ ⁊ duo magis distant ab inuicem/ q̃ꝫ distẽt a sex: sic etiã duo vitia quorum alterum in exuperatione: alterũ in defectiõe ꝯsistit/ magis iter se q̃ꝫ a medio distãt.

Scda probatio

¶ Secũda ꝓbatio. Nam extremoruꝫ ad mediũ aliqua est similitudo: vt audacie ad fortitudinem: ⁊ ꝓdigalitatis ad liberalitatem. Sed extremorum inter se/ nulla est similitudo: sed diffinientes ꝯtraria dicunt ea maxime inter se contrariari/ que maxime distant: quare que magis distant/ magis cõtraria censent̃.

Tertia conclusio

Tertia conclusio. In quibusdã dispositionibus exuperatio/ in quibusdaꝫ defectio magis opponitur medio: patet. Nam circa materiã fortitudinis/ ipsi fortitudini magis opponitur timiditas q̃ꝫ audacia: sed temperantie non insensibilitas q̃ est defectio/ sed intẽperãtia que est exuperatio/ magis opponitur. Et istud ꝓpter duas contingit ratiões: vna ratio sumitur ex natura rei. Nam cum vnum extremorum est similius medio q̃ꝫ alterum: id qđ medio dissimilius est: magis illi opponitur: vt cũ audacia videatur similior fortitudini/ timiditas ṽo dissimilior: ideo timiditas suapte natura magis opponitur fortitudini q̃ꝫ audacia. Altera causa sumitur ex nobisipsis. Nã ea videntur magis contraria medio ad que sumꝰ ꝓcliuiores natura. Et q2 ꝓniores sumus ad voluptates q̃ꝫ ad oppositum: ideo facilius pellimur ad intẽperantiam q̃ꝫ ad insensibilitatem. Et hoc modo intẽperantia magis opponitur temperantie q̃ꝫ insensibilitas. Illud eñ vitiuꝫ magis contrariatur virtuti ad quod fit maior accretio: id est maior inclinatio naturalis.

Annotationes

¶ Dispositio ꝓ habitu: ⁊ quẽadmodum aliquis habitus est virtus: alius vero vitium: sic aliqua dispositio est virtus: aliqua vitium. Aliqui opinati sunt dispositionẽ ⁊ habitũ specie differre: sed hoc falsum est. Alij dicunt dispositionẽ ⁊ habitũ nõ differre specie essentiali: sed scđm intensum ⁊ remissum. Aristoteles ṽo capit dispositionẽ in ꝓposito vt conuertitur cũ habitu. Equale idẽ sonat sicut medium.

¶ Ca. iij. Precepta quedam ponit ad inueniendũ eligendumve medium vtilia.

Virtutem igitur moris mediocritatẽ esse/ ⁊ quomodo sit/ ⁊ vitiorum duorum mediocritatem esse/ vnius per exuperationem/ alterius per defectionem/ ⁊ talem esse propterea ꝙ coniectatrix est eius medij quod in affectibus est atqꝫ actibus: satis iam diximus. Quapropter difficile est studiosum esse. est enim difficile in vnoquoqꝫ medium capere. vt circuli medium inuenire: non cuiuslibet/ sed scientis est tantũ. Pari modo irasci quidem/ ⁊ dare argentum/ sumptusve facere: cuiuslibet est/ et facile. sed cui/ et quantũ/ et quando/ et quomodo/ et gratia cuiꝰ oportet: nõ cuiuslibet est/ neqꝫ facile. qđ quideꝫ est ipsum rectum: et est perrarum/ ⁊ laudabile/ et perpulchrum. ¶ Idcirco eum qui medium ipꝫ ꝯiectat: primũ quidẽ a magis ꝯtrario discedere oportet/ ⁊ perinde/ atqꝫ Circe monebat.
Extra vndam et fumũ longe compelle carinã.
Extremorum enim altero magis: altero minꝰ delinquitur. Cum igitur ꝯsequi medium summe sit difficile: secunda (vt inquiũt) nauigatione minima malorum sunt capienda. Idqꝫ erit hoc maxime modo quem diximus. ¶ Cõsiderare autem oportet et ad que nos sumus propẽsiores. nam alij ad alia natura sumꝰ ꝓcliues. quod quidem ex voluptate/ doloreve inde ꝓueniente percipietur. atqꝫ nosipsos ad contrarium oportet retrahere. Longe namqꝫ a delinquendo secedentes: ad ipsum tandem mediuꝫ accedemus. vt solent ij facere: qui lignorum ea q̃ sunt obliqua/ ad rectitudineꝫ redigũt. ¶ In vniuersis autem cauendum est maxime a voluptate. non enim incorrupti iudicamus de ipsa. Vt ergo Troianorum senes erga Helenã sese habuerũt: sic et nos ad voluptatem ipsam esse affectos/ in omnibusqꝫ illorũ dicere vocẽ oportet. hoc enim pacto remouentes a nobis ipsaꝫ: minus peccabimus. hec igitur facientes (vt in summa dicam) maxime medium attingere/ cõsequive poterimus. ¶ Id autem ipsum difficile est fortasse: ⁊ in singularibus maxime. Non

eñ facile

enim facile determinari pōt/quo modo/⁊ qui/bus/et pro quibꝰ:et quanto in tempore irascē/dum est.etenim nos interdum eos qui deficiūt laudamus:⁊ mites dicimus esse.interdum ip/sos infensos appellamus viriles. Uerum qui parum a recto exorbitat non carpitur: siue ad defectionem/siue ad exuperationem se flectat. qui vero multum: vituperatur. non enim latet egressus. Facile autem non est excipere ratio/ne: quousqꝫ ⁊ ad quantū a recto quispiā egres/sus/carpendus est. neqꝫ enim aliud quicqꝫ sen/sibilium determinari facile potest. talia vero in singularibus sunt: et iudicium est in sensu. Ue/rum illud est manifestum: mediuz habitum in vniuersis laudabilem esse. Oportet autem nūc ad exuperationem/ nunc ad defectionem decli/nare. hoc enim pacto facillime medium ipsum et rectum attingemus/ac assequemur.

Prima con/clusio

Tertiū capitulū tertij tractatꝰ dua/bus cōclusionibus/tribus documentis/⁊ vno correlario clauditur. ¶ Prima cōclu/sio. Difficile est studiosum esse: nam satis dictum est virtutem moralē mediocrita/tem esse. ⁊ quonā pacto est duorū vitiorum: vnius per supabundantiā: alterius vero per defectionē medio/critas: ⁊ quomodo est ipsius medij (quod est ī passio/nibus ⁊ actibus humanis) inuentrix vł coniectatrix/ satis supra diximus. ¶ Et ex his omnibꝰ patere pōt

Probatio cōclusionis.

conclusio. Est em̄ difficile in vnaquaqꝫ re medium ca/pere: vt circuli medium inuenire/ nō cuiuslibet est: sed tantū philosophi naturalis. Similiter irasci/dare pe/cunias/⁊ facere sumptus/cuiuslibet est/⁊ boni ⁊ ma/li: sed irasci qñ oportet/⁊ quomō/⁊ cui/et vt oportet: non cuiuslibet est/ neqꝫ facile: sed boni tm̄ et difficile. Hoc enim est ipsum mediū ⁊ virtus: ⁊ est valde rarū laudabile ⁊ ꝑpulchrū: que oīa virtuti cōueniunt.

Primū do/cumentum.

Primum documentum. Ad mediuz virtutis inueniendum/volens virtutis medium attin/gere: primo a vitio virtuti magis contrario recedere nitatur/ queadmodū Circe precipiebat.

Extra vndam ⁊ fumum longe compelle carinam.

Hoc est/recedendum est ab vtroqꝫ vitiorū. Nam alte/ro extremorū magis peccat/ altero minus: ⁊ difficil/limū est medium cōsequi: vt supra diximus. Minora mala minus fugienda sunt: vt cōtingit in ꝓspera na/uigatione. Hoc aūt cōtinget primū recedēdo a vitio virtuti magis contrario.

Scd̄m do/cumentum

Secundum documētum. Uidendū est ad quod vitiū sumus ꝓniores scd̄m nostre nature instinctū. Naz alij ad alia vitia nature instictu ꝓnio/res sunt/vt experiētia ꝯstat: ⁊ illud facillimū ē cogni/tu/voluptate vel dolore ipaz opationē sequēti: ⁊ optz nos ad cōtrariū illiꝰ vitij retrahere: qꝛ lōge abeūtes a prauo ad qđ natura sumꝰ ꝓcliues: tādē mediū ipm̄ attingemus: vt solent facere hi qui ligna obliqua siue curua ad rectitudinem reducunt: qꝛ ad oppositā obli/quitatē flectūt/⁊ tandē ad mediū aptissime reducit.

Tertiū do/cumentum.

Tertium documentum. Summe ca/uendū est voluptate: quia non incorrupti ferimus iu/dicium de ipsa voluptate. Oportet eniz homines sic esse ad voluptatem affectos/vt seniores Troiani ad Helenā Grecam/vtentes Troianoꝝ sermone in oī/bus. Sermo em̄ Troianoꝝ fuit. Abijciatur Helena Greca: ⁊ in Greciam mittatur. Sic em̄ remouētes a nobis voluptatē/minus peccabimus. Predicta nāqꝫ documenta seruantes (vt summatim diximus) virtu/tis medium attingemus ac amplectemur.

Sermo Troianoꝝ.

Scd̄a con/clusio

Secunda cōclusio. Difficile est me/dium ipsiuz attingere in singularibus: qꝛ nō facile co/gnosci pōt quo pacto/ ⁊ quibus hoibꝰ/ ⁊ ꝓ quibꝰ re/bus/⁊ in quanto tpe irascendū sit. Nam deficientes circa iram/aliqñ laudamꝰ: ⁊ eos mansuetos atqꝫ mi/tes appellitamꝰ: nōnunqꝫ ipsos infensos/ hꝰ est iracū/dos ⁊ malos/ dicimus viriles siue magnanimos vel studiosos. Sed q̄ parū a recto delirat: siue ad exupe/rationez/siue ad defectionem se flectat/ non carpit: qꝛ nō omnis recessus a medio est culpabilis: sed re/quiritur qꝫ ille excessus sit notabilis: id est qꝫ possit co/gnosci/⁊ qꝫ sit alicuius momēti. Non est em̄ facile ex/cipere ratione: hoc est/ difficile est cognoscere quan/tū/⁊ vsqꝫ ad quod tēpꝰ/quispiam a medio digressus redarguendus sit. Nec quicqꝫ sensibiliū operationuz facile cognosci potest: qꝛ tales operatiōes sunt circa circūstantias particulares: ⁊ iudicium taliū est in sen/su: hꝰ est/sensus de talibꝰ circūstantijs particularibus iudicat ꝑspicuū: igit euasit ꝟtutē/ habitū laudabilē in oībꝰ eē: opz aliqñ ad vitiū per supabūdatiā/ aliqñ ad vitiū ꝑ defectionē deflecti: ⁊ hoc mō medium ipm̄ (qđ in humanis operationibus rectissimū est) attin/gemus ⁊ adipiscemur. ¶ Medium circuli/est cētruz a quo oēs linee ꝓtracte vsqꝫ ad peripheriā: siue circū/ferentiā sunt equales. Circulus nonnunqꝫ ꝓ linea cir/culari/nōnūqꝫ pro spacio incluso accipitur. Argentū candidū est: vñ ⁊ a Grecis αργιρος dr. Excoqui nō potest nisi cū plumbo nigro/aut cum vena plūbi/que ꝓpe argenti venas plerūqꝫ reperitur. Capitur tñ in textu non pro re ipsa que natura ꝓcreatur: sed ꝓ nū/mo argenteo. Signatum est primo argentum anno quingētesimo octogesimoquinto/ quīqꝫ annis ante primum bellum Punicū: Quinto Fabio consule: vñ bigati ⁊ quadrigati nūmi dicti sunt. Sed nummꝰ au/reus/sexagesimosecūdo anno post argenteum ꝑcus/sus est: in quo primo consuluz/ deinde imperatorum capita imprimi ceperūt. ¶ Cyrce fuit Solis et Per/se nymphe filia: que Ulixi immortalitatem promisit vt secū maneret: vt habet Aristoteles in Economi/cis: inde Circeus ⁊ Circeum. Uergilius.

Non oīs re/cessus a me/dio ē malus

Annotatio pma.

Argentum

Qñ argētū primo signa/tum est

Nūmus au/reus quādo inuentus

Cyrce

Aristoteles

Proxima Circee raduntur littora terre
Diues inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu.

Uergilius

¶ Per fumū ⁊ vndam intellige duo pericula maris: quorum alterum maius/alterum minus existit. Per Helenam non incōcinne voluptatez intelligimꝰ. Nā quicunqꝫ senes sunt: id est sapientes/voluptatem ꝓ/pellunt. Dicere vocem Troianorum/ est voluptatem expellere: sicut senes Troianorum consilium ineun/tes in hanc ꝯdescenderunt sententiā/ vt Helenaz ꝓ/pellerent: vtētes hac voce/abijciatur Helena. Nihil em̄ est magis inimicum virtuti/qꝫ ipsa voluptas que hoc in seculo minime expetenda est: nec esse potest aliqua voluptas hoc in mundo cui non admisceatur quicqꝫ doloris: vt Ouidio placet.

Helena a Paride ra/pta.

Usqꝫ adeo nulla est sincera voluptas.

Ouidius

Sollicitumq̧ aliquid letis interuenit.
Syllius Italicus — Et Syllius Italicus. Inde aspice late
Florentes quondã luxus quas verterit vrbes
Quippe nec ira deum tantũ/nec tela/nec hostes/
Quantum sola noces animis illapsa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes/tibi luxus et atris
Circũ te semp volitãs infamia pennis. Cõtra vero
est de virtute/ virtutisq̧ operatione: vt idem testat.
Loquit virtus. — Mecum honor/ꝛ laudes/ꝛ leto gloria vultu/
Et decus/ꝛ niueis victoria concolor alis:
Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus:
Casta mihi domus/ꝛ celso stant colle penates
Ardua saxoso perduxit semita cliuo/
Aspera principio nec em̃ mihi fallere mos est.
Prosequitur labor admittendũ intrare volenti:
Nec bona conscendunt: que sors infida dedisset:
Atq̧ eadem rapuisse valet: mox celsus ab alto
Infra te cernes hominũ genus: oĩa contra
Experienda manent: q̃ splendet blanda voluptas:
Stramine prolectus duro/patiere sub astris
Insomnes noctes/frigusq̧/famẽq̧ domabis:
Idem iusticie cultor quecunq̧ capesses
Testes fatorum stare arbitrabere diuos.
¶ Q̃obrez postergari debet voluptas: et virtus summopere amplecti.

Questio — Circa hunc tractatuz quero an sint solum duodecim virtutes morales. ¶ Pro huius questionis elucidatione (relicta opinionum multiplicitate de distinctione virtutum) est supponendum q virtutes morales sufficienter distinguuntur penes obiecta totalia/ comprehendendo sub obiecto totali obiectum materiale virtutis qđ est res circa quam contingit elicere actum interiorem vel exteriorem. Similiter cõprehendendo passionem ꝛ actũ exteriorem cũ omnibus circunstãtijs actus exterioris. ¶ Hoc supposito potest suaderi sufficientia duodecim virtutũ moralium. Nã omnis virtus moralis aut est circa bonum vtile/ aut delectabile/ aut honestuz: aut circa mala istis tribus bonis opposita: q2 hec tria bona solũ causant passionẽ cuius virtus est imediate moderatiua. Si versat circa bonum vtile/ hoc ɔtingit dupliciter. Vel versatur circa bonum vtile in cõmuni: ꝛ sic est iusticia. Vel versatur circa bonum vtile in particulari: et hoc contingit dupliciter: quia vel versatur circa bonum vtile quod est mediocre bonũ: ꝛ sic est liberalitas/ que circa paruas pecunias versatur. Aut est circa bonũ vtile/ quod est magnum ꝛ excellens. ꝛ sic est magnificẽtia que est circa magnos sumptus/ vel magnas pecunias/ siue arduas administrationes. Si sit circa bonum honestũ/ hoc cõtingit dupliciter: quia vel est circa honestũ/ vel honorabile mediocre: ꝛ sic est modestia. Aut circa honestuz honorabile magnũ: ꝛ sic est magnanimitas. Si sit circa bonũ delectabile/ hoc ɔtingit dupliciter: q2 vel est circa delectabilia positiue vel priuatiue. Si sit circa delectabilia priuatiue hoc ɔtigit dupliciter: q2 vel est circa mala ĩpellẽtia ad irã: ꝛ sic est mãsuetudo. Vel ẽ circa mala q̃ sunt terribilia/ siue impellentia ad fugã ꝛ sic est fortitudo. Si sit circa deletabilia positiue. hoc ɔtingit dupliciter: q2 vel est circa delectabilia q̃ necessaria sunt ad vitam: et sic est tẽperantia. Vel est circa delectabilia que nõ sunt simpliciter necessaria/ sed solum scđm quid: ꝛ hoc contingit dupliciter. Aut sunt circa manifestationem/ vel occultationem eoruz q̃ a nobis sunt: ꝛ sic est veritas. Aut circa delectationem in loco: et sic est eutrapilia / vel comitas. Vel est circa delectabile in colloquio ꝛ cumvictu humano: ꝛ sic est amicitia vel affabilitas. Et est supponendum q nomina predictarum virtutum non sunt species specialissime / vt multi opinati sunt: sed sunt species subalterne. Nam capta temperantia/ ipsa habet sub se species non solum specialissimas/ sed etiam subalternas. Nam habet sub se castitatem/ abstinentiaz ꝛ sobrietatem: quarum specierum nulla est specialissima: cum q̃libet habeat sub se alias species. Nam castitas habet sub se tres species: scz virginitatẽ/ viduitatem/ ꝛ castitatem coniugalem. Nec etiam virginitas est species specialissima: q2 habet sub se alias species: scz virginitatem viri/ ꝛ virginitatem mulieris: q̃ differunt specie ꝓpter diuersitatem specificam obiectoꝝ. ¶ Prudentia non est virtus moralis sed intellectualis. Continẽtia/ ꝛ pseuerãtia sunt gradus ꝟtutũ. De quibus in septimo huius amplior erit sermo.

Virtutũ sufficientia

Quomõ sumitur virtutum questio

Predicta ꝟtutũ nõ sũt species specialissime subalterne

Questio secunda — Queritur scđo an vitia extrema magis opponãt ad inuicẽ/ q̃ opponantur virtuti. ¶ Pro huius questionis elucidatiõe est aduertendũ q Aristoteles circa hanc materiã ponit tres ɔclusiones que in littera clarent.

Tres conclusiões p textu

Prima conclusio — **Prima cõclo. Vitia extrema virtuti** oppnuntur: et virtus vitijs.

Secunda conclusio — **Secunda conclusio. Vitia magis op**ponuntur inter se/ q̃ opponantur virtuti.

Tertia conclusio — **Tertia conclusio. Aliquando vnũ vi**tiorum magis opponitur virtuti/ aliq̃n reliquũ: ꝛ hoc accidit propter duas rationes vt in textu claret. Et intelligũtur iste conclusiones Aristo. quantũ ad substantiam actuũ virtutis ꝛ vitiorum. Nam virtus ꝛ vitiũ possunt sumi quantũ ad substãtiã actus: vel quãtum ad rationem bonitatis vel malicie. Ratio autez bonitatis attribuitur virtuti sm conformitatem eius ad rectam rationem: ꝛ ratio malicie scđm actus difformitatem ad rectã rationem. Et considerando virtutem ꝛ vitia hoc modo/ ponuntur cõclusiones.

Prima cõclusio. Virtus opponitur vitijs sicut extremum extremo: patet: quia virtus vitijs opponitur sicut bonum malo/ ꝛ commune difformi: sed bonum ꝛ malum/ conforme ꝛ difforme/ se habent tanq̃ extrema: igitur.

Secunda conclusio. Duo extrema vitia non opponunt ad inuicẽ sm rationem generalem bonitatis vel malicie: patet. Nã illa q̃ sub eodẽ extremo vnius oppositiõis ɔtinẽt/ nõ opponunt sm rationẽ gñalẽ: sed duo extrema vitia sub eodẽ extremo huius oppositiõis reponunt/ q2 sub malo vel difformi: igit.

Tertia conclusio. Vitia circa eandez materiam existentia/ sm rationes speciales vitioruz opponuntur ad inuicem/ sicut extremũ extremo: patet. Nam rationes speciales vitiorum sunt exuperatio et defectio: scđm quas rationes opponuntur vitia circa eandem materiam existentia. ¶ Si queras qua specie oppositionis opponunt vitia extrema virtuti. ¶ Rñdet q capiendo virtutẽ ꝛ vitium sm rõnẽ malicie/ opponunt priuatiue magis q̃ ɔtrarie: patet. Nã rõnes bonitatis ꝛ malicie sumunt scđm ɔformitatẽ ꝛ difformitatẽ: ɔformitas aũt est eq̃litas: et difformitas inequalitas ad rectã rationẽ. Equale aũt ꝛ inequale nõ opponunt ɔtrarie/ sed potius priuatiue. Sed accipiendo ꝟtutẽ ꝛ vitiũ quãtũ ad substantiam

Questio na

actuum:

actuũ: tũc ꝟtus vtriq; extremo opponit̃ ꝯ̃rie: illa tñ nõ ẽ ꝑfecta oppositio ꝯtraria. Siṁr vitia extrema accepta ꝟm eoꝝ substãtias/opponunt̃ oppositiõe ꝯ̃ria.

Instantia — **Sed cõtra istud instatur.** Extrema vitia opponunt̃ vt ſupabũdãtia ⁊ defectus: ſed ſupabũdantia ⁊ defectus opponunt̃ priuatiue ⁊ nõ ꝯtrarie: igitur vitia extrema opponunt̃ ꝯtrarie ⁊ nõ ꝑuatiue.

Ad hoc respondetur ꝙ vitia extrema ꝟm eoꝝ substãtias/ non se hñt vt ſupabũdãtia ⁊ defectus: nisi ex ꝑte obiectorum/⁊ scd̃m denoĩationem extrinsecã ab operationib⁹ circa q̃s versant̃. ¶ Istis notatis ponitur ꝯclusio respõsiua ad q̃situ. Vitia magis opponũt̃ ad inuicẽ q̃ꝫ opponant̃ virtuti. Hãc cõclusionẽ manifestissime ꝓbat Aristo. in textu tribus rõnib⁹. ¶ Prima rõ. Nã vitia magis distãt abinuicẽ q̃ꝫ a virtute distãtia cõuenientie: cũ extrema magis distent q̃ꝫ extremũ ⁊ mediũ. ¶ Scd̃a ratio. Extremorum nulla est inter se similitudo: atvero extremorum ad mediũ aliqua est similitudo: igit̃ magis opponũt̃ inter se extrema q̃ꝫ opponant̃ medio.

Dubiũ discutiendũ in tertio — **Sed dubium est an intẽperantia magis** opponat̃ temperãtie q̃ꝫ insensibilitas/ de quo videbitur in tertio cũ de illis in speciali agetur: q2 vitiũ qd̃ deterius est/semꝑ magis opponitur virtuti.

Dubium finale — **Ulterius dubitat̃ an documenta ab** Aristo. posita sint recte assignata.

Ad hoc dubium rñdet̃ ꝙ sic. Nam illa documenta sunt bona que docent vitare ea q̃ deliirant a medio virtutis: ſed documẽta Aristo. sunt huiusmodi: igit̃ sunt bona. Probat̃ minor: naꝫ deuians a medio/aut deuiat inducendo malũ/aut ꝓhibendo bonum: si inducẽdo malũ/aut hoc est per impulsum: id est ꝑ passionẽ naturalẽ: vel ꝑ cõplexionem impellentem appetitũ ad male operandũ: et sic est secũdũ documentũ. Aut hoc est alliciendo ⁊ trahẽdo ad malum: ⁊ sic ponit̃ tertiũ documentũ. Si sit ꝓhibẽdo bonum: hoc contingit dupliciter. Vel causaliter ꝓhibet bonum sicut vnũ ꝯtrariũ prohibet reliquũ: ⁊ sic datur primum documentũ quo recedẽdũ est a vitio magis ꝯtrario virtuti. Aut hoc occasionaliter sicut cõtingit ex ignorãtia boni ⁊ mali: ⁊ sic dat̃ quartũ ꝑceptum.

Instantia — **Contra dicta documẽta sic instatur.** Nam primum documentũ presupponit medium iam inuentũ: qd̃ ꝓbatur: q2 in illo documẽto habet̃ ꝙ debemus fugere vitiũ magis cõtrariũ virtuti: ſed non possumus illud facere nisi cognoscamus virtutẽ: igitur medium virtutis est inuentum.

Confirmatur cõtra illud qd̃ habet̃ ꝙ aliq̃n declinãdũ est ad exuperationẽ: ⁊ aliq̃n ad defectũ: q2 ex illo sequeret̃ ꝙ esset amplectendũ vnum vitium ad fugiendũ aliud: ſed hoc cõstat esse falsum q2 nõ sunt faciẽda mala vt inde eueniant bona: ergo nõ sunt faciẽda mala ad alia mala euitanda.

Ad hãc rationẽ rñdetur ꝙ primũ documentũ ꝑsupponit mediũ esse iuentũ: etiã intelligit documẽtũ cognitis medijs ⁊ extremis in gñali. Nec documẽtũ valet ad cognoscendũ vel inueniẽdũ medium in generali: ſed solum in speciali. Vel valet ad firmandũ appetitũ in medio inuento/⁊ cognito.

Ad ꝯfirmationem — **Et ad cõfirmationẽ rñdet̃ ꝙ oportet** declinare ad extremũ/manẽdo tñ semꝑ infra limites virtutis: q2 virtus habet suã latitudinẽ aliqualis intẽsionis/⁊ multũ latã. ¶ Vel sic: vt dicũt alij: opꝫ declinare ad extremũ: id ẽ ipm̃ detestãdo ⁊ nõ oꝑando cõformiter ad ipm̃. ¶ Tertio potest dici: opꝫ declinare ad extremũ: id ẽ meli⁹ ẽ amplecti vitiũ vitio q̃ imbuimur ꝯ̃riũ: ⁊ postmodũ attigere mediũ ꝟtutꝭ/q̃ꝫ semper in eodẽ vitio manere: ⁊ h̃ ẽ verũ exponẽdo ly meli⁹/ improprie: vl' dãdo solũ duas exponẽtes vt solet dici de illa ꝓpositiõe deus est melior diabolo.

Dubitatur an omnis recessus a medio sit peccatum. — Dubium

Rñdẽt aliqui ꝙ omis recessus a medio est peccatũ: q2 ois actus human⁹ deliberat⁹/est peccatũ vel oꝑatio bona: ſed actus recedẽs a medio est oꝑatio hũana vt supponit̃: ergo ẽ peccatũ vel act⁹ bonus: ſed nõ est act⁹ bon⁹: cũ ois act⁹ bon⁹ cõsistat in medio nec recedat a medio: g̃ est pctm̃: nõ ẽ tñ imputabile volũtati siue vituperabile. Et hui⁹ sñie videtur Aristo. in textu cũ dicit. Verũ q̃ parũ exorbitat a medio/nõ carpit̃: siue ad exuꝑationẽ/siue ad defectũ se flectat. Nõ dicit talẽ nõ peccare: ſed nõ vituperari: hoc est: illud pctm̃ nõ imputat̃ volũtati. Et istd̃ est satis bñ dictũ: q2 aliq̃n recess⁹ a medio ẽ adeo paruus ꝙ nõ possit cognosci: ⁊ tũc lꝫ sit pctm̃ morale saltẽ/tñ excusat̃ ꝑ ignorãtiã iuicibilẽ: cũ difficillimũ sit i vnaquaq; ꝟtute cognoscere verũ mediũ. Alij dicũt ꝙ nõ ois recessus a medio est pctm̃: ſed req̃rit̃ ꝙ talis recessus sit notatabilis: ⁊ ꝙ possit facile cognosci. Naꝫ notissimũ est ꝙ aliq̃n recedit̃ a medio vni⁹ virtutis: et tñ nõ recedit̃ a medio alteri⁹: q̃n vnũ mediũ includit̃ in alio medio. Nã mediũ abstinẽtie icludit̃ in medio tẽperãtie regularis: ⁊ sic ꝑ actũ tẽperantie regularis recedit̃ a medio abstinentie: ⁊ tñ nõ peccat̃ cũ amplectet̃ mediũ alterius virtutis: igit̃. Sed de istis amplior erit sermo in materia de gradibus virtutũ. — Aristoteles

¶ Et hec de scd̃o libro Ethicorum quo ad textus ⁊ questionum enucleationem sufficiant.

Liber Tertius Ethicorum.

Tractactus Primus.

¶ Ca. j. Aristoteles agens de his q̃ sponte/queq; inuiti agim⁹ ⁊ q̃ dupl'r. primũ finit ea q̃ inuiti agim⁹ tũ ꝑ violentiã ibi ⁊ immixtis actib⁹ dicit. tũ ꝑ ignorantiã ibi de circunstãtijs actum agit. Deinde sponte acta definiens/ostendit ea que per iram aut concupiscentiam geruntur non effici ab inuitis.

CUm aũt virt⁹ circa affect⁹/actusq; vset̃: ⁊ in ijs quideꝫ q̃ sua sponte quis agit laudes ⁊ vituperationes/in ijs aũt que inuitus facit venia nonunq̃ ⁊ misericordia locũ habeat: eos forsitan qui de ṽtute considerant/ de eo qd̃ sua sponte qs facit atq; inuit⁹/determinare necesse est. vtilis est etiã legũlatorib⁹ hec sane conside-

ratio: ad premia penasq; istituẽdas. ¶ Videt itaq; ea inuit⁹ facere qspiã: q̃ violentia vel per ignoratione facit. Id aũt est violẽtũ: cui⁹ principiũ est foris/ in qd nihil is q agit/ aut patit cõfert/ vt si vẽtus aliquo tulerit/ aut hoĩes potestatẽ habẽtes. ¶ At ea q̃ ob maiorũ metũ malorũ/ aut ob aliqd bonum agunt/ vt si tyrann⁹ quempiã aliqd agere turpe iuberet/ habens in potestate ꝛ parẽtes ꝛ liberos/ hac lege vt si aliđ agat/ illi sint incolumes/ si nõ agat/ dispereant: ꝯtrouersiã habere videntur/ vtrũ hec inuiti an spõte faciãt hoĩes. ¶ Tale etiã qd accidit ꝛ circa iactus eox: q in tẽpestatib⁹ fiũt. Simpliciter eñ nemo suas fortunas eijcit spõte. sed oẽs ꝓpter suã ceterorũq; salutẽ eijciũt: mõ sint mentis sane. tales igit act⁹ mixti quidẽ sũt. Jis aũt magis sũt similes quos spõte hoĩes agũt. Expetunt eñ tũ cũ agunt: atq; finis actionis in tẽporis cõditiõe ꝯsistit. ꝛ spõte igit ꝛ inuitũ vnũquẽq; dicendũ est agere/ cũ agit aũt sua sponte. ¶ Est eñ in ipso principiũ mouendi ptes eas que sunt in huiuscemodi actibus istrumẽta. at quox principiũ est in ipso: ea agere vł nõ agere in ipso est sitũ. talia igit sua sponte quisq; agit. At simpliciter fortassis iuit⁹. nemo nãq; taliũ qcq̃ p se expeteret vnq̃. ¶ In actib⁹ aũt huiuscemodi nonnũq̃ hoĩes ꝛ laudãt: cũ pro magnis ꝛ honestis reb⁹ aliqd turpe ferũt aut molestum. si vero cõtra faciũt/ vituperant. est enim improbi pro nulla re honesta vel mediocri: res turpissimas ferre. In quibusdã aũt laus qdez nõ fit: sed venia locũ habet/ cũ ea que nõ agere oportet quispiam egerit ob huiuscemodi res/ q̃ naturã hũanã superãt/ nemoq; pferret. Sũt aũt quedã: ad q̃ forsitan nõ licet quẽq̃ esse cõpulsum/ sed poti⁹ oportet summa ppessum tormenta mortẽ obire. Ridicula nãq; vident ea q̃ ad necẽ matris Alcmeonem Euripidis cõpulerũt. Est aũt interdũ difficile quale pro quali sit expetendũ: ꝛ qd pro quo sustinẽdũ discernere. difficili⁹ etiã est: posteaq̃ cognoueris in sententia pmanere. Fit eñ plerũq;/ vt ea quidez q̃ expetant molesta: ea vero ad que cogimur turpia sint/ vñ laudant atq; vituperant ij q fuerunt aut nõ fuerũt cõpulsi. ¶ Quenã igit dicẽda sunt violẽta? An ea quidẽ simpliciter inuit⁹ quispiã agit: quox externa est causa et ipse agens nihil omnino cõfert? que vero p se quidẽ inuitus facit/ sed nũc ꝛ ꝓ his expetunt/ principiũq; est in ipso agente ea p se quidẽ inuitus facit/ nũc aũt ꝛ ꝓ his sponte agit? magis aũt ijs similia sunt q̃ sua sponte qs agit. actus eñ sunt

Alcmeon
Euripides

circa ipa singula: q̃ qdẽ spõte facit. Qualia vero ꝓ qualib⁹ expetẽda sunt: nõ facile assignare possum⁹. qppe cũ in ipsis singulis ꝯplures sint differẽtie. ¶ Qz si qspiã iđ iucũda ꝛ bona/ violenta dixerit esse quia ꝛ extra sunt ꝛ compellũt: oĩa erũt ei⁹ sentẽtia violẽta. hox eñ gratia oẽs oĩa agunt. Atq; q violẽta/ inuitiq; agũt: ij cum dolore. q ob iucũdũ: ij cũ voluptate agunt. Est aũt ridiculũ externa quẽpiam accusare: sed nõ seipm/ qui qdẽ ab huiusmodi reb⁹ facile capit/ ꝛ honestox qdẽ se/ turpiũ aũt ea q̃ afferũt voluptatẽ cẽsere causaz esse. id igit violẽtũ esse videtui/ cui⁹ principiũ est foris: nihil prorsus eo cõferẽte cui vis ẽ allata. ¶ Oĩe aũt qđ ob ignoratione est actũ: nõ spõte qdẽ est actũ. Ab inuito tñ id effectũ est oẽ ꝓ quo dolet q egit: ipmq; penitentia subit. q nãq; ob ignorationem aliqđ egit ꝛ nõ fert moleste se illud egisse: sponte qdẽ sua nõ egit qđ nesciebat. Non tñ erit inuit⁹: qppe cũ nõ doleat ob idipsum. Qui igit ob ignorationẽ qppiã egit: si ipz peniteat/ inuit⁹ fecisse videt. si nõ peniteat cũ is ali⁹ sit: nõ spõte dicat egisse. cũ eñ differat: meli⁹ est vt ꝓpriũ habeat nomẽ. At eñ hec etiã ipsa: ob ignoratione inq̃ agere ꝛ ignorantẽ agere diuersa esse vident. Nã ebri⁹ aut irat⁹ nõ videt ob ignorationẽ agere: sed ob aliqd eox q̃ dicta sunt nõ sciẽs/ sed ignorans. oĩs igit prauus ignorat q̃ agere oportet: ꝛ a qb⁹ est abstinẽdũ. Et ob huiuscemodi errorẽ: iniusti hoĩes/ maliq; oĩno fiũt. ¶ Inuit⁹ aũt dr qspiã agere: nõ si ignorat id qđ cõducit. non eñ ea ignoratio que facta est electiõe/ causa est vt aliqd inuit⁹ qspiã faciat: sed prauitatis. nec etiã ea q̃ est vniuersalis. homĩes eñ ꝓpter hãc ipam repꝛhẽdunt. Sed ea q̃ est singulox in qb⁹ ꝛ circa q̃ ẽ ipsa actio. in his eñ ꝛ commiseratio locũ hz ꝛ venia. q nãq; aliqd eox ignorat: inuitus agit. ¶ Forsitan igit nõ ab re fuerit: si que et quot sunt ipsa determinabim⁹. Quis itaq;: qd/ ꝛ circa qd/ vel in quo agit/ nonnũq̃ ꝛ quo vt instrumẽto. et cui⁹ grã/ vt salutis. ꝛ quo mõ: vt sensim vł vehemẽter. ¶ Uniuersa igit hec/ nemo ignorauerit: mõ nõ sit insanus. Patet aũt neq; enim ipm agẽtẽ. quo nãq; pacto se ignorabit? Ignorauerit aũt qspiã id qđ agit. vt inqũt dicentes excidisse sibi/ aut nescisse arcana esse: queadmodũ Eschylus ipsa arcana ceteris. aut ostẽdere volẽtes imisisse: vt q telũ imisit. Putauerit aũt quispiã ꝛ filiũ hostẽ esse: vt Merope putauit. ꝛ hastã cuspidẽ habentẽ ea carere. ꝛ lapidẽ/ pumicẽ eẽ. Et interfecerit qspiã salutis percussum causa ꝛ mõstrare volens (vt faciunt qui manibus

Eschylus
Merope

qui manibꝰ extremis luctant̃)ꝑcusserit.¶Cũ igit̃ circa hec oĩa ĩ qbꝰ est ip̃e actꝰ sit ignoratio: q boꝝ aliqd ignorauit/is inuitꝰ egisse videt̃.et maxime in p̃cipuis:hec aũt ea vident̃ esse ĩ qbꝰ est ip̃e actꝰ:⁊ id cuiꝰ gr̃a.Eius igit̃ qđ ab initio ob ignorationẽ talẽ đr eẽ factũ:opꝫ actionẽ/dolorẽ insuꝑ/penitẽtiãq; afferre.¶Cũ aũt id inuitꝰ qspiã agat/qđ vi ⁊ ob ignorationẽ agit̃:id sua ꝓfecto sponte quispiã videbit̃ agere/cuius principiũ est in ip̃o agẽte sciente singula in qbꝰ est ip̃e actus.¶Forsitan eñ nõ recte đr/ea fieri ab inuitis:que per irã aut cupiditatẽ agunt̃. ¶Primo.nãq; nulla belua sponte aget:neq; pueri.¶Deinde.vtrũ nihil eorũ sponte agamus que cupiditate vel ira agimus:an honesta qdẽ spõte/turpia vero inuiti: An ridiculũ est:cũ vna sit causa:¶Absurdũ est etiam forsitan ea ab inuitis agi censere:que oportet appetere.oportet aũt ⁊ irasci pro quibusdã/⁊ cupere nõnullas res:vt sanitatẽ atq; disciplinã. ¶Vident̃ etiã ea qdẽ q̃ ab inuitis fiunt/dolorem:ea vero q̃ cupiditate agunt̃/voluptatẽ afferre.¶Preterea qd interest ĩter ea q̃ ꝑ rõnẽ ⁊ q̃ ꝑ irã peccant̃/hoc ip̃o qđ ab inuitis agant̃ etenĩ fugienda qdẽ sunt ambo.Affectus autẽ/rõnis expertes:nõ minus hũani esse vident̃.⁊ actus ip̃ius hoĩs ab ira cupiditateq; fiũt.Absurdũ est igitur hec ab inuitis agi censere.

ISte est tertiꝰ liber Ethicoꝝ in quo de volũtario/⁊ inuolũtario/de violẽto/⁊ ignoratione/de actuũ bonoꝝ circũstãtijs/de ꝯsilio ⁊ electione discutit̃. Pro cuiꝰ elucidatione ponunt̃ conclusiones.

Prima ꝯclo. Pria ꝯclo. Necesse est de ꝟtute tractãtibꝰ/de volũtario ⁊ inuolũtario questigare. Prima rõ. Nã ꝟtus moralis circa animi ꝑturbatiões ⁊ actꝰ negociat̃:⁊ in his q̃ hoĩes libere agũt/nõnunq; laudes/nõnunq; vituperationes nãciscunt̃. In his ꝟo q̃ nolẽtes hoĩes agunt/culpe remissio atq; aliene
Secũda rõ miserie cõpassio repiunt̃. Scđa rõ.Consideratio voluntarij ⁊ inuoluntarij plurimũ cõducit legũlatoribꝰ ad premia bonis instituenda/⁊ ad penas infligẽdas
Diffinitio inuoluntarij. malis.Diffinitio inuolũtarij.¶Inuolũtariũ ẽ qđ qs nolẽs aut ꝑ ignorationẽ agit.diffinitio violẽti.¶Violentũ est cuiꝰ principiũ ĩ cã/est extrinsecũ:⁊ ei q̃ agit aut patit̃/nihil cõducit:vt si vẽtus aliquẽ hoĩem aliquo portauerit:aut hoĩes fortes alios nõ potẽtes re-
Dubium. sistere aliquo tulerint. Sed dubiũ sese offert an ea q̃ ob maiorũ malorũ metũ/aut maioris boni ꝯsequẽdi gratia fiũt/volũtaria censeant̃ aut inuolũtaria: vt si tyrãnus habẽs in sua ptãte alicuiꝰ hoĩs liberos atq; parẽtes/iubẽs ip̃m aliqd turpe oꝑari hac cõditiõe/ q̃ si illđ agat/parẽtes ⁊ liberi incolumes euadẽt:sin minꝰ/morient̃.Sic̃ ꝯtigit circa ꝓiectiões mercıũ in mari tꝑe tẽpestatꝫ.Nemo ei(nullo se offerẽte ꝑiculo) fortunas suas eijcit in aq̃s/dũmõ sit cõpos mẽtis:igitur predicta dubitationẽ ⁊ ꝯtrouersiã secũ adducũt.

Scđa ꝯclo. Scđa cõclusio.Operationes que ob maiorum malorũ metuꝫ/aut maioris boni consequẽdi gr̃a fiunt/sunt mixte:hoc est partim voluntarie et partim inuoluntarie:sunt tñ magis similes actibꝰ voluntarijs q̃ inuolũtarijs.Tales eñ operationes expetunt̃ in tꝑe in quo fiunt:modo finis actionis metit̃ tꝑis cõditione:igit̃ sponte ⁊ nolẽtes tales agũt.Quod tales operationes sint partim volũtarie/sic ostendit̃
Cuiꝰ causa in nobis est ip̃m efficere in nostra est potestate. Nã principiũ mouẽdi mẽbra exteriora que sunt instrumenta in huiuscemodi actibꝰ ꝓcreandis/in nostra est potestate:igitur tales operationes in nostra potestate collocant̃. Nam quoruꝫ principia in nobis sunt/ea agere vel nõ agere in nobis est situm.

Tertia ꝯclo Tertia cõclusio.In illis actibus qui fiunt ob metũ maiorũ malorũ/vel ꝓpter maius bonum cõsequendũ/aliqñ hoĩes laudant̃:cum pro magnis ⁊ honestis aliquid turpe.i.penam aliquã ferunt vel tristiciam:aliquando ꝟo vituperant̃/cum ꝯtra faciunt.i.cum pro magnis ⁊ honestis rebus consequendis nihil turpe aut molestum ferre possunt.Improbi hominis est ⁊ omnino abiecti pro re nulla honesta cõsequenda/penã nõ velle ferre.Sed preter hec opera/aliud est operationũ genus cui non debetur laus:sed potius venia:cum quispiam ea que nõ oportet agere/egerit ob eas res que humanã superãt facultatẽ: vt mors ⁊ mortis periculũ imminens. Quedam eñ sunt opera ad que faciẽda nemo est cõpellendus:sed melius est mortem perpeti/q̃ huiuscemodi operatiões facere:vt p̃rem occidere.Et ideo ridicula ⁊ vana vident̃ ea Euripidis q̃ Alcmeonẽ ad matris necem coegerunt.Difficile est tñ iudicare quale opꝰ faciendũ est pro ope deserẽdo:⁊ que pena tolerãda ꝓ ope ꝯsequẽdo.Difficiliꝰ est etiã post opus cognitũ in his q̃ deliberata sunt/ꝑmanere. Cõtigit eñ plerũq; vt ea q̃ desiderant̃/tristiciã afferãt:ea ꝟo ad q̃ cõpellimur/turpia ⁊ penalia.Hic fit vt cõpulsi ⁊ nõ cõpulsi
Epilogus. laudent̃ atq; vituperent̃.¶Epilogat p̃cedẽtia. Ea inuolũtaria per violẽtiã dicunt̃:quoꝝ extera siue forinseca ẽ cã:⁊ oꝑans nihil ad violentã oꝑationẽ cõfert:sed ea q̃ qs inuitus oꝑat̃/⁊ scđm tꝑis cõditionẽ volẽs/sunt mixta.i.partim volũtaria ⁊ partim inuoluntaria:sunt tñ similiora oꝑibꝰ volũtarijs q̃ inuolũtarijs.Oꝑatiões eñ sũt circa singularia q̃ volũtarie a nobis fiũt.Qualia oꝑa expetẽda sunt ꝓ malis fugiẽdis/nõ facile est iudicare: cũ in oꝑationibꝰ varie sint differẽtie: hoc ẽ/ꝯtingit oꝑatiões varijs modis fieri. ¶Alia ꝯclo.Oꝑationes iucunde ⁊ honeste nõ sunt
Prima probatio. violẽte:q̃uis ad ip̃as ꝓcreãdas aliq̃ externa cõcurrãt. Nam eiꝰ opinione q̃ iucũda atq; honesta/violẽta asserit:oĩa violẽta erũt.Nã ꝓpter iucundũ ⁊ hone
Scđa probatio. sta/oẽs oĩa agũt. ¶Scđa rõ.Qui cũ violẽtia agit/cũ tristicia ⁊ dolore agere cõuenit:q̃ ꝟo ob delectabile siue honestũ operat̃:nõ cũ tristicia/sed cũ delectatione potiꝰ oꝑat̃:q2 vanũ est quẽpiã externa bona ⁊ nõ seip̃m accusare:q̃ cito ab huiusce bonis diluditur. Derisione dignum est aliquẽ iudicare se esse causam bonorum operum:⁊ externa esse causam malorum
Nota bene. operum.¶Ex hijs enim colligitur violenti diffinitio.Est eñ violẽtũ/cuius principiũ est foris.i.extraneum/vel exterũ:⁊ ei cui vis est illata/nihil confert.

Quarta cõclusio. Quarta ꝯclusio. Non oẽ qđ fit propter ignorantiã/est inuoluntariũ:licet oẽ tale sit non

voluntariũ. Prior pars ptz: nã ad hoc ꝙ aliquid dicatur inuoluntariũ per ignorantiã/ requirit ꝙ faciẽs ducat penitudine post opus factũ: sed nõ oĩs qui per ignorantiã operatur/ sic agit vt ipm subeat penitentia: igit non oĩs qui operat per ignorantiã/ operatur inuolũtarie per ignorantiã. Scda pars suadet: nam qui aliq̃d facit ⁊ ipm nõ subit penitudo/ vel si indifferenter se habeat/ nec penitendo/ nec non penitendo/ agit non voluntarie: ⁊ tamẽ non agit inuolũtarie per ignorantiã. Cum igitur aliud sit agere inuoluntarie per ignorantiã/ ⁊ agere non voluntarie per ignorantiam: satius est vt propria habeãt noĩa. Differunt insuper hec duo ignorantẽ agere/ ⁊ hoiem agere propter ignorantiã. Nam vino captus/ aut ira concitatus: non ob ignorantiam/ sed ob ebrietatẽ/ aut iram agere videtur: cum ignorans agat/ hoc est non habens rectum rationis iudicium. Nam omnis malus operando/ est ignarus eorum q̃ agere oportet: et a quibus abstinere debet. Contingit eñ propter hmõi errorẽ/ iniustos hoĩes malos omnino effici.

Quĩta ꝯclo

Quinta conclusio. Nec ignorantia eorũ que vtilia sunt/ nec ignorãtia vniuersalis inuoluntariũ facit: sed singularũ circũstantiarũ. Nã ignoratio affectata que crassa et supina vocari solet/ non est causa inuolũtarij: sed potius vitij. Homines etiã propter ignorantiã vniuersalẽ redarguuntur. Quid autem sit ignorantia vniuersalis/ ⁊ quid ignorantia affectata/ vide ĩ annotationib⁹ textus. Sed ea ignorantia que est alicuius circũstantie particularis/ causat inuoluntariũ cui danda est cõmiseratio ⁊ venia. ¶ Non immerito igit considerandũ est quot sunt circũstantiarum genera ob quarũ ignorationem/ actus efficitur inuoluntarius. Prima circũstantia ad agentem spectat: ⁊ est circunstantia persone. Scda est circunstãtia act⁹. Tertia materie. Quarta loci. Quinta instrumenti. Sexta finis. Septima ordinis: cũ q̃s ordinem ⁊ modũ agendi respicit.

Quot sunt circũstantiarum genera

Sexta ꝯclo

Sexta cõclusio. Nemo sani intellectus oẽs predictas circũstãtias ignorare potest: ptz hec conclusio: q: nemo sane mentis põt seipm ignorare: ⁊ per consequẽs nec circunstãtiã persone. cum aliquid faciens sit circũstantia persone agentis: põt tñ quis ignorare alias circunstantias: ⁊ primo circunstantiã actus; vt vulgo dici solet: hoĩes aliq̃d fecisse/ quod tamen eos latebat: vt nõnunq̃ contingit de secreto quod quis non credens esse secretũ/ detegit: vt Eschyl⁹ secreta ceteris retexit. Potest etiã q̃s ignorare circũstantiã instrumenti: vt cum quis vult ostendere cathapultã/ eam immittit. Et si quis putauerit filium hostẽ esse ⁊ ipm occiderit/ ignorat circunstantiam materie: vt fecit Merope. Credens etiã hastã cuspidem habentẽ/ cuspide carere: ⁊ quẽpiam offendit. Similiter credens lapidẽ esse pumicẽ/ ⁊ lapidez immittit. Percutiẽs etiã aliquẽ salutis causa/ ⁊ ipm interficiat/ modũ ignorat. Volẽtes etiam monstrare quonã pacto sit luctandũ/ ⁊ sese percutiunt/ rationis circunstantiã omittunt: igitur cõtingit circa hec oĩa peccare: ⁊ per ꝯñs inuoluntariũ facere: ⁊ maxime in precipuis circunstantijs circa quas est operatio humana. Precipua autẽ circunstantia est circunstantia finis. Oportet igitur inuoluntariũ per ignorantiam/ penitudinẽ atq̃ tristiciã sequi. ¶ Epilogat Aristoteles cũ id inuitus quispiã agere dicat/ qđ per violẽtiam aut ob ignorationem agit. Id voluntarie quis agere dicitur/ qđ agit sciens: cuius principium est in ipso agente cognoscente singulas circunstantias ad opus requisitas.

Merope

Que sunt p̃cipue circũstantie vide in annotationibus.

Septima cõclusio. Ea que fiunt per iram aut concupiscentiã/ non censenda sunt inuoluntaria. ¶ Primo: q: hoc pacto nulla belua sponte ageret: neq̃ puer: qđ falsum reputat Aristote. Hic extẽditur operatio voluntaria ad operationẽ appetitus. Absurdum est igitur nos esse causam honestorum: ⁊ turpia esse causam operũ malorũ iudicare: cũ ⁊ turpium/ ⁊ honestorum eadem sit causa/ vtpote voluntas humana a qua pendẽt ⁊ honestũ ⁊ turpe. ¶ Secunda ratio. Non recte dictum est ea ab inuitis fieri/ que oportet nos expetere. At vero oportet nos pro aliquibus rebus irasci: alique etiam res nonnunq̃ cadunt in expetitionẽ humanam/ vt virtutes/ scientie/ ⁊ sanitas. ¶ Tertia ratio. Que inuoluntarie fiũt cum tristicia ⁊ dolore contingunt: sed que per concupiscentiam aguntur/ delectationem afferunt: igitur cẽsendũ est ea inuolũtarie fieri que aut ob iram/ aut ob concupiscentiam cõtingunt. ¶ Quarta ratio. Ea que fiunt per rationem ⁊ que fiunt per iram vel concupiscẽtiam/ non differunt quo ad voluntaria ⁊ inuoluntaria: quia vtraq̃ opera sunt fugienda. Nam passiones appetitus sensitiui non minus vidẽtur humane q̃ passiones aliarum potentiarum: igitur ea que fiunt ob iram ⁊ concupiscentiam/ licet sint passiones partis sensitiue/ tamen sunt humane/ ⁊ voluntarie.

Septia ꝯclusio.

¶ Misericordia scđm Augustinum: est alie miserie quedam in nostro corde compassio. Stoici misericordiam inter animi vitia computant. Unde Seneca: Vitium inquit anime est misericordia: nec miserebitur sapiens: sed succurret. Et Augustinus nono de ciuitate dei. Stoicorum est misericordiam solere culpare. Et Cicero tertia questione tusculana tanq̃ Stoicus loquitur. Si sapiens in egritudinem cadere posset/ et in misericordiam. ¶ Est autem venia/ remissio culpe ⁊ condonatio pene/ siue condonatio erroris. Molestum pro pena accipitur. Alcmeon turpi patris iussu in bello Thebano morientis/ matrem occidit. ¶ Accusare externa/ est iudicare externa causas esse operationum humanarum. ¶ Omne quod ob ignorationem fit/ est non voluntarium: sed non omne tale est inuoluntarium. ¶ Tribus eñ modis contingit operationẽ fieri ob ignorantiam. Primo modo cum facimus aliquid: ⁊ ignoramus an illud sit bonum vel malum. Sed postq̃ cognitum est/ placet nobis tale opus fecisse: ⁊ tale opus est simpliciter volũtarium. Secundo modo quando facimus aliquid: et post factum penitet nos illud fecisse: tale opus est inuoluntariũ per ignorantiã. Tertio modo qñ facimus aliq̃d: ⁊ post factũ cognitũ/ neutro modo nos habem⁹: q: nec nos penitet/ neq̃ nobis placet: ⁊ tale opus est nõ volũtariũ per ignorantiã. ¶ Est eñ multiplex ignorantia: scz ignorãtia pure negationis ⁊ est ipa aĩa nihil sciẽs. Alia est ignorãtia vniuersalis ⁊ est ignorãtia eoꝝ q̃ scitu sunt facilia/ nõ tñ sciuntur. ¶ Ignorãtia affectata crassa vel supina/ ẽ eoꝝ ignorantia que scire tenemur: ⁊ tamen ipa nõ scimus: vel propter desidiam nostrã: vel propter maliciã: vel propter labores talibus operibus annexos. ¶ Ignorantia facti vel inuincibilis/ est ignorantia alicuius singularis circũstantie. Et hec sola ignorãtia/ inuolũtariũ causat. ¶ Is operat p ignorãtiã q̃ nõ oẽs circũstãtias opis cognoscit: sed is operatur ignorans qui habet iudiciũ

Annotationes.
Augustin.
Damnat Stoicorum opinio.
Seneca.
Cicero.
Quid venia.
Tribus modis aliq. fit ob ignorantiam.
Multiplex ignorantia.
Ignorantia facti.

Ois malus operat̃ ignorans.

habet iudiciũ erroneũ de agibilibꝰ. ¶ Omnis malꝰ est ignorãs scd͂m gradum intemperantie: vel si vniuersaliter intelligat̃: oĩs malꝰ est ignorãs.i.extinguit̃ rectũ iudiciũ a passione vehementi. Nam licet incõtinẽs habeat rectũ iudiciũ: qꝛ tñ superat̃ a passione pro tpe pro quo male operat̃: ideo dr̃ ignorare ea q̃ agit.

Circũstantie.

¶ Circũstantiaꝝ gña sunt septem q̃ in lr̃a satis clarent. ¶ Eschylus poeta (teste Eustratio) multa de secretis mulierũ sub velamine poetico scripsit/vt vix intelligi possent: ⁊ ea recitantes quidnã dicerent ignorarẽt.

Merope. Pumex.

¶ Merope Triphonẽ filiũ enecauit/credens ipsum hostem. ¶ Pumex est lapis leuis/spongiosus/poliẽdis libris ⁊ leuigãdis lignis aptissimꝰ. ¶ Operatio spontanea siue volũtaria/brutis attribuitur: vt se extẽdit ad appetitionẽ partis sensitiue. ¶ Affectꝰ rationis expertes sunt passiones appetitus sensitiui.

¶ Ca.ij. Ostendit electionẽ nec cupiditatẽ esse nec iram: nec opinionem: nec oĩno voluntatẽ/sed sponte a nobis fieri antecedente consultatione.

DEterminatis autem his: eo inquã qd̓ sponte/⁊ eo qd̓ inuitus quispiã agit: cõsequens est vt de electione dicamꝰ Ipsa nãq̃ virtuti esse familiarissima/⁊ magis q̃ ipsi actus dijudicare mores videtur. electio itaq̃ spõte quidẽ nostra videt̃ fieri. ¶ Non tñ est idẽ qd̓ illud qd̓ sponte fit. Sed qd̓ fit sponte ad plura sese extẽdit: est eñ cum pueris ⁊ aĩalibus ceteris nobis cõe. electio vero nõ est cõis. ¶ Et ea que a nobis repente fiũt/spõte quidẽ nostra fieri dicimꝰ: electione vero nõ dicimus. ¶ Qui v̓o dicũt ipam esse cupiditatẽ/vel irã/vel volũtatẽ/vel opinionẽ quandã: nõ recte dicere vident̃. etenĩ electio nõ est cõe homini cum ratiõis expertibꝰ. at cupiditas est/⁊ ira. ¶ Et incontinẽs cupiẽs quidẽ: nõ tñ eligẽs agit. continẽs aũt ꝯtra: eligẽs quidẽ/at nõ cupiẽs agit. ¶ Et cupiditas quidẽ aduersat̃ electioni: cupiditati v̓o cupiditas nõ repugnat. ¶ Cupiditas preterea iucundi est ⁊ molesti. electio v̓o neq̃ molesti neq̃ iucundi. ¶ Ira etiã minus esse videt̃. quippe cũ ea q̃ fiunt ira: minime per electionẽ fieri videant̃. ¶ At vero neq̃ voluntas est: tametsi finitima hec esse vident̃. electio namq̃ nõ est eoꝝ que fieri nequeũt. qꝛ si qs eligere dixerit ea: amẽs esse videbit̃. volũtas autẽ est: vt immortalitatis. ¶ Et volũtas quidẽ est ⁊ circa ea que per ipm̃ qui vult/nequaq̃ agerẽtur. Volumus eñ histrionẽ aliquẽ vincere certamine. at eligit talia nemo/sed ea q̃ per seipm̃ existimat fore posse. ¶ Preterea volũtas quidem magis est finis ipius: electio aũt eorũ que ferũt ad finẽ. Ut sani quidẽ esse volumꝰ: eligimus aũt ea q̇bus erimus sani. ⁊ felices quidẽ esse volumus/atq̃ ita dicimus: eligimus autẽ nõ cõuenit dicere. Atq̃ oĩno circa ea versari videt̃ electio: q̃ in nostra sunt potestate. ¶ Opinio quoq̃ nõ est. Opinatio nãq̃ circa vniuersa videt̃ esse. nec minus circa eterna ⁊ ea que fieri nequeũt: q̃ circa ea que nostra ĩ potestate sunt collocata. ¶ Et falso/veroq̃ diuidit̃: nõ malo/bonoq̃. electio aũt hisce magis. ¶ Electionem igit̃ idẽ esse ⁊ opinationẽ oĩno/nemo forsitan dicit. at nec etiã est idẽ qd̓ opinatio quedã. eligendo nãq̃ bona vel mala quales quidẽ sumus: opinãdo aũt nõ sumus. ¶ Et eligimus quidẽ capere aliquid aut fugere/aut aliq̇d taliũ. opinamur aũt quidnã sit vel cui ꝯferat: vel quo pacto conducat. sed capere aut fugere non nimiũ opinamur. ¶ Et electio quidẽ laudat̃ ex eo: qꝛ est eius qd̓ oportet magis/vel qꝛ est recta: opinio v̓o ex eo qꝛ est vera. ⁊ eligimꝰ quidẽ que maxime scimus esse bona: opinamur autẽ ea que nõ nimiũ scimꝰ. ¶ Vident̃ preterea nõ ijdẽ hoĩes eligere optima/atq̃ etiam opinari. sed quidã opinari quidẽ melius: ob vitiũ autẽ nõ ea que oportet eligere. Nihil aũt refert si antecedat electionẽ aut comitet̃ opinio. nõ eñ id ipm̃ nunc perscrutamur: sed si idẽ sit electio qd̓ opinatio quedã. ¶ Quid igit̃ aut quale q̇d sit electio: cũ nihil sit eorũ que diximus? Videtur itaq̃ sponte quidẽ a nobis fieri. attamẽ non oẽ qd̓ sponte agimꝰ: est eligibile. sed id cuius ꝯsultatio antecessit. electio namq̃ cũ ratiõe est atq̃ mente. Subsignificare aũt id ⁊ nomẽ videt̃: innuens ipm̃ ex alijs legibile esse.

SEcundũ capl̃m tribus cõclusionibus claudit̃. ¶ Prima ꝯclusio. Cõsequens est post determinationẽ de volũtario ⁊ inuoluntario: de electione pertractare. Nam ipsa electio videtur virtuti coniunctissima/⁊ magis discernere mores q̃ operationes exteriores. ¶ Secunda ratio. Nam oĩs electio est q̇d voluntarium: sed non omne voluntarium est electio. Uoluntarium enim communiꝰ est electione: cum pueris ⁊ animantibus/tum hominibus cõueniat: electio autem solis hoĩbus: igit̃ postq̃ determinatũ est de voluntario qd̓ electione cõius est/ꝯñs est de electiõe discutere. ¶ Tertia rõ. Ea etiã q̃ fiũt repẽte/h̓ est sine ꝓposito vl̓ deliberatiõe/sũt volũtaria: ⁊ tñ nõ fiũt ꝑ electionẽ: igit̃ volũtariũ electiõe tritiꝰ est/cõiusve.

Prima conclusio.

Secunda conclusio. Electio nec est ꝯcupiscẽtia/nec ira nec voluptas/neq̃ opinio. Huiꝰ cõclusionis prior pars suadetur. Nam electio non cõuenit hominibus cum rationis expertibus: at vero voluptas ⁊ ira cõueniũt: electio igit̃ neq̃ voluptas/neq̃ ira censenda est. ¶ Secunda ratio. Incõtinens operatur per concupiscentiam/⁊ non per electionem. Igit̃ electio ꝯcupiscentia non est. Incõtinens enim/

Scd͂a conclusio.
Prima rõ.
Scd͂a rõ.

concupiscentie appetitus sensitiui et non rationi per actũ volũtatis paret: ꝯtinens ꝯtra operatur per electionẽ .i. per actũ volũtatis rationi paret/⁊ nõ passioni appetitus sensitiui. Concupiscentia etiam electioni renititur/⁊ non sibiipsi: igitur electio non est concupiscentia. Insuper concupiscẽtia est circa iucundum vel triste suapte natura: electio ꝟo neq; iucundi neq; tristis est: igitur electio non est concupiscentia. Et si electio non est concupiscentia/multominus videtur ira. Ea em̃ que per iram fiunt/minime per electionẽ fieri videntur: sed potius ab impetu vel vehementia passionis. Neq; electio est voluntas: ꝗ̃uis sit ei coniunctissima atq; immediatissima. Naz electio nõ est rerum impossibiliũ: ꝙ si quis impossibile eligere dicatur/mente captus iudicabitur. Voluntas vero impossibilium est: vt volumus immortalitatẽ. Volũtas etiam est circa ea que per volẽtem fieri nequeũt/nec sunt in eius constituta potestate. vt volumus histrionem vincere certamine: quod tamen non est in nostra potestate situm. nemo enim talia que non sunt in eius potestate/eligeret.

Alia ratio.

Sed solum eligimus ea que si volumus/facimus: si nolumus/non facimus. Insuper voluntas circa finem versatur: electio ꝟo circa media ad finem consequendum ordinata: vt/omnes sani esse volunt: eligunt autem media quibus sanitatem adipisci possent: ⁊ ita trito sermone homines loquuntur: non enim cõuenit dicere nos finem eligere. Superest probare electionẽ opinionez nõ esse. Nam opinatio est circa vniuersa: nec minus est circa eterna ⁊ impossibilia/ꝗ̃ circa ea que in nostra constituta sunt potestate. Insuper opinio secatur falso atq; ꝟo: hoc est aliqua opinio est falsa/et aliqua vera: ⁊ non diuiditur per bonum ⁊ malum: sed electio magis diuidit hisce duob⁹ membris/bono ⁊ malo. Nemo igitur censet electionem opinari eandem esse: nec est

Bona rõ.

particularis opinio. Alia ratio. Nam eligendo bona vel mala; boni vel mali euadimus: sed opinando bona vel mala/nec euadimus boni nec mali: igitur electio non est opinio. Electio etiam tendit in alicuius rei prosecutionem vel fugam. Opinio vero non tendit in prosecutionem vel in fugam rei: sed in rei essentiam vel in vtilitatem opinando quidnã sit id de quo

Alia ratio.

opinamur: vel cui negocio faciendo conferat. ¶ Itẽ electionẽ laudamus: q2 virtutis est ⁊ recta: opinionẽ vero q2 vera est: ⁊ eligimus ea que scimus esse bona:

Alia ratio.

opinamur ꝟo ea que nõ nimium scimus .i. que formidamus. ¶ Preterea aliud sibi volũt eligere optima ⁊ opinari optima. Eligimus em̃ malũ et opinamur bonum. Refellitur obiectio: nihil refert si opinio antecedat aut sequatur electionem: q2 hanc difficultatẽ in morali negocio non peruestigamus: sed an electio sit eadẽ opinioni/an ab ea differat. ¶ Ex dictis clarere potest quid sit electio: cum nihil eorũ sit que diximus: est tamen quid voluntarium: non tamen omne volũtariũ est eligibile: sed id voluntariũ eligibile est cuius cõsultatio precessit. Nam electio ratiocinationem atq; cognitionem supponit. Nam id vocabulum/eligibile/illud representare videt. Est em̃ eligi-

Annotationes.

bile aliquid ex alijs legibile: ex alijs quidem per ratiocinationem ⁊ deliberationem. ¶ Electio est operatio cum deliberatione atq; proposito ad finem consequẽdũ. Est autem eligere aliquid cuz deliberatio-

Opinionis finitio.

ne ⁊ proposito finis cõsequendi agere: ⁊ eligibile est volũtariũ p̃cõsiliatũ. ¶ Opinio est assensus ꝑpositionis vere vel false cui annectit formido. Cupiditas est iucũdi et molesti inquantũ hmõi. Electio neq; est iucundi nec molesti inquantũ iucũdũ ⁊ molestũ sunt: sed inquantũ ad finẽ ꝯsequendũ referunt. Voluntas nõnunq̃ pro potẽtia/nõnunq̃ pro actu sumit. Qz ꝑ

August.

actu aliqñ sumat/testis est Augustin⁹ sic inquiẽs. Nihil est magis in ptãte volũtatis ꝗ̃ ip̃a voluntas. Si ꝟo pro actu sumat/aliqñ extẽdit ad oẽm volũtatis operationẽ/qualiter in ꝓposito nõ sumit. Alio nãq; modo pro actu finẽ respiciente accipit: ⁊ sic nulla vo-

Histriones ludones.

luntas est electio nisi teneat eũdem actũ circa media ⁊ finem existere posse. ¶ Histriones/ludones dicebantur qui in scena comedias atq; tragedias voce ⁊ corporis gestu agebãt. Quales/in textu nõ interrogatiue nec relatiue/sed indefinite sumitur.

¶ Ca. iij. Et q̇d a nobis ꝯsultabile ⁊ q̃le id sit oñdit ꝯsultabile .s. eẽ mediũ finis qđ i nr̃a est ptãte incertũ quatenus euadat. deinde magis specialiter q̃liter fit ꝯsultatio ⁊ de q̇b⁹ declarãs ei⁹ rõnẽ aperit ⁊ terminũ habere oñdit. Postremo eligibile ⁊ electionẽ finit.

Est ne de oĩbus ꝯsultatio/⁊ omne quoduis est cõsultabile: an de q̇busdã nõ est cõsultatio? ¶ Atq; dicendũ est forsitan consultabile nõ id esse de quo quispiã insipiẽs/vel mente capt⁹/sed id de quo sane mẽtis quilibet cõsultaret. ¶ De eternis aũt nemo cõsultat. vt de mundo: vel de diametri/laterisq; incommẽsurabilitate. Sed neq; de ijs q̃ ꝯsistũt quidẽ in motu: semꝑ autẽ fiunt eodẽ mõ. siue necessitate/siue natura/siue ꝓpter aliquã aliã causam. vt de solstitijs atq; ortu. Neq; de ijs q̃ alias aliter sese habẽt. vt de siccitatib⁹: ĩbribusve. Nec itẽ de ijs q̃ eueniũt a fortuna. vt de thesauri inuentione. Sed neq; de hũanis oĩbus reb⁹. nã quonã pacto respublica Scytharũ optime gubernaret: nemo Lacedemonioꝝ cõsultat. nihil em̃ eorum per nosipsos fieri põt. ¶ Cõsultamus aũt de his reb⁹ agẽdis: q̃ in nostra sunt ptãte. he etem̃ restant. Cause nãq; vident esse: natura/necessitas/fortuna et mens: insuper ac omne qđ per hoĩem efficit. hominũ autẽ quisq; de ijs consultat que agi per ip̃m pñt. ¶ Atq; circa exactas quidez sciẽtias ⁊ sufficiẽtes: nõ est ꝯsultatio. vt de lr̃is. nõ em̃ ambigimus quonã pacto lr̃e sint scribende. Sed de ijs ꝯsultamus que fiunt quidẽ a nobis: non tñ semꝑ eodẽ modo. vt de agẽdis per medicinã vel pecuniariã artẽ: ⁊ eo magis circa gubernãdi facultatẽ/ꝗ̃ exercẽdi artẽ deliberamus/quo minus exacta est. et de ceteris simili mõ. Atq; magis circa artes ꝗ̃ circa scientias: nam circa ip̃as magis ambigimus. Cõsultatio autem in ijs versatur; que plerũq; quidem fieri possunt: incerta tamen sunt quonam euenient pacto. et in quibus est indeterminatio. Atq;

cum magnis

cum magnis de rebus deliberare volumus: sumimus ⁊ alios ad ꝯsiliū/diffidētes nobisipsis/ tanq̄ nō sufficiētibus ad discernendū. ¶ Cōsultamus autē nō de finibus: sed de iis que ad fines ipsos perducūt. Nec eñ medicus si sanabit/nec orator si persuadebit/nec reipublice gubernator: si bene recteq; legibus ciuitatē instituet/nec deniq; ceterorū quisq̄ de fine deliberat. sed oēs posito quodam fine: quēadmodum ⁊ per que fiet ille/cōsiderant. Atq; si per plura posse fieri videtur/per qđ illorū facillime optimeq; fiet: perquirunt. sin per vnū: quonā pacto per illud fiet/⁊ illud item per quid efficiet/considerant. idq; faciunt: donec ad primā peruenient causam: que quidē in inuentione est vltimum. Qui namq; ꝯsultat/is querere videtur: dictoq; modo pinde atq; designationē linearū resoluere. ¶ Non autē oīs perquisitio/consultatio esse videt. Mathematice namq; perquisitiones: consultationes non sunt. omnis autē consultatio est cōtinuo perquisitio. idq; quod vltimū est in resolutione: primū esse constat in generatione. Atq; si cōsultantes in aliquid inciderint/qđ quidē fieri nequeat: desistunt. vt si sit pecuniis opus: has aūt habere nō possint. quod si videatur fieri posse: tunc agere aggrediuntur. Ea vero dicimus fieri posse: que per nosipsos fieri possunt. nam ea que per amicos fiunt/per nosipsos quodā modo fiunt: quippe cum principiū sit in nobis. Querunt aūt quādoq; quidē instrumēta: quandoq; autem vsus ipsorum. ⁊ in reliquis simili modo. Interdum per qđ/interdū quomodo/aut per quē modū. Videt igit (vt dictū est) homo pricipiū actuū esse: ⁊ de iis esse ꝯsiliū/que agi ab ipo possunt/ ⁊ actus alioꝝ esse grā. finis igit nō erit ꝯsultabilis: sed ea que ducunt ad fines. ¶ Nec etiam singularia: vt si panis sit hoc/vel cōfectū sit vt oportet. hec enim: sensus ipsius sunt. ¶ Qđ si semper quispiā cōsultauerit: in infinitū abibit. consultabile aūt ⁊ eligibile idē est. ipm tñ eligibile definitū iam est. Qđ eñ ceteris ex cōsultatione pretulimus/id eligibile est. desinit eñ tūc demū vnusquisq; perquirere quonā aget pacto: cum in seipm principiū redigit. ⁊ in id sui ipsius qđ antecedit. hoc est eñ qđ eligit. ¶ Patet hoc ita esse ⁊ ex vetustissimis rebꝰ publicis: quas imitabatur Homerus. que namq; reges eligerēt: ea populo renunciabāt. Cum igit ipm eligibile sit cōsultabile: appetibile ex iis que in nr̄a sunt potestate: ⁊ ipsa electio deliberatiua appetitio rerū erit/eaꝝ q̄ in nr̄a sunt potestate nam simul atq; diiudicauimus ex ꝯsultatione: affectamꝰ deliberatione. Quid est igit electio: figura sit dictū. ⁊ circa que versatur: ⁊ eorū esse quibus ad ipsos fines acceditur.

Prima conclusio.

Pro elucidatione huius tertij capitis ponunt ꝯclusiones. ¶ Prima ꝯclusio. Non de oibus est cōsultatio: nā de his nō est ꝯsultandū de qbꝰ insipiēs vel mente captus: sȝ de qbꝰ integer mēte deliberaret. nā de eternis vt de mūdo/⁊ dyametri/costeq; quadrati cōmēsuratiōe nemo ꝯsultat/neq; de his q̄ ꝯtinuo mouent. Talia nāq; eodē mō semp ꝯtingunt/siue per necessitatē/siue per vim/vel violētiā/aut a natura/vel quauis alia cā eueniāt. Ut de maximis solis eleuationibus/depssionibusq;/de ortu/atq; occasu signoꝝ: neq; ꝯsultat de his rebus q̄ natura fiūt: aliter tñ/alio ⁊ alio tpe eueniūt: vt de siccitatibus temporū/de defectibus/de pluuiis/⁊ aliis idgenus.

Scđa conclusio.

Scđa ꝯclusio. Nō cōsultamꝰ de his que a fortuna ortū habēt: vt de thesauri inuentione/aliisq; fortune effectibus.

Tertia conclusio.

Tertia ꝯclusio. Non de oibus humanis rebus est cōsultandū. Probat: nam quonā pacto respublica Scythaꝝ optie gerat/nemo Lacedemonioꝝ deliberat/q hec nō in nostra potestate sunt sita.

Quarta cōclusio.

Quarta ꝯclusio. Consultatio est de his rebꝰ q̄ i nr̄a ptāte sunt collocate. He eñ/alie sūt a predictis: nā oē qđ fit/aut fit a natura vt sunt cōposita naturalia: sicuti hoies/⁊ equi. aut fit ob violētiā vel vim/aut p fortunā: vt sunt effectꝰ fortuiti. aut p intellectū hūanū de qbꝰ nō ꝯsultat. Reliquit ergo ꝯsultationē esse eorū q̄ sunt in hois libertate: ⁊ q̄ nō eueniunt a fortuna/nec per violentiā/nec a natura.

Quinta cōclusio.

Quinta ꝯclusio. Nō de oibꝰ q̄ in nr̄a sunt ptāte/ꝯsultamꝰ. Nā de certis ⁊ exactis scientiis nō est ꝯsultandū: vt neq; de lr̄is. Nemo eñ ambigit quonā mō scribēde sint lr̄e: sed de his cōsultamꝰ q̄ in nr̄a sūt ptāte: nō tñ semp eodē mō ꝯtingūt: vt de his q̄ per medicinā fiunt. i. de mediis ad sanitatē reqsitis: de his etiā q̄ p artē pecuniariā fiūt. Magis insup ꝯsultamus de his q̄ circa gubernādi facultatē/q̄ȝ de his que circa gymnasticā eueniūt: eo minus quo economia certior censet arte gymnastica: magis etiam circa artes q̄ȝ circa scias cōsultamus: cū circa ipsas plures oriātur dubitationes/magisq; ambigamus. Scientia eñ est necessarioꝝ que semper eodē modo se habent: ⁊ ideo immutabilis est: ars pro mutabilis est: ⁊ variatur scđm temporis ⁊ hominū mutationem: quare circa artes magis q̄ȝ scias deliberamꝰ.

Ars mutabilior est sciētia.

Sexta conclusio.

Sexta cōclusio. Consultatio in his versatur negociis/que vt in pluribus cōtingere pñt: indeterminata tñ sunt quonā modo eueniāt: ⁊ quoꝝ causa icognita ē. Probat: nā cū magnis de rebꝰ atq; arduis ꝯsultare volumꝰ/asciscimus alios nobiscū ad ꝯsiliū/diffidētes nr̄e opinioni tanq̄ insufficienti: ⁊ nobis tāq̄ nō potētibꝰ recte iudicare de his q̄ in ꝯsultatione ꝓponunt. Enimuero si id de quo ꝯsultamꝰ/anceps atq; indeterminatū nō esset: supuacanee alios ad consultandū conuocaremus: igitur consultatio in his versatur rebus que plerūq; eueniūt: ⁊ quarū euētus est incognitus atq; indeterminatus.

Alios ad cōsultādū asciscimꝰ nostre snie diffidentes.

Septima conclusio.

Septima conclusio. Consiliū non de fine/sed de medijs ad finē cōsequendū ordinatis censetur: nullus em̄ de fine deliberat. Medicus namqꝫ non consultat si sanabit: cum sanitas sit medicine finis: nec orator si dicendo/auditoris animū in suam sententiā inducet: nec reipu. moderator/si ciues siue subditos recte instituet/virtutibusqꝫ preclaros reddet. nullus igit̄ de fine cōsultat: sed oēs consultantes prestituto ⁊ prefixo aliquo fine consultāt quibus medijs/quo ve modo finē cōsequent̄: ⁊ si per plura media effici possit: per quod mediorū optime atqꝫ conuenientissime fiat/peruestigant. Sed si per vnū medium efficitur/perquirunt per quid illud mediū facilius fiet: ⁊ illud itē per quid attingetur: sic em̄ semp quousqꝫ deueniamus ad primā causam que in inuentione est vltima: qꝺ sic ostendit̄ duabus rationibus. ¶ Prima ratio. Qui cōsiliat̄/videt̄ querere ⁊ peruestigare ⁊ resoluere: quēadmodū demonstratio mathematica. Nam mathematici resoluunt vsqꝫ ad prima principia indemōstrabilia. ¶ Scd̄a ratio. Nam licet non oīs questio sit cōsiliū/vt questiones mathematice/tamē oīs consultatio est questio: ⁊ id qꝺ vltimum est in resolutione ⁊ peruestigatione consilij/est primum in generatione siue in operatione: igitur.

Oēs pfixo fine consultant.

Octaua conclusio.

Octaua conclusio. Consultatio non est de impossibilibus: probatur. Nam si consultantes inciderint in aliquid qꝺ fieri nō possit/desistūt a persecutione finis: vt si sit opus pecunijs ad aliquē finez consequendū quas adipisci nō possent/tunc desinunt operari: qꝺ si possent pecunias habere/aggrediunt̄ opus. Gratia huius ostendit Phs quenam dicuntur possibilia/dicens ea posse fieri que per nosipsos/aut per amicos fiunt. Nam que per amicos fiūt/per nos fieri dicunt̄: cum principiū atqꝫ causa taliū agibilium sit in nostra potestate constitutum.

Dubium.

Dubitatur an facto consilio/aliquid queratur. Respōdet Phs qꝛ quandoqꝫ instrumenta: quandoqꝫ necessitas vel vsus instrumētorū sicut contingit in alijs artibus practicis: quandoqꝫ queritur per quid: quandoqꝫ qualiter operandū est.

Nona conclusio.

Nona conclusio. Consilium est de operabilibus ab hoīe: probatur. Nam homo est principium suarū operationū/que sunt aliorum gratia: qꝛ propter fines: igitur quēadmodū consilium est de medijs ad finem cōsequendū ordinatis/sic etiam est de his que in hominis potestate cōstituta sunt. Concludit igitur finē non esse consultabilē: sed media ad finem deducentia.

Decima conclusio.

Decima cōclusio. De singularibus non est consultatio: probatur duobus modis. Primū est inductio: qꝛ non est consultādum si hoc est panis/vel coctum/siue digestum vt oportet. Nam ista nota sunt sensu. Scd̄m: tunc i infinitū esset abitio: sed hoc cōstat esse falsum/quod dupliciter ostendit̄. Primo: nam consiliabile ⁊ eligibile sunt idem: nisi qꝛ eligibile est predeliberatū. Est em̄ qꝺ ceteris per consultationem anteponimus. Sed consiliabile non semper est predeliberatū: sed aliquādo: ⁊ tunc qui cōsiliatur quiescit: igitur non itur in infinitū. Secundo probat̄: nam in antiquis rebuspu. quas imitabat̄ Homerus/quicquid deliberatū fuerat per reges ⁊ legūlatores/populo nunciabatur vbi erat status: ⁊ per ꝯn̄s in cōsilijs non est infinitus processus. ¶ Ex dictis infert diffinitio electionis. Est em̄ electio deliberatiua appetitio earū rerū que in nostra sunt potestate/rerum a nobis agibiliū. Probatur diffinitio duobꝰ medijs Primo: nā eligibile est cōsultabile appetibile de his rebus que sunt in nostra potestate: igitur per locum a coniugatis/electio est deliberatiua appetitio. Secundo: qꝛ quando consultamus/eligimus conformiter ad consiliū: igitur electio est deliberatiua. ¶ Epilogat dicens electionē vniuersaliter ⁊ figura esse descriptā/⁊ circa quas res versatur/⁊ esse eorū quibus ad finem acceditur. **Diffinitio electionis** ¶ Electio est actus voluntatis circa media ordinata ad finem sequens deliberationem rationis: vel sic vt alij. Est ꝯsultata affectio eorum que in nostra sunt potestate. **Annotationes.** Dyameter ⁊ latus quadrati cōmensurari non possunt. Facultas exercēdi/est gymnastica que multis perficit̄/vtpote saltu/lucta/cursu/iactu/⁊ similibus. **Dyameter. Facultas exercendi** Incertum/incognitū. Prima causa/primū mediū est. Mathematice perquisitiones sunt propositiōes dubie ex terminis mathematicis conflate. Resolutio/generatio est.

¶ Ca. iiij. Ostendit simpliciter et reuera verum bonum voluntate esse desiderabile: vnicuiqꝫ vero quod vnicuiqꝫ videtur.

Voluntatem autem finis quidē ipsius esse: iam paulo antea diximus. Sed videtur alijs quidem esse veri boni: alijs apparentis boni. Atqꝫ fit sententia quidem eorum qui verum bonū id esse censent quod est affectabile volūtate: vt id non sit affectabile voluntate qꝺ is qui non recte expetit vult. Nam si sit: erit ⁊ continuo bonū. at erat forte malum. Sententia autem eorum qui bonum apparens inquiunt esse qꝺ est affectabile voluntate/vt nihil sit prorsus qꝺ suapte natura sit affectabile voluntate: sed id qꝺ vnicuiqꝫ videtur. at aliud alij videtur: et repugnantia forte. ¶ Quod si hec non placent: dicendū est simpliciter quidem ⁊ reuera verum bonū esse affectabile voluntate: vnicuiqꝫ vero id qꝺ vnicuiqꝫ videt̄. ¶ Studioso igitur id est affectabile volūtate/qꝺ vere est bonum: vitioso vero quicquid contigerit. Fitqꝫ hoc perinde atqꝫ in corporibus ipsis. his enim quorum corpora bene sese habent: salubria sunt ea que vere talia sunt. ijs autem quorum corpora sunt egrota: non hec ipsa/sed alia. similiter ⁊ amara ac dulcia/⁊ calida/atqꝫ grauia: ⁊ singula ceterorum. ¶ Studiosus enim homo recte singula iudicat: ⁊ singulis in rebus id ipsi videtur qꝺ vere est tale. in vnoquoqꝫ em̄ habitu sunt propria quedam honesta atqꝫ iucunda. atqꝫ in singulis plurimum fortasse prestat vir studiosus/in dinoscendis ijs que vere talia sunt: propterea qꝺ est vt norma quedam atqꝫ mensura ipsorum. Multitudo vero decipi videt̄ ob voluptatē.

ipsa namqꝫ

ipsa namqꝫ bonum quidē non est: bonū tamen esse videtur. prosequunť igitur ipsam tanꝙ̄ bonum: dolorem autem fugiunt tanꝙ̄ malum.

QUartū capitulū vnica suppositione clauditur. ¶ Suppositio. (Suppositio) Volūtas est ipsius finis: vt prius dictū est. Inducitur dubitatio de obiecto volūtatis/ circa quam narrantur due opiniones. (Dubitatio.) ¶ Prima est. Quibusdam videtur per se bonū esse obiectū voluntatis/ sic ꝙ omne affectabile voluntate/ sit per se bonum. Alijs vero videtur bonum apparens esse obiectum volūtatis. Enodatur predicta dubitatio tribus conclusionibus.

(Prima conclusio.) Prima conclusio. Non omne affectabile voluntate/ est per se bonū: vt dicit prima opinio. Probatur: tunc em̄ illud qđ volitū esset vel affectatum ab eo qui non recte vult/ non esset affectabile voluntate: ꝯn̄s est falsum. Et probať ꝯn̄a: nam scđm predictam opinionem nihil est affectabile voluntate nisi verum bonum: sed id qđ est affectatum ab eo qui non recte vult/ non est bonum per se. Sed est malum igiť non est affectabile volūtate: ⁊ per ꝯn̄s affectatū non est voluntate affectabile.

(Scđa conclusio.) Scđa cōclusio. Non omne affectabile volūtate est solum apparens bonum: ptꝫ. Nam si hoc verū esset/ nihil esset affectabile suapte natura. Sed vnicuiqꝫ illud esset affectabile qđ ei apparet bonum: ꝯn̄s est falsum vt claret: igitur non omne affectabile est apparens bonum.

(Tertia conclusio.) Tertia conclusio. Omne qđ per se et simpliciter est affectabile voluntate/ est per se bonū: ⁊ vnicuiqꝫ illud est affectabile qđ ei videtur bonum: probatur. Nam si ea que dicta sunt/ nō placent: nihil aliud videtur dicendū nisi illud qđ est per se affectabile/ id est per se bonū: ⁊ illud alicui affectabile qđ ei videtur bonū. (Duplex affectabile.) Per hoc dať intelligi duplex esse affectabile voluntate: vnum per se et simpliciter dictum: aliud alicui tantū. ¶ Inferť correlariū. Illud est studioso affectabile voluntate qđ de facto est tale: prauo aūt illud est affectabile qđ apparet tantū/ ⁊ de facto nō est. Hoc suadetur duabus rationibus. ¶ Prima ratio. Nam sicut cōtingit in habitibus corporis/ ita est in anima vel habitibus anime: sed in corporibus sic cōperitur ꝙ ea sunt sana que sunt simpliciter talia. Infirmis autē alia vidētur sana amara ⁊ dulcia: igitur ita contingit in anima id esse simpliciter affectabile qđ studioso videtur tale. ¶ Scđa ratio. Studiosus singula recte iudicat: ⁊ in singulis ei apparet verū: igitur illud est studioso affectabile qđ est scđm veritatem affectabile. An̄s dupľr probať. Primo: nam vnicuiqꝫ habenti habitum/ ea videntur bona et delectabilia que sunt propria et proportionata illi habitui: sed habitus hominis studiosi sunt propria ijs que scđm veritatē sunt bona. Scđo: qꝛ in forsitan differt ⁊ prestat studiosus alijs/ ꝙ in singulis videt veritatē acsi regula ⁊ mensura eorū esset: igitur. Probatur insuper scđa pars correlarij: scꝫ ꝙ prauo affectabile est illud qđ ei videť bonū: qꝛ multis inest deceptio in iudicijs propter delectationē quā habēt in rebus de quibus iudicant. Iudicant em̄ delectationes prosequendas que sunt fugiende: ⁊ tristicias fugiendas que sunt prosequende. Sed praui delectātur contrario virtutis: ⁊ in eius opere tristantur: igiť praui iudicant bonum qđ scđm veritatem est malū: igitur id quod est affectabile prauo scđm apparentiam/ est bonum.

¶ Capi.v. Ostēdit virtutes/ ita vitia in nostra esse potestate: auferens omnem excusationem malorum. Ostendit em̄ quēlibet diligentiā ad bene agendum adhibere posse: licet post habitum vitij contractum difficile sit. Confirmat preterea ipsius apparētie boni dominos nos esse. Et cauillationi se male natos conquerentium respondens/ propositum infert. Deinde epilogum facit et transitum ad singulas virtutes demonstrandas.

CUm igitur finis quidem sit affectabilis voluntate/ ea vero quibus itur ad finem/ cōsultabilia sint atqꝫ eligibilia: fit vt actus ij qui circa hec versantur/ ab electione ꝓficiscātur/ nostraqꝫ sponte efficiantur. ¶ At operationes virtutū circa hec ipsa versantur. nostra igiť in potestate ipse virtutes: ⁊ idētidem vitia collocanť. ¶ Quibus enim in rebus nostra in potestate situm est agere: in ijs ⁊ non agere. ⁊ in quibus non agere: in ijs est ⁊ agere. quare si agere bonum (qđ honestum est) in nobis est situm: ⁊ non agere/ qđ est turpe/ in nobis est collocatum. ⁊ si non agere malum (qđ est honestum) in nostra est potestate: ⁊ agere/ qđ est turpe/ in nobis est situm. ꝙ si in nobis est situm tam honesta ꝙ̄ turpia agere: ⁊ simili modo non agere/ hoc autem erat bonos et malos esse: in nobis certe est situm nos probos improbos esse. ¶ Dicere autem sua sponte neminem prauum/ nec inuitum quemqꝫ beatum esse: alterum falso est simile/ alterum vero. Nam beatus quidem nemo est inuitus: spōte autem nostra prauitas comparatur. vel obstandum est ijs que modo sunt dicta: ⁊ hominem non esse principium est dicendum neqꝫ procreatorem actuum perinde ac liberorum. ꝙ si hec vera videntur/ nec in alia vlla/ principia actuum ꝙ̄ in ea que sunt in nobis/ reducere possumus: quorum principia sunt in nobis/ ea quoqꝫ in nobis sunt sita/ sponteqꝫ a nobis fiunt. ¶ Hec ita esse/ testes sunt ⁊ priuatim singuli homines: ⁊ ipi legulatores. nam eos quidem qui praua faciunt/ si modo non vi/ nec ob ignoratione eam cuius ipsi non fuerint causa/ illa agant/ castigant/ ac puniunt. ijs autem qui honesta agunt/ honores instituūt: vt homines partim hortentur/ partim prohibeant. At ad ea agenda que nec in nostra sunt potestate/ nec nostra sponte efficiūtur/ nemo prorsus hortať:

quippe cum vanũ sit persuasum esse cupiã nõ calere aut non dolere/aut nõ esurire/aut quiduis aliud tale.nam nihilominus hec ipa patietur. Etem̃ pro ignoratione etiã ipsa: penas instituũt/si quispiam ignorationis esse sibi causa videret. ebrios namq; duplici pena afficiẽdos esse putarunt.principiũ em̃ in ipsis est:quippe cum in ipsoꝝ sit potestate ebrietatẽ vitare/que quidẽ ignorationis est causa. Puniunt etiam eos qui aliquid eoꝝ ignorãt q̃ legib⁹ cõtinent: que quidem scire oportet/nec sunt difficilia cognitu.similiter ꝛ in alijs quecũq; per negligentiam hoĩes ignorare videntur:ex eo plane qꝛ in ipis est nõ ignorare.est enim in ipsoꝝ potestate diligẽtiã adhibere.at fortasse tales sunt quidã vt diligẽtiã nõ adhibeãt. ¶ At vt tales fierẽt/ ꝛ iniusti/aut intẽperantes:ipsi sunt sane causa dissolute viuẽtes/ꝛ res iniustas agentes/ꝛ potui/ꝛ rebus talib⁹ indulgẽtes.operationes em̃ que sunt circa singula:tales efficiũt. Qđ quidẽ ex ijs patet q cuiuis ludo vel actui studẽt.perseuerãt em̃ in operando. Ignorare igit ex operationibus q̃ fiunt circa res singulas/habitus ipos emergere:nimiũ hebetis hoĩs ẽ. ¶ Preterea metas rationis egredit:iniurias facientẽ hoĩem aut intẽperate agentẽ/nolle se iniustum aut intẽperatũ esse.qꝛ si qs nõ ignorans agit ea ex qbus erit iniustus:is sua spõte erit iniustus. ¶ Non tñ si vult/cum est iniustus/desinet esse talis:ac iustus erit. Nec em̃ qui egrotat:si vult/ erit sanus.ꝛ forte sua spõte egrotat:si incõtinẽter viuebat/ꝛ precepta medicorum negligebat. tũc igit licebat ipi nõ egrotare.sed postea q̃ valitudinẽ ꝑdidit suã:non licet. Sicut neq; fit vt quisq; resumat lapidẽ quẽ ꝓiecit.erat tñ in ipo sitũ sumere ipm atq; ꝓijcere.principiũ em̃ erat in ipo. Modo eodẽ ꝛ iniusto/ꝛ intẽperãti licebat quidẽ ab initio talẽ nõ fore.quapropter sua sponte est talis.sed posteaq̃ talis est factus:nõ licet ipi nõ esse talẽ. ¶ Non solũ aũt animi vitia/nostra sponte fiũt:sed corporis etiã interdũ a nõnullis identidẽ cõparant. Quos quidẽ et increpamus.eos em̃ qui natura sunt turpes/reprehẽdit ꝑfecto nemo.sed eos qui per inertiã tales atq; ociũ euaserũt. Idẽ ꝛ circa imbecillitatẽ euenire videt.ꝛ cum quispiã mẽbris est captus.nemo nãq; exprobrabit cuiq; id ipm:si sit aut natura/aut egritudine/aut vulnere cecus/ sed potius miserebitur. Qđ si ebrietate/vel aliquo alio flagitio capt⁹ sit oculis: omnes vtiq; carpẽt/ac increpabũt.vitioꝝ igitur corporis: ea quidẽ que in nostra sunt potestate/reprehẽduntur.ea võ que non sunt/non increpantur. hec cum ita sint:ꝛ in ceteris ea vitia que increpãtur/nostra in ptãte sunt collocata. ¶ Sed fortasse quispiam dicet vniuersos quidem homines id affectare semper:quod bonum apparet.ipsius tamẽ apparentie dominos ipsos nõ esse. Sed qualis tandẽ vnusquisq; est:talem ꝛ finem ipsi videri.at si habitus ipius aliquo modo sibi quisq; est causa: erit ꝛ apparentie ipse sibi quodã modo causa. sin vero nemo est sibi mala agẽdi causa/sed hec ob ignorationẽ finis ipsius agit putans per ea se summũ bonũ consecuturũ:affectatioq; finis non in nostra est potestate.sꝫ ita natũ esse oportet/vt habeat quasi visum/quo quidem recte discernet/ꝛ id expetet qđ vere est bonum.atq; is est ingenio bono:cui id ipsum bene sese habet natura(id em̃ qđ maximum est atq; pulcherrimũ/ꝛ qđ fieri non potest vt ab alio accipiat atq; discat:quale est ortum natura/tale habebit)atq; hoc recte natura beneq; ortũ esse ipsa est habilitas perfecta/ veraq; nature. ¶ Si igitur hec vera sunt:cur magis virtus sponte nostra q̃ vitiũ cõparabitur? Ambobus em̃ similiter tam bono q̃ malo finis ipse natura/aut quouis modo videtur ac ponitur.cetera autẽ agunt quouis modo:ea ipsa referentes ad illuꝫ.siue igitur finis non natura talis vnicuiq; videatur/sed sit aliquid etiã apud ipm/siue quidẽ finis sit naturalis/quia vero sua sponte vir studiosus cetera agit/virtus sponte cõparetur ac acquirat:vitiũ quoq; non minus cõparabit sponte. Et homini nãq; malo eadẽ cõpetunt:ꝛ actuũ/et finis respectu. Si igitur(vt dicitur)nostra sponte comparantur virtutes(ipsoꝝ em̃ habituũ nos ipsi concause quodã modo sumus: finemq; talẽ ex eo ponim⁹/qꝛ nos tales sumus)vitia quoq; sponte ab hominibus acquirent.similes em̃ subeũt modos. ¶ Cõmuniter igit dictũ est de vῗtutibus:ꝛ genus ipsum figura/mediocritates inq̃ ipas esse ac habitus. Et a quibus fiunt/ꝛ principia esse illa per se agendi/nostraq; in potestate collocatas esse ꝛ nostra fieri sponte: atq; ita vt ipsa recta ratio iubet. Verũ nõ similiter nostra sponte actus ac habitus fiunt.actuũ enim a principio vsq; ad finẽ dñi sumus: ipsa singula cognoscentes. habituũ vero principij. Singulorum aũt additio nõ est nota:quẽadmodũ et in aduersa fit valitudine. sed nostra sponte ideo fiunt: quia nostra erat in potestate sic aut non sic agere atq; vti. At nunc repetẽtes de singulis dicamus virtutibus:quenam sint/ꝛ circa

que versantur

que versantur: ⁊ quo etiam modo. ex quibus et
illud simul emerget quot sunt ipse ṽtutes. atq̧
de fortitudine primum dicamus.

Prima conclusio.

QUintum capitulũ aliquibus
cõclusionibus claudit. ¶ Prima cõclusio.
Operationes ṽtutũ ⁊ vitiorũ sunt volũta-
rie. Probat Phs quinq̧ rõibꝰ. ¶ Prima
est. Operationes q̃ fiunt scd̃m electionẽ / sunt volũta
rie: cũ electio sit actus volũtatis: sed operationes vir
tutum ⁊ vitiorũ sunt huiusmodi: igit̃ sunt voluntarie.
Minorẽ ꝓbat: qꝛ operationes que sunt circa finẽ vel
media ordinata in finẽ / sunt scd̃m electionẽ: sʒ opa-
tiones virtutũ ⁊ vitioꝝ sunt circa finẽ vel media ordi
nata in finem: igitur sunt scd̃m electionẽ. Maiorẽ as-
sumptã probat Phs: qꝛ affectabile est ipsius finis: et
consiliabile ⁊ eligibile sunt eorum que sunt ad finem.
¶ Scd̃a ratio. In potestate nostra est bonos vel ma
los esse: ergo in potestate nostra est habere virtutem
vel maliciã. Añs ꝓbat Phs: qꝛ in ptãte nr̃a est opari
bona vl̃ mala / sil̃r nõ opari: sʒ opari bona ⁊ nõ opera-
ri mala est esse bonos: ⁊ operari mala ⁊ non opera-
ri bona est nos malos esse: igit̃. Maiorẽ probat: quia
quibuscunq̧ operari virtuose vel vitiose est in ptãte
nostra: etiã nõ operari: ⁊ econuerso: si non operari est
in potestate / etiã ⁊ operari: ⁊ hoc siue operari sit vir-
tuosum / et non operari vitiosum / siue econtra: ergo
in potestate nostra est bona vel mala operari et non
operari. ¶ Hic infert Phs falsitatẽ opinionis quo-
rũdam antiquoꝝ dicentiũ q̧ nullus est malus volẽs
neq̧ beatus siue bonus nolẽs / dicens q̧ primũ simile
est mendacio. i. falso: qꝛ malicia est volũtaria: ⁊ scd̃m
simile veraci vero cum nullus sit beatus nolens. pri-
mum dictũ cũ suis motiuis destruet Phs sequẽtibꝰ
capitulis. ¶ Tertia ratio. Quorum principia sunt in
nostra potestate ⁊ voluntaria / illa sunt volũtaria: sed
bonarũ ⁊ malarũ operationũ principia sunt in nostra
potestate: igit̃ ⁊ ip̃e operationes. Minorẽ probat: qꝛ
nos sumꝰ principia taliũ opationũ: igitur. Assumptũ
ꝓbat dupliciter. Primo qꝛ al̃s homo nõ diceret̃ prin
cipiũ neq̧ genitor suarũ operationũ: quẽadmodum
pater dr̃ principiũ ⁊ genitor suorũ filiorũ. Scd̃o pro-
bat̃: qꝛ huiusmodi operationes sunt reducẽde in ali-
qua principia: ⁊ nõ nisi in principia que sunt in nostra
potestate ⁊ voluntaria: igitur. Quarta ratio que est a
signo Ad ea que nõ insunt voluntarie / nullus hortat̃
aut dehortatur ab ipsis: sed hoĩes prouocant̃ ad bo-
nas operationes ⁊ retrahuntur a malis: ergo bone ⁊
male operationes sunt volũtarie. Maiorem probat:
qꝛ hortari vel dehortari in non voluntarijs / esset fru
stra: qꝛ ꝓpter hoc non magis vel minꝰ inessent talia.
Exẽplificat: vt nullꝰ suadet alteri nõ calefieri / nõ do
lere / vel nõ esurire / vel aliquid simile: cũ nihil minus
pateretur. Minorẽ principalẽ probat: qꝛ legislatores
⁊ singuli habentes curã aliorũ / puniũt ⁊ cruciant ope
rantes mala: dum tamẽ non operent̃ coacte / nec per
ignorantiã / cuius ipsi non sunt causa: ⁊ honorant be-
ne operantes. Hoc aũt est prouocare eos ad bonum
⁊ prohibere eos a malo: igitur. Quinta ratio que est
etiam a signo. Legislatores puniũt eos qui operant̃
per ignorantiã / cuius ipsi sunt causa: ergo hoc est qꝛ
illa ignorantia est voluntaria / et similiter mala per
talem ignorantiam facta. Añs declarat Phs indu-
ctiue: qꝛ ebrijs male operantibus duplices pene de-

Falsitas opinionis antiquorũ philosophorũ.

Nota exemplum.

Rõ a signo.

Ebrijs debentur due pene.

bentur: vna scʒ propter ebrietatẽ: ⁊ alia propter mala
ex ebrietate cõmissa: ex eo q̧ principiũ talis ignoran
tie est in ipsis inquantum in eorum potestate est non
inebriari: ergo similiter operantes aliquid ex igno-
rantia legum quas possunt et tenentur scire / puniun-
tur: qꝛ talia ignorant per negligentiã: ⁊ in eorũ pote-
state erat ea non ignorare: ⁊ ita in oĩbus alijs delin-
quẽtibus per ignorantiã / cuius ipi sunt causa. Nam
eius qđ est diligẽtes esse / dñi sunt. ¶ Satisfacit cui-
dam dubitationi. Assereret eñ quispiam non esse si-
tum in nostra potestate nos esse diligentes vel negli
gentes: qm̃ illud est nobis inditũ a natura: ⁊ sic non
erit in nostra potestate nõ operari mala siue propter
ignorantiã: vt dicit predicta cõclusio: ideo dicit Phs
tales esse sibijpsis causa neglectꝰ: qꝛ remisse viuẽdo /
⁊ iniuste operando / fiunt iniusti: nam dãtes operam
potui ⁊ similibus rebus: igitur predicte malicie sunt
in eorum potestate. Probatur assumptũ per vnũ prin
cipium Phie moralis. Nam circa singula / operatio-
nes reddunt operantes tales quales sunt: vtpote si
operationes sint bone / reddũt bonos: si male / malos
Et hoc manifestũ est ex his qui operationibus incũ
bunt: vtpote cuiuis ludo / vel alijs operationibus: ex
quibus quidem operationibus gignunt̃ habitus. id
autẽ ignorare: vtpote q̧ ex operationibus gignatur
habitus / ad hominẽ insensatum pertinet: igitur pre-
dicti homines sunt causa sue negligentie iniuste et
incontinenter viuendo. Secunda ratio. Omnis fa-
ciens nõ ex ignorantia ea quibus fit iniustus / volẽs
fit iniustus. At vero omñis malus est huiusmodi: igi-
tur oĩs malus volens est iniustus vel malus. Maior
patet: nam preter rationem est iniurias inferre ⁊ non
esse iniustũ: similiter intẽperate viuere ⁊ non adipisci
habitum intemperantie.

Secũda rõ

Mouetur dubitatio. Assereret enim
quispiã iniustum posse esse iustum quando vult: cum
habitus iusticie voluntarie gignatur. Hoc secludit
Philosophus duobus exemplis. Primum: qui egro-
tat eo q̧ incontinenter viuit / et inobediens est me-
dicis / egrotat volens: ex quo a principio in eius pote
state erat non egrotare: ⁊ tamen talis non fit sanus
quando vult: igitur nec habens habitum iniusticie /
iustus efficietur quando vult. Secundũ exemplum.
Proijciens lapidem / postq̧ proiecit: non potest resu
mere: ⁊ tamen a principio poterat non proijcere. Sic
de iniusto ⁊ incontiniente contingit: qui anteq̧ fierẽt
tales / in eorum potestate erat non fieri tales: ideo vo
lentes fiunt tales. i. iniusti ⁊ incõtinẽtes. Sed postq̧
facti sunt tales / non est in eorum potestate pro tem-
pore non esse tales.

Mouet̃ dubitatio.

Secũda conclusio. Non solum vitia
anime insunt nobis voluntarie: sed etiam aliqua vi-
tia corporis: patet. Nam omnia vitia que digna sunt
culpa / sunt voluntaria: sed aliqua vitia corporis di-
gna sunt culpa: igitur sunt voluntaria. Minor patet
exẽplo. Nam natura turpes nemo increpat: sed eos
qui turpes sunt ex desidia vel negligentia. Similiter
nullus increpatur propter imbecillitatem vel impo-
tentiam que natura inest infirmitate vel vulnere: sed
potius miseretur. Sed si ebrietate aut alia inconti-
nentia captus sit oculis / omnes itaq̧ increpant: igit̃
aliqua vitia corporis sunt volũtaria. Cum igitur idẽ
sit iudiciũ de vitijs anime sicut de vitijs corporis: se-
quit̃ vitia anime que increpant̃ / in nostra esse ptãte.

Secũda cõclusio.

Dubium.

Mouet dubitatio. Omnes desiderant et affectant apparens bonum: sed apparentia boni non est in nostra potestate: sed qualis est vnusquisqȝ. id est qualez habitum habet/ talis ei apparet finis: hoc est aliquid tale videtur ei appetendum ꝛ bonum: igitur nec desideriuȝ finis in nostra est potestate. ꝛ per cōsequens nec operatio ex huiuscemodi desiderio proueniens. Hanc dubitationē secludit philosophus dicens. Queadmodū vnusquisqȝ est causa sui mali habitus: sic etiam est causa apparētie ab illo malo habitu producte.

Dubium secundū.

Secūda dubitatio. Diceret aliquis neminem esse causam sue male operationis: sed si quispiā male operatur/ hoc contingit propter ignorantiam finis: quia existimat se aliquid, qđ optimum est/ per suam operationem consequi: nec desiderium finis debiti est voluntariū sed magis naturale. Nam queadmodū homo habet visum exteriorem quo bene iudicat de coloribus a natiuitate: sic etiam a natiuitate quis habet bonam dispositionem visus interiorem. id est intellectus quo bene iudicat: et secundum illud iudicium desiderat id quod est scđm veritatem bonum ꝛ appetendum: ꝛ is cui hec insunt/ dicitur bene natus: quia habet bonū/ maximū/ et optimum quod ab alio accipere non potest/ neqȝ discere: sed quale innatū est/ tale habebit. Et quod sic se habet/ bene ꝛ optime natum dicitur: ꝛ perfecta vera et bona erit eius natiuitas.

Solutio dubitationis.

Enodatur dubitatio. Si enim predicta vera essent/ sequeret virtutē non magis esse voluntariam q̄ vitium: sed cum predictis sic opinātes dicunt virtutem voluntariam esse: igitur cum predictis stat vitium voluntarium esse. Probatur maior: nam desiderium finis tam in bonis q̄ in malis vel est naturale vel non. Si non/ igitur tam virtus q̄ vitium voluntaria sunt. Si sic/ igitur virtus est voluntaria propter media ordinata ad aliquez finem: que quidem media sunt voluntaria: igitur vitium est voluntariū queadmodum virtus.

Nota.

¶ Expilogat philosophus ea que dicta sunt in scđo ꝛ tertio huius de virtute. Dictū est igitur vniuersaliter de virtutib⁹ quidnam sit earum genus: quia habitus: et quonā pacto sunt mediocritates/ gignūturqȝ ex similibus operationibus: ꝛ sunt etiam cause operationum. ¶ Ponit preterea philosophus discrimē inter habitum et actū quo ad hoc quod est esse in nostra potestate. Actus enī sunt volūtarij ꝛ in nr̄a potestate a principio ad finem vsqȝ: dummodo fiant a nobis/ scientes cum singulis circunstantijs. Sed habitus dicuntur voluntarij/ quia principia eorū sunt voluntaria/ vtpote actus quemadmodum egrotationes. ¶ Repetentes igitur considerationenm de virtutibus: de vnaquaqȝ dicamus in speciali: ꝛ scđm suam substantiam/ ꝛ circa qualia sit. id est circa quam materiam et obiectum versetur/ ꝛ quonā pacto fiunt/ ꝛ ex quibus. hoc intellecto manifestus erit numerus virtutum: ꝛ inter eas primo de fortitudine determinandum est.

Sequuntur questiones.

Prima questio.

Contra tertium Ethicorum quero primum vtrum ceteris paribus voluntas se determinet quandoqȝ ad vnuȝ oppositorum/ quandoqȝ ad alterum.

Pro huius questionis enodatione est primo notandum ꝙ titulus questionis potest multipliciter intelligi. Primo modo: vtrum voluntas ex sua libertate quocunqȝ alio secluso possit velle ꝛ nolle: ita ꝙ actus nullam habeat dependētiam ab obiecto nec a noticia obiecti. et quia hoc soli deo conuenit: ideo voluntati create conuenire non potest. Alio modo potest intelligi ꝙ volūtas (habita cognitione sui obiecti) potest velle/ etiam nolle suum obiectum. Et hoc etiam dupliciter potest intelligi. Uno modo ꝙ respectu cuiuscunqȝ obiecti possit indifferēter velle et nolle: et tunc dicunt quidam ꝙ voluntas non potest non velle ipsum vltimum finem sub ratione boni apprehensum. Sed de medijs ordinatis in finē non est ita: quia quandoqȝ sunt plura media impossibilia ad eundē finē: ideo voluntas neutrum eorum necessario vult: sed contingenter se determinat ad vnum illorum: ꝛ talia possunt apprehendi sub ratione boni inq̄tum valent ad finem acquirendū: ꝛ etiam sub ratione mali inq̄tum laboriosum est ea substinere: ideo voluntas potest talia velle ꝛ etiam nolle: ꝛ sic contingenter se habet in volendo respectu mediorum: sed respectu vltimi finis in quo nulla est ratio mali/ necessario se habet in volēdo. Alij vero dicunt ꝙ respectu vltimi finis apprehensi sub ratione boni: licet nō posset habere nolle: non tamē necessario habet velle: immo hac sua libertate potest respectu ipsius quelibet actum suum suspendere. Sciendū primo.

Sciendum secundo ꝙ voluntas respectu suorum actuum nō solum se habet passiue: sed ad illos actiue concurrit: al's enī tales actus non magis dicerentur immanentes q̄ sequare vel vrere: q̄ non manerent in suis actiuis: neqȝ etiam voluntas esset differentia suorum actuum magis q̄ quodcūqȝ aliud agens: similiter ipsa non esset magis libera q̄ agens naturale: ꝛ tamen iste conditiones solent attribui volūtati. Quare dicendū est ꝙ volūtas actiue concurrit ad suos actus. Sed ad hoc dicunt alij ꝙ libertas voluntatis non attenditur ex parte huius qđ est libere velle vel nolle: sed ex parte huius qđ est alias potentias mouere ad agendum: ita ꝙ q̄ illas pōt mouere ꝛ non mouere: iō ipsa dicitur libera respectu suorum actuum. Sed hoc nō videtur bene dictum: quia actus voluntatis sunt magis in potestate eius q̄ quicunqȝ alij actus: quia alij actus non sunt in potestate ipsius nisi mediante ipsa volitione vel nolitione: ideo si volitio et nolitio non sint in potestate voluntatis/ minus in eius potestate actus aliarum potentiarum. Scđo dum.

Sciendum tertio ꝙ ad actum volūtatis non solum concurrit volūtas: sed etiam agens vniuersale ꝛ cognitio obiecti: obiectum autem nullo modo se habet actiue: saltem immediate ad volitionē vel nolitionē: quia destructo obiecto ꝛ posita eius noticia/ posset esse volitio de tali obiecto: ideo si aliquo modo actiue se habeat ad ipsam volitionem/ hoc non est nisi inq̄tum actiuitatem habet supra cognitionem que concurrit actiue ad volitionem. Sciendū tertio.

Conclusio prima. Voluntas potest seipsam determinare/ nunc ad vnum oppositorum/ nunc ad reliquum/ ceteris similiter se habentibus: patet satis ex dictis. Prima cō.

Conclusio scđa. Volūtas est actiua Scđa c.

actuum ad

actuū ad quos se determinat: patet similiter ex dictis.

Instantie.

Contra predictas conclusiones primo sic instatur. Nam qua ratione se determinaret ad vnum: eadem ratione se determinaret ad alterū. Vel igitur se determinabit ad vtrūq3: 7 hoc est impossibile. Vel ad neutrum: 7 sic habetur intentum.

Ad hanc rationem respōdetur ꝙ voluntas ex sua libertate potest se determinare ad vnū oppositorum sic ꝙ non alterum: nec est inquirenda alia ratio determinatiōis volūtatis nisi ei⁹ libertas.

Secundo sic argumētor. Sequeretur ꝙ eadē cognitio obiecti possit in opposita/cū noticia obiecti sit volitionis 7 nolitionis: cōsequens est falsum: cum talis cognitio sit agens naturale quod est determinatum ad vnum.

Confirmatio.

Confirmatur. Sequeretur ꝙ voluntas non moueretur ab altero/ sed a se. Sed hoc est falsum 7 contra Aristotelem. vij. physicorum dicentē ꝙ omne qđ mouetur/ab alio mouetur.

Ad hanc rationem respōdetur ꝙ nō est inconueniens agens naturale quod concurrit cu3 agente libero/minus principaliter 7 instrumētaliter ferri in opposita.

Ad confirmationem respondetur ꝙ voluntas mouetur a se non primo: quia actus cognoscendi producit partim actum volendi: sed ad eius operationem concurrit actus voluntatis.

Primum dubium.

Dubitatur primo vtrum actum volendi vel nolendi precedat aliqua dispositio in volūtate. ¶ Pro huius dubij elucidatione mouētur due difficultates.

Prima difficultas.

Prima difficultas est. an determinatio ipsius voluntatis ad volendum vel nolendum sit aliquis actus realiter distinctus ab actu volendi et nolendi/sicut opinantur quidam dicentes actum volendi fieri ab obiecto in volūtate ad quem voluntas se determinat per vnū alium actum anteq3 suscipiat ipsum. Et in hoc dicunt ipi differri passum liberum a passo naturali quod seipsum determinare nō potest ad aliquid recipiendum.

Scda difficultas.

Scda difficultas est. an stāte suspēsione volūtatis/volūtas aliqd patiať ab ipo obiecto.

Responsio ad primam difficultatē.

Ad primam difficultatem dicitur ꝙ determinatio ipsius voluntatis ad volendū 7 nolendum/non est nisi ipse actus volendi 7 nolendi.

Ad scdam.

Ad scdam dr ꝙ volūtate suspēsa circa aliqđ obiectū/ ipsa nihil patiť a tali obiecto/s3 habito iudicio rōnis/elicit volitionē circa tale obiectū.

Dubiū scdz

Dubitatur secundo. Vtrū duobus bonis propositis / voluntas possit maiori bono relicto/minus bonum velle.

Rñsio ad dubium.

Ad istud dubium dicunt quidam ꝙ duobus bonis incompossibilibus presentatis per intellectum voluntati/7 stante iudicio rationis tam in vniuersali q3 particulari/ꝙ vnum est altero melius: voluntas potest pro tunc acceptare minus bonū/et dimittere maius bonum. Dicunt autē iudiciū in vniuersali quo iudicamus vnum/simpliciter esse maius bonum altero: 7 iudicium in particulari quo iudicamus scđm omnes circūstantias apparentes vnū esse pro tunc maius bonum altero: 7 hoc probāt: quia voluntas respectu omniū alioꝝ ab vltimo fine/est libera libertate contradictionis: aliter non magis esset libera q3 appetitus sensitiuus: igitur potest nō velle maius bonum/sed minus. Dicunt vlterius ꝙ non videtur repugnantia aliqua ꝙ voluntas ex sua libertate feratur in id de quo nulla ratio bonitatis ei presentatur preter illam complacentiam. Alij dicūt ꝙ in tali casu voluntas necessario fertur in maius bonum. Secundo dicunt ꝙ non necessario fertur in prosecutionem maioris boni: sed potest differre actum volendi vt fiat maior inquisitio de his que cōcomitari pñt illud maius bonum. Tertio dicunt: ꝙ si voluntas tūc eligeret necessario/eligeret maius bonum.

Tertiū dubium.

Dubitatur tertio vtrum voluntas moueat alias potentias anime. ¶ Ad dubiū dicunt quidā ꝙ voluntas solum mouet alias potentias per modum finis: 7 ipa obiecta mouent eas per modum cause efficientis: sed hoc non sufficit: q2 multi negant voluntatem esse nobiliorem potentiā intellectu: 7 per consequens ipsam esse finem intellectus. ¶ Itē appetitus sensitiuus mouetur a voluntate contra inclinationem quā haberet si per se relinqueretur: ergo mouetur a voluntate actiue. Ideo dicitur ad dubium ꝙ intellectus mouet seipm 7 ipam voluntatē/7 etiā ipa voluntas intellectū: q2 aīa assistens sub actu intellectus/mouet se ad actum voluntatis 7 econtra. Nam sicut iudicium de bonitate volibilis precedit volitionem: ita etiā volitio est actus prior executione voliti. Et sicut aīa informata tali iudicio potest se mouere ad volitionem: ita ipsa informata volitione potest se mouere ad executionem voliti. Cum igitur volūtas intellectus 7 appetitus sensitiuus sint idem realiter licet alia ratione anima dicatur intellectus: voluntas/7 appetitus sensitiuus: cum etiam voluntas in executione voliti quandoq3 indigeat potentijs inferioribus: sequitur ꝙ ipsa potest eas mouere.

Questio secunda.

Secūdo queritur an volūtas possit exire in actum suum preter iudicium recte rationis.

Sciendum primo.

¶ Primo hui⁹ questionis enodatione est primo notandum ꝙ appetitus sensitiuus 7 appetitus intellectiuus qui dicitur voluntas/dicuntur potentie cognitiue: non q2 aliquid cognoscant scđm rationem appetitus: sed quia actus ipsorum semper sequuntur cognitionem preuiam suorum obiectorum. Et in hoc differūt ab appetitu naturali qui fertur in incognitū sine preuia cognitione obiecti/et similiter particulariter apparentis. ¶ Ex quo sequitur ꝙ cum anima ante cognitionem obiecti inclineť ad illud appetendum/hoc ei conuenit prout est appetitus naturalis 7 non animalis.

Obiectio.

Si dicas: videns aliquē finē esse bonum 7 ignorans quo talis finis possit acquiri/ignorat medium: 7 tamen vult ipsum: q2 voluntas precipit intellectui vt querat 7 peruestiget ipsum mediū: igitur fertur in incognitum.

Responsio.

Ad hoc respōdetur ꝙ in illo casu intellectus cognoscit determinate finem esse bonum: ideo voluntas vult ipm determinate: sed intellectus non cognoscit determinate quod medium sit bonum ad ipsum adipiscendum: ideo non vult determinate illud medium: sed q2 scit 7 iudicat inuentionem me-

dij esse bonã: ideo vult talẽ inuentionẽ. Ad volitionem autem non solũ requirit ꝙ obiectum sit cognitum: sed etiam ꝙ sit iudicatum esse bonum/delectabile/vtile/ꝛ honestum.

Secũdo aduertendũ.

Sciendũ scđo ꝙ scđm aliquos: voluntas nõ necessario fertur in id qđ oĩbus attentis ꝛ cõsideratis ratio iudicat melius esse ꝓsequi ꝙ̃ nõ prosequi: dato etiã ꝙ iudiciũ illud sit certum ꝛ firmũ. Et hoc ꝓbare volũt primo: q: null⁹ actus qui necessario conformat alteri actui/est primo ꝛ per se laudabilis: ergo nõ necessario conformatur actui rationis.

Rões intẽtum probãtes.

Scđo sic. Aliqđ est peccatũ ex malicia/ꝛ aliqđ ex ignorantia: aut ergo peccans ex malicia habet noticiã vniuersalem tantũ/aut vniuersalẽ ꝛ particularẽ. Non vniuersalẽ tantũ: q: quãcunq3 noticiam vniuersalem habet peccãs ex malicia: potest habere peccans ex ignorantia: ꝛ tunc vnus ex ignorantia non plus peccaret ꝙ̃ alter. Si ꝟo habeat noticiã tam vniuersalẽ ꝙ̃ particularẽ/habetur intentũ.

Tertio arguit sic. Impossibile est simul scire maiorẽ ꝛ minorẽ debite subsumptã sub illa maiore: ꝛ non dubitare de ꝯsequẽtia: ꝛ ignorare conclusionẽ: sed incontinẽs scit hanc maiorẽ: nihil qđ est cõtra preceptũ/est faciendũ: scit etiã per experientiã ꝙ hoc est cõtra preceptũ: ergo scit actualiter ꝛ in particulari ꝯclusionẽ: sc3 ꝙ hoc nõ est faciendũ. ¶ Diceretur fortassis ꝙ incõtinẽs habet duas maiores. vnã istam: nullum inhonestũ est faciendum. Alterã istã: omne delectabile est faciendum: ꝛ sub secũda maiore accipit minorem ꝛ non sub prima.

Contra. Impossibile est ꝙ simul assentiat illis maioribus: cum illi assensus opponantur: igitur.

Quarto. Si volũtas nõ possit in oppositũ dictari a ratione: sequit ꝙ volũtas nõ erit liberior respectu huius qđ est velle ꝛ nolle/ꝙ̃ appetitus sensitiuus respectu huius qđ est fugere ꝛ nõ fugere. ¶ Diceret fortassis ꝙ per suũ imperiũ põt impedire iudicium rationis/imperando rationi vt aliud et aliud consideret.

Contra. Aut intellectus dictat ꝙ ita est imperandũ: aut dictat ꝙ non est ita imperandum: aut nihil pro tũc dictat de imperio. Si primũ/aut secundũ: aut potest ꝯtra iudiciũ rationis/aut non. Si sic/habetur intẽtũ. Si nõ/ergo nulla maior libertas est in voluntate ꝙ̃ in appetitu sensitiuo. Si ꝟo nihil iudicat: ergo voluntas põt aliqđ velle qđ non est dictatũ a ratione. Preterea aut ille actus intellect⁹ necessario elicit/aut libere. Si libere/ergo aliqs actus intellectus est primo in potestate voluntatis. Si primum/tũc sic in essentialiter ordinatis que sic se habent ꝙ primo posito/necessario ponit secundũ: secũdum non est in potestate voluntatis nisi primum sit in potestate volũtatis: sed dictante intellectu ꝙ tale imperium sit eliciendu3/non potest non elici: ergo illud imperium non est primo in potestate voluntatis

Ad articulos Parisiẽses.

Ad hoc adducunt etiã articulos Parisienses quorũ vnus est. Si ratio est recta/voluntas est recta. error. ¶ Scđs ẽ. maiore existẽte vniuersali in actu ꝛ minore particulari in actu/ꝙ voluntas nõ possit in oppositũ. error. ¶ Tertius est. existente voluntate in vltima dispositione/ꝙ non possit in oppositum. error. Licet hec opinio sit probabilis: sustinendo tamen cum Buridano oppositam opinionem: potest dici ꝙ maior prime rationis est falsa/vbi vnus actus est regula siue obiectũ alterius: sicut est actus prudẽtie respectu act⁹ volũtatis primo ꝛ ꝑ se ꝟtuosi. Buridanus.

Ad scđam ꝛ tertiã patebit solutio in septimo huius: vbi agetur de scientia ꝛ ignorãtia inconuenientis in praue ꝛ incontinenter agendo.

Ad quartã đr ꝙ non est simile de appetitu sensitiuo quo ad aduersandum rationi: q: appetitus intellectiuus nõ põt nisi in illud qđ intellect⁹ iudicauit: sed appetit⁹ sensitiuus põt in illud qđ solo sensu iudicatũ est. modo iudiciũ sensus potest aduersari iudicio intellectus. Et dicti articuli Parisienses satis saluantur per libertatem voluntatis quã ponũt sequentes conclusiones.

Conclusio prima. Voluntas potest illud nõ velle qđ ꝑ intellectũ iudicat esse bonũ: ꝛ silr põt non nolle qđ intellectus iudicat esse malũ: ꝓbat q: aliter ipsa non esset dña suorũ actuũ: igitur. Prima.

Conclusio scđa. Voluntas non põt velle illud in quo intellectui nulla apparet ratio bonitatis: nec etiam potest nolle: licet possit non velle illud in quo nulla apparet ratio malicie. Prima pars patet: q: tale nullo modo esset presentatum voluntati sub ratione volibilis. Scđa pars probatur similiter: q: illud non presentaretur voluntati sub ratione fugibilis siue refutabilis. Scđa.

Conclusio tertia. Voluntas potest velle illud quod aliquo modo iudicatũ est esse malũ ꝛ nolle illud quod aliquo modo iudicatũ est esse bonum. Prima pars patet de voluntate incontinentis similiter de volũtate illius qui tempore tempestatis proijcit merces in mare. Et secũda pars patet de voluntate continentis. Tertia.

Cõtra dictas ꝯclusiones sic instatur. Si volũtas nõ possit velle aliquid ꝯtra iudiciũ recte rationis/sequeretur ꝙ ipsa non esset libera: cõsequẽs est falsum: igitur ꝛ illud ex quo sequitur. Instantia contra conclusiones.

Ad hanc rationẽ respondet ꝙ voluntas nõ dicitur libera/q: possit velle malum sub rõne mali: vel nolle bonũ sub rõne boni: sed đr libera libertate oppositionis: q: ipa põt nõ velle qđ prima facie apparet bonũ: ꝛ non nolle qđ apparet malum.

Scđo arguit sic. Appetitus sensitiu⁹ põt aduersari rõni: vt in primo hui⁹ visu3 est: ergo a fortiori ꝛ ipsa voluntas/cũ sit potẽtia magis libera: igitur. ¶ Ad scđam patet solutio ex dictis.

Tertio arguitur. Nisi sic/sequeret ꝙ voluntas in volẽdo vel nolendo non posset peccare: sed ꝯsequens est falsum: igit. Cõsequentia patet: q: si iudiciũ rationis sit rectũ/velle aut nolle non poterit esse obliquũ: ꝛ sic voluntas nõ peccaret. Et si iudiciũ esset obliquum/velle nõ posset esse rectũ: ꝛ sic necessario esset obliquũ: ꝛ per ꝯsequẽs in eo non esset pctm̃. ¶ Ad tertiã đr ꝙ ad merendũ ꝛ demerendũ sufficit libertas voluntatis prius dicta.

Dubitat primo vtrum operationes nostre violẽte/sint inuoluntarie. ¶ Pro solutione dubij supponitur primo ꝙ violentum est/cuius principium est extra/non conferente vim passo. ¶ Ex qua diffinitione Primũ dubium.

diffinitiōe exposita (vt visum est in expositiōe textus.

Primū correlarium — **Sequitur primo ꝙ aliquādo opera**tio dicitur violēta passo: vt cum graue mouetur sursum. Aliquando vero dicitur violenta agenti extrinseco: vt cum Sortes trahit nauem ad vnam partem et Plato fortius eam trahat ad oppositam partem: tunc Plato violentat Sortem.

Scdm correlarium — **Sequitur secundo ꝙ licet ignis natu**raliter calefaciat aquā: aqua tñ violente calefit.

Tertiū correlarium — **Sequit tertio ꝙ si Sortes moueat** manum suam sursū/ quantuncūqꝫ grauitas resistat/ motus ille non est violentus: quia principium nō est extrinsecum/ sed intrinsecum.

Quartū correlarium — **Sequitur quarto ꝙ motus celi non** est violentus: quia celum non nititur in contrarium.

Quintū correlarium — **Sequitur quinto ꝙ casus hominis** deorsum nolitus/ non est violentus: qꝛ quantuncūqꝫ cadens/ renitereť si posset: tñ principiū est intrinsecū.

Sextū correlarium — **Sequitur sexto ꝙ nullus actus elici**tus a volūtate/ est violentus: qꝛ voluntas nunqꝫ nititur in oppositum illius quod elicit. Etiam talis actꝰ principium est intrinsecum. ¶ Ex quo patet ꝙ volūtas non pōt cogi: ⁊ omnis coactio est violenta.

Septimum correlarium — **Sequitur septimo ꝙ nullus actꝰ ho**minis imperatus ab eius voluntate est violentus: patet: quia quilibet talis/ principium est intrinsecum.

Octauum correlariū — **Sequitur octauo ꝙ ille homis ope**rationes sunt violente quas non imperat voluntas/ sed in contraria trahere nititur.

Secundo supponitur ꝙ inuoluntarium dicitur dupliciter. Uno modo negatiue: quia in ipsum non fertur voluntas. Alio modo contrarie: qꝛ ipsum voluntas aspernatur et refutat.

Tertio modo supponitur ꝙ dubiū non intelligitur de actibus voluntatis elicitis/ sicut sunt velle ⁊ nolle: nam in talibus non pōt violentia locum habere: sed intelligitur de actibus imperatis q̄ sunt actus aliarum potentiarum.

Quarto supponitur ꝙ ex quo actus impati non sunt in volūtate: iō ex pte duorū pñt esse violēti. Uno mō ex pte subiecti in q̊ est virtꝰ inclinatiua ad oppositū illiꝰ opatiōis. Alio mō ex pte volūtatis: qꝛ scilicet illa opatio est opposita ei ad quā voluntas nititur trahere illud subiectum. De prima violentia non oportet violentum esse inuoluntarium/ vt patet per secundā rationem dubij. De secunda autē violentia omne violentum est inuoluntarium: et hoc accipiendo passum in diffinitione violenti pro passo habente voluntatem: ⁊ intelligendo per principium actiuū/ illud quod est extra oē illud qđ potest alias potentias mouere cōtra imperiū voluntatis. Si aūt accipiatur violentum in nostris operationibus scđm ꝙ contra omne naturale distinguitur: sicut accipitur in predictis correlarijs: tunc nulla operatio esset nobis violenta ad quam ex quacunqꝫ potētia in nobis existente siue ex pte corpis siue ex pte aīe inclinareť.

Scđm dubium — **Dubitať scđo vtrum operationes q̄** fiunt propter metum que alio modo non fierent/ sint simpliciter inuoluntarie.

Responsio ad dubiū — **Ad dubiū dicitur ꝙ tales operatio**nes possunt dupliciter considerari. Uno modo quantum ad rationē suam absolutā: ⁊ sic sunt simpliciter inuoluntarie: qꝛ vt sic/ sunt nolite. Alio modo possunt considerari quantum ad circunstātias propter quas fiunt: et sic sunt voluntarie.

Et si queratur an tales operationes sint magis dicende voluntarie q̄ꝫ inuoluntarie.

Ad hoc dicitur ꝙ questio potest multipliciter formari. Uno modo pōt queri vtrum ꝓijcere merces in mari sit voluntariū: ⁊ sic dꝛ ꝙ non. — Varii intellectꝰ q̄stiōis

Secundo potest queri vtrum proijcere merces in mari ꝓpter salutē sui ⁊ aliorum tempe tempestatis/ sit voluntarium: ⁊ dꝛ simpliciter ꝙ sic.

Tertio modo potest sic queri: vtrum hec ꝓiectio (demonstrādo illā q̄ fit tpe tempestatis) sit voluntaria: ⁊ dꝛ ꝙ sic. Uel ſm alios: est ptim volūtaria ⁊ ptim inuolūtaria. Uel distingue ſm ꝙ ly hec pōt demonstare solū abstractū proiectionis: ⁊ sic est inuoluntaria. Uel pōt demōstrare substractū cū formali. Et sic est partim volūtaria ⁊ ptim inuolūtaria.

Et si queras vlteriꝰ vtrū ꝓpter tales opatiōes que fiunt ꝓpter metū/ quis sit laudandus. — Questio

Respōdeť ꝙ timor vel metus pōt inducere ad opatiōnē ſm se bonā/ sicut timor culpe ad virtutes: ⁊ opationes facte ꝓpter talē metū sunt valde laudabiles. Pōt etiā metꝰ inducere ad opationes malas: ⁊ tūc vel ille timor est ex parua causa: ita ꝙ nō caderet in constantē virū: ⁊ tunc cedere timori/ est vituperabile: ⁊ non cedere laudabile. Uel est ex magna causa/ ita ꝙ caderet in cōstantē virū: ⁊ tunc vel malū ad qđ inducit/ est parue turpitudinis vel mediocris/ vel excellētis. Si parue/ tūc in cedēdo timori nō solū habet locū venia: sed etiā misericordia: si mediocris/ tunc solum venia et non misericordia: si vero sit excellentis turpitudinis/ vt occidere patrē vl' negare fidē/ tunc cedere timori est vituperabile: ⁊ non habet locū venia nec misericordia: si vero timor inducit ad operationem neutram: tunc cedere timori est laudabile: ⁊ non cedere vituperabile: qꝛ est pertinacia quedā.

DUbitatur tertio vtrum operationes q̄ fiūt ꝑ ignorantiā/ iram/ aut cōcupiscentiā/ sint inuoluntarie. ¶ Pro solutiōe dubij est aduertendum ꝙ dupliciter aliquid pōt dici voluntariū. Uno mō formaľr. Alio mō ꝟtualr. Et formaľr/ dupľr aliq̄d pōt dici voluntariū. Uno mō qꝛ formaľr volūtas ferť in illud cū fit: vt cū q̊s vult comedere/ tūc qñ comedit/ talis comestio dꝛ ei volūtaria formaliter. Alio mō qꝛ volūtas ferť in illud cū factū est vt cū q̊s fodit terrā/ nondum formaľr vult thesaurū: sed eo inuēto ipa inuētio ei placet. Uirtualiter aūt et ꝯsecutiue illud dꝛ volūtariū in qđ volūtas ferť nō immediate: sed qꝛ sequiť ad aliud in qđ ipa ferť: vt si tu vis multū bibere ꝟtualr ⁊ ꝯsecutiue/ tu vis inebriari. — Tertiū dubium

¶ Ulteriꝰ aduertēdū est ꝙ duplex ē ignorātia. Quedā est nō volūtaria: sicut est ignorātia inuincibilis/ scꝫ qñ q̊s ꝑ oēꝫ diligētiā quā pōt vl' quā teneť apponere/ nō pōt rē scire: ⁊ hmōi ignorātie nos nō sumus cause neqꝫ dñi: q̄re nō ē nobis īputabil'. Alia ē ignorātia volūtaria q̄ est duplex. Quedā ē formaľr volūtaria: vt cū q̊s dicit. de tali facto nihil mihi dicas/ qꝛ nihil de eo volo scire: et talis ignorātia dꝛ affectata ignorantia. Alia est ꝟtualr solū volūtaria q̄ dꝛ crassa vel supina: — Aduertēdū

et talis tripliciter potest accidere. Prio: qñ quis vult aliquod opus ad quod sequitur impedimētum vsus rationis: sicut ex nimia potatione sequitur ebrietas ꝙ tollit vsum ratiōis. Secundo modo quando quis vult aliquam operationez exercere que licet non tollat vsum rationis: tamen impedit ipsum operantem a consideratione illius quod scire tenetur: vt cum q̇s vult laudare pro tempore pro quo studere tenetur. Tertio modo cum quis existens deses et piger vult esse ociosus/ vt nihil laborare ad quod ex negligentia sequitur non considerare circa illud quod scire tenetur. ¶ Tunc dicitur ad dubiū et primo quo ad primam partem per aliquas propositiones.

Prima propositio

Prima propositio est. Nulla operatio que fit per ignorantiam/ est formaliter volūtaria dum ipsa fit: patet: qꝛ actus volendi non fertur directe in incognitū: pōt tñ esse volūtaria post factū esse.

Secūda ꝓpositio

Secunda propositio. Omnis operatio facta per ignorātiam affectatam vel supinam/ est virtualiter voluntaria: probatur: quia omnis talis sequitur ad ignorantiam voluntariā virtualiter: igit̄.

Tertia propositio

Tertia propositio. Operatio facta ꝑ ignorantiā inuincibilem/ non est formaliter neqꝫ virtualiter voluntaria: cum non sequatur ad aliquod voluntarium: nihil tamen prohibet ipsaz formaliter esse voluntariam post factum esse/ vt si quis fodiendo terram/ thesaurum inueniat.

Quarta ꝓpositio

Quarta propositio. Nō omnis operatio facta per ignorantiam inuincibilem/ est simpliciter inuoluntaria: patet: quia ad hoc ꝙ operatio sit simpliciter inuoluntaria (vt supra dictum est) duo requiruntur. Primo: ꝙ nullo dictorum modorum sit voluntaria. Secundo: ꝙ sit nolita positiue post factum esse: et hoc scđm non conuenit omnibus operibus factis per ignorantiam inuincibilem.

Aliter posset responderi ad dubium ponendo differentiam (vt videtur philosophus ponere) propter ignorantiam operari et ignorantem operari: qꝛ licet omnis operatio facta ꝓpter ignorantiā/ sit inuoluntaria: nō tamē omnis operatio facta ignoranter est inuoluntaria. Nam ignoranter facere dicitur/ quando faciens non habet omnino rectum vsum rationis ex quacunqꝫ causa sit. Sed operatio dicitur fieri propter ignorantiam solum/ quando ignorantia est causa principalis illius operationis ad quam illa duo predicta requiruntur: scilicet ꝙ illa ignorātia sit inuincibilis: et ꝙ operatio sit nolita postqꝫ scita sit.

Quantum ad secundam partem dubij: scilicet de operationibus que fiūt per iram vel cōcupiscentiaz/ dicitur ꝙ sunt simpliciter voluntarie: vt satis patuit in expositione textus.

Questio

Queritur vtrum homo possit peccare tempore quo non habet vsum ratiōis. ¶ Pro solutione dubij est supponendum primo ꝙ questio potest intelligi tam de peccato commissionis/ qꝫ de peccato omissionis. Verbi gratia. Si ebrius vel furiosus aliquem occiderit vel omiserit horas dicere ad quas tenetur.

Secūdo supponitur ꝙ duplices sunt ebrij siue furiosi. Quidam sunt tales per actum suum culpabilē. Alij sine actu suo culpabili. Et vtriqꝫ sunt duplices. Quidam sunt in quibus non absorbetur totaliter vsus rationis: et de talibus non est dubiū quin possint in sua ebrietate peccare. Alij sunt qui propter ebrietatem vel furiam nullum habent vsum liberi arbitrij plusqꝫ infans vel fatuus. Et de istis est duplex opinio. Vna dicit ꝙ tales pro tunc non peccant. Alia est opinio tutior que tenet oppositum.

Tertio supponit̄ ꝙ ea que ignorātes facimus (ignorantia causante simpliciter inuoluntarium) non sunt nobis imputabilia: secus autē de his que ignorantes facimus/ ignorantia non causante simpliciter inuolūtarium. que ignorātia causat inuoluntarium simpliciter/ patet ex dictis.

Quarto supponitur ꝙ ebrietas inducit ignorantiam circunstantiarum et impotentiā resistendi passionibus/ et impotentiam exequendi ea ꝙ ex officio vel ministerio suscepto sunt exequenda.

Sciendum secundo ꝙ licet nō sit eadem ratio de ebrietate et de furia: qꝛ furia est multo grauior pena qꝫ ebrietas: et acerbitatis grauitate: et grauitate alienationis mentis: et grauitate durationis: et grauitate inseparabilitatis: propter quod fortassis probabiliter defendi posset ꝙ nullus actus furiosorum esset imputabilis: et ꝙ cōmittens actus culpabiles ex quibus furiā incurrit/ satis ipso furore punitur: nec oportet ꝙ in penam huius actus sequētes ei imputentur ad penam. ¶ Pro nunc tamen oppositū tenēdo/ supponit̄ ꝙ dupliciter cōtingit aliquē incurrere furiam/ etiā per actus culpabiles. Vno modo ꝙ presciuerit illos actus culpabiles esse inductiuos furie: ita ꝙ forte fuit ammonitus a medicis vel ab alijs peritis ꝙ desisteret ab eis: al's furiam incurreret: maluit tamen se periculo vehementi furie exponere/ qꝫ desinere. In isto casu esset multum probabile ꝙ opera mala ab eo facta tempore furie sic ꝯtracte/ essent imputabilia: maxime cum fiūt anteqꝫ illi actus culpabiles sint emendati ꝑ penitentiā. Nā si furiosus haberet interualla/ et tunc peniteret de huiusmodi actibus: tunc posset cōcedi ꝙ actus facti tempore furie/ post penitentiam non essent imputabiles. Alio modo contingit furiam per actus culpabiles incurrere/ sic ꝙ nesciebat ille ꝙ illi actus essent inductiui furie: immo si sciuisset/ multo magis voluisset desistere qꝫ perseuerando furiam incurrere: et tunc dicunt quidam ꝙ actus tempore furie sic cōtracte facti/ non sūt imputabiles: immo etiam actus mali facti tempore ebrietatis per similem modum contracte/ non essent scđm istos imputabiles. contra quos sit

Prima conclusio

Conclusio prima. Nulla ebrietas ꝑ actum culpabilem contracta/ excusat in toto imputabilitatē peccati tempore ebrietatis commissi: etiam si ebri9 ignorauerit talem actū culpabilem esse ebrietatis inductiuum. Probatur: quia quicunqꝫ est causa culpabilis ignorantie et impotentie per quarum ꝓpositionem agit qđ non est agendum/ ille est causa culpabilis illius quod taliter agit: sed ebrius ex sua culpa/ est causa culpabilis ignorantie et impotentie propter quas agit quod non est agendum: igitur est causa culpabilis illi9 quod agit. Minor videtur esse Aristotelis in primo capitulo huius secundi tractatus dicentis. Etenim in ipsa ignorante puniunt: si causa est ignorantie/ puta ebrijs duplices increpationes. Principium enim in ipso: dominus enim eius quod est non inebriari. Hoc enim scilicet inebriari/ ignorantie

ignorantie causa. Secunda pars pbat spe cialiter: quia ꝙ ille abstineret ab actu suo culpabili si sciret ipsum esse ebrietatis vel furie/ non tollit imputabilitatem peccati in ebrietate vel furia commissi. Tum primo: quia eadem ratione ille qui per actum suum culpabilem quem scit inductiuum ebrietatis/ incurrit ebrietatem in qua perpetrat homicidium: quod si sciuisset se perpetraturum/ multo magis voluisset desistere a primo actu culpabili ꝙ̃ ipsum committere/ non peccaret perpetrando illud homicidium: sed consequens est falsum etiam scd̄m illos de contraria opinione: igitur. Tum secundo: quia talis cessatio ab actu malo si presciretur/ eius sequela non esset virtuosa. Nec propter debitũ finem: quia non propter deũ: sed propter illam sequelam fieret/ al's talis cessaret a primo actu malo quem scit inductiuum ebrietatis cum ignorantia sequele propter deũ: ergo talis ignorantia non excusat actum inebrietatis commissum a peccato.

Scd̄a conclusio **Conclusio secunda.** licet aliqua peccata ebriorum qui sine sua culpa ebrietatem incurrunt/ sint eis imputabilia: nulla tamẽ peccata ebriorum sic ebrietatem incurrentium/ ꝛ nullũ pctm̄ imputabile ante ebrietatem habentium/ eis ad peccatum imputantur. Prima pars probatur de peccatis que ebrii sine sua culpa non minus erant facturi/ si ebrietutem non incurrissent/ ita ꝙ ad ea perpetranda sunt habituati/ et circa ea ante talem inebrietatem habebant volitionem culpabilem. Secunda pars probatur: quia tale nullo modo est voluntarium/ non in se vt notum est: quia hic est sermo de pfecte ebriis. Nec in alio: cum omnis volitio inordinata precedẽs sit emendata et correcta si aliqua fuerit: igitur.

Tertia ɔclo **Cõclusio tertia.** Omnis ebrietas culpabilis sic excusat actum maluʒ ꝙ huiusmodi actus non est tam imputabilis ꝙ̃ imputabilis esset si idem fieret ab eodem non ebrio sciente/ et volente ipsum/ scd̄m omnem circunstantiam impetrante/ et nullam aliam causam excusantem habente. Verbi gratia. Si incestus Loth ebrii fuisset factus ab eodem Loth non ebrio/ et nullam aliam causam excusantẽ habente/ puta non furioso aut non decepto circa circunstantias actus sui/ aut non alia quauis ex causa facto impotente ad resistẽdum passionibus: talis incestus fuisset multo grauiora ꝙ̃ de facto fuit. Patet: quia tunc talis actus fuisset a volitiõe formaliter incestuosa: igitur.

Contra conclusionem sic argumentor. Si homo possit peccare eo tempore quo non habet vsum rationis: tunc nõ est dominus sui corporis plusꝙ̃ bestia vel ignis: sed peccata et virtutes sunt in nostra potestate: igitur.

Ad rões questionis **Ad primam dicitur ꝙ ad peccanduʒ** sufficit esse dominum sui operis vel alicuius ad quod innatum est sequi tale opus.

Scd̄a rõ. **Secũdo arguitur:** si sic/ hoc maxime esset verum de ebrio et demoniaco: sed hoc non: igitur. Minor probatur: quia si ebrius percutiens vel occidens hominem/ peccaret: vel peccaret peccato intemperantie: et hoc nõ. quia percussio vel occisio nõ est materia intemperãtie. Aut peccaret peccato iniusticie: ꝛ hoc nũ: quia potest esse ꝙ talis nunꝙ̃ habuerit circa materiam iniusticie voluntatem aut rationem non rectã: nec videtur quo alio peccato peccaret: igitur.

Ad secundam cõceditur maior: ꝛ negatur minor. Et ad probationẽ dicitur ꝙ ibi est peccatum iniusticie. Et ad improbationẽ cum dicitur ꝙ ille nunꝙ̃ habuit voluntatem dissonam rationi circa materiam iniusticie/ negatur: immo illo tempore quo nimis potauit: quia tũc debebat iudicare ꝙ ad potationem sequitur ebrietas: ad quam etiam sequi poterat iniusta operatio. Responsio ad scd̄am

Tertio arguitur. Omnis carens vsu rationis/ habet ignorantiaʒ inuincibilem eorum que debet agere vel non agere: ergo nullus talis pro tunc potest peccare: consequentia tenet: quia ignorantia inuincibilis excusat a peccato. In oppositum videtur esse Aristoteles in primo capitulo huius secundi tractatus/ dicens. Ebriis duplices debentur increpationes. Tertia rõ

Ad tertiam negatur antecedens. immo magis habet crassam et supinam.

D Ubitatur primo vtrum operatio humana sit bona vel mala ex circunstantiis. Primũ dubium ¶ Pro solutione dubii est aduertendum ꝙ circunstantia moralis dicitur accidentalis conditio ad humanam operationem concurrens: per quam operatio redditur bona/ vel mala/ aut melior/ vel peior moraliter. Primo notandum Et solent communiter poni octo circunstantie: due respicientes mensuram extrinsecam: scilicet/ vbi/ et quãdo: et quinꝙ̃ respicientes causas: vna quantum ad causaʒ materialem: et vocatur circa quid. Alia quãtum ad causam finalem: et vocatur cur vel gratia cuius. et due quantum ad causam efficientem: vna quantum ad agens principale/ que dicit̃ quis: et alia quantum ad agens instrumentale: ꝛ vocatur quo: scʒ quo instrumento. Tullius vero vocat eam quibꝰ auxiliis: et vna quo ad causam formalem que comprehendit qualitatem/ et quantitatem/ ꝛ omnem modũ informantem ipsam operationem: ꝛ vocatur quomodo vel qualiter. Octaua circũstantia respicit effectuʒ comitantem vel sequentem operationem: et vocatur quid. Aristoteles autem non enumerat nisi septem: quia non distinguit inter vbi ꝛ quando/ sed vtramꝙ̃ vocat in quo: id est in quo loco/ vel in quo tempore. Similiter Tullius non ponit nisi septem: quia non distinguit inter quid et circa quid: et continentur iste circunstantie Tullii in hoc versu.

Quis/ quid/ vbi/ quibus auxiliis/ cur/ quõ/ quando/

Aduertendum est vlterius ꝙ duplices sunt operationes humane. Quedam sunt intrinsece et de se bone vel male: et iste operationes habẽt dictas circunstantias pro obiectis partialibus ꝛ non pro circunstantiis. Nam tales operationes variant̃ ad variationem ipsarum circunstantiarum: vt velle dare elemosynã propter vanam gloriaʒ: et velle dare elemosynã ꝑpter deũ/ sũt diuersi actꝰ/ quoꝝ vnꝰ ẽ de se bonꝰ: ꝛ aliꝰ malus. Alie sunt opatiões humane ꝙ̃ nõ sunt bone vel male nisi ꝑm denoiationẽ extrinsecam/ sicut sunt operationes exteriores/ que dicuntur bone vel male moraliter: et etiam alique interiores que possunt dici bone et male scd̄m coexistentiam vel non coexistentiam operationis de se bone vel ma Secũdo notandum

le. Tunc dicitur ad dubium primo ꝙ nulla operatio humana q̄ est extrinsece et essentialiter bona vel mala/ est bona vel mala moraliter ex suis circunstantijs: licet aliqua talis dicatur bona vel mala/ aut melior vel peior ex circunstantijs operatiōis indifferentis/ siue operationis que non est de se bona vel mala.

Responsio ad dubium Prima propositio

Prima pars probatur: quia omnis talis operatio nō habet predictas circunstantias pro circunstantijs: sed ꝓ obiectis. Etiam quelibet talis operatio est intrinsece et de se bona vel mala: ergo non est bona vel mala ab aliquo qđ non necessario concurrit ad esse ipsi⁹ sicut est circunstantia eius. Secunda pars probatur. q̄r aliqua talis operatio dicitur bona vel mala: q̄r est ꝯformiter vel difformiter elicita ad ratione͞ recte dictante͞ de circūstātijs oīb⁹ act⁹ exterioris necessario requisitis ad bonitatem actus moralis: igitur.

Secūda ꝓpositio.

Dicitur secundo ꝙ nulla operatio exterior siue indifferēs dicitur primo ⁊ immediate bona vel mala ex suis circunstantijs/ secludendo a numero circunstantiarum operatiōes interiores intrinsece essentialiter bonas vel malas: patet: quia omnis talis operatio dicitur bona vel mala: vel quia alicui taliter coexistit. ¶ Ex his sequitur primo ꝙ sole operationes voluntatis sunt de se bone vel male sic ꝙ non possunt esse quin sint tales. Secundo sequitur ꝙ nulla talis operatio que de se est bona vel mala/ potest esse successiue bona vel mala.

Tertia ꝓpositio

Tertio sequitur ꝙ omnis operatio indifferens potest esse successiue bona ⁊ mala.

Quarta ꝓpositio

Quarto sequit̄ ꝙ dicte circūstantie non sunt circunstātie actuū voluntatis qui de se sunt boni vel mali.

Scd̄m dubium.

Dubitatur secundo vtruȝ electio sit ipsius finis. ¶ Pro solutione dubij est aduertendum ꝙ electio accipitur dupl̄r. Uno modo large/ ꝓut est duorū vel plurium propositorum: vnius ante alterum p̄acceptatio: ⁊ non accipitur sic a philosopho in ꝓposito. Alio modo accipitur proprie: et sic electio est desideriū in ꝓsecutiōeȝ boni possibilis opabilis ꝑ nos cū alio bono incōpossibili ꝓpositi et p̄consiliati: id est per consilium iudicati ꝙ sit alteri bono preferēdum. Et hoc modo accipitur in proposito: ⁊ sic patet ꝙ electio est actus voluntatis. Et sicut dictum est de bonis incōpossibilibus/ quo ad prosecutionem: ita intelligendū est de malis incompossibilibus quo ad fugā. ¶ Isto notato dicitur ad dubium ꝙ electio proprie accepta non est ipsius finis: sed ordinatorum in finem: probatur: quia electio isto modo accepta/ nō est nisi precōsiliati: sed nos nō cōsiliamur de fine/ sed de medijs ordinatis in finem.

Tertiū dubium

Dubitatur tertio vtrum consiliabile ⁊ eligibile sint idē. ¶ Pro solutione dubij aduertendum est ꝙ consiliabile est bonū cōtingens/ humanum/ operabile ꝑ nos/ dubium/ magnū ⁊ quesitum propter finem. Dicitur notanter contingens: quia nos non consiliamur de necessarijs aut impossibilibus. Et licet aliqui consiliuȝ q̄sierint de ascēdendo in celum: ⁊ de construendo turres celum attingentes (que sunt impossibilia) tamen illa videbantur eis possibilia. Dicitur notāter humanum. Quia nos nō consiliamur de contingentib⁹ naturalibus/ vt de pluuia/ de tonitruo/ nisi pro quanto ordinamus illa ad operationes nostras que fieri debent in isto tēpore vel in illo. Per hoc etiam differt consiliabile a fortuito. Dicitur notanter operabile per nos. q̄r non consiliamur de his que fiunt ab alijs nisi inquantū aliquo mō fiunt per nos. Dicitur notanter magnū. Quia nullus cōsiliatur que nō sunt alicuius notabilis bonitatis vel malicie/ vt de leuatione festuce vel confricatione barbe. Dicitur etiam dubium. Quia de euidentibus ⁊ certis non cōsiliamur. Dicitur etiam quesitū propter finem. Q̄r de ipso fine non est consilium. Eligibile autem est bonum possibile opabile per nos cuȝ alio incōpossibili bono/ ꝓpositum preconsiliatum scd̄m ꝙ in eius prosecutione͞ natus est ferri appetitus. Cōueniunt auteȝ consiliabile et eligibile tripliciter. Primo: quia vtrūq̧ est bonum. Secundo: quia vtrumq̧ eoꝝ est ordinatum in finem ⁊ nō est finis salteȝ vltim⁹. Tertio: quia vtrūq̧ est contingens operabile per nos. ¶ Differunt etiaȝ tripliciter. Primo: quia electio est actus volūtatis: cōsilium vero est actus intellectus. Scd̄o: quia cōsiliabile est dubium: eligibile autem non/ sed iam consilio inuentum et iudicatum. Tertio differunt quia consiliabile est enūciatio quedā dicens aliquid esse operandum vel non operandum. Eligibile autē est ipsa operatio.

Est autem aduertendum ꝙ consiliabile et eligibile siue obiectum consilij ⁊ obiectum electiōis/ possunt accipi dupliciter: scilicet materialiter et formaliter. Consiliabile materialiter acceptū/ est contingens/ humanum/ operabile per nos ⁊c. Obiectum vero consilij formaliter acceptum: est propositio dubia de huiusmodi operabili formata. Eligibile materialiter sumptum: est bonum possibile operabile per nos ⁊c. Et formale: est enunciatio siue iudicium intellectus quo illud operabile iudicatum est esse preferendum alteri bono. ¶ Ex his patet respōsio ad dubium ꝙ consiliabile ⁊ eligibile materialiter sumpta/ sunt idē: sȝ accepta formaliter non sunt idē. Et sic patet quid sit dicendum ad rationes dubij.

Quartū dubium

Dubitatur quarto/ vtruȝ consilium sit questio resolutoria. ¶ Pro solutione dubij est aduertendum ꝙ duplex est processus scilicet resolutorius ⁊ compositorius. Resolutorius dicitur qui ex effectu per distinctione͞ suarum causarum tandem peruenit ad inueniēdum primas causas. Processus vero ꝯpositorius dicitur qui ex p̄mis causis et remotis per causas ꝓpinquiores/ tandem peruenit ad vltimatū effectum.

Ulterius aduertendum est ꝙ (vt supra dictum est) duplex est finis: scȝ finis ipsius operationis: et est res q̄ producitur in esse per taleȝ operatione͞. Et finis rei operate: qui potest toti operāti p̄existere. Hic autem est sermo de fine operatiōis qui potest cōparari ad antecedentia dupliciter. Uno modo scd̄m ordinem perfectionis: et tunc habet rationem primi et cause. Alio modo scd̄m ordinem generatiōis: et sic habet ratione͞ vltimi et effectus alioruȝ. ¶ Ex quo patet ꝙ inquisitio consiliatiua scd̄m ordinem perfectionis est processus compositorius: sȝ s̄m ordinem generationis est ꝓcessus resolutorius.

Notatio

Aduertendum preterea ꝙ sicut ly q̄ro/ vno modo idē est ꝙ peto vel interrogo: et alio modo idē est ꝙ inuestigo. Sic licet questio vno mō idem est ꝙ interrogatio siue petitio: ⁊ alio modo tantū valet sicut inuestigatio. Similiter consilium accipit̄ tripliciter. Uno modo pro dubitabili propositione qua quid sit agendum vel qualiter sit agendum per modū dubitabilis

dum dubitabilis proponitur: ⁊ sic consilium bene est questio prio modo: id est dubitabilis propositio. Secundo modo accipitur pro consiliatiua inquisitione qua inuestigamus quid sit agendum et qualiter: ⁊ sic consilium est questio/ secundo modo: id est inuestigatio. Tertio modo accipit̄ cōsiliū pro iudicio per predictam inquisitionem inuento/ ꝙ hoc sit faciendum vel non faciendū: et sic cosinlium non est questio/ sed questionis conclusio et finis

Tractatus Secundus.

De fortitudine.

¶ Ca. j. Ostendit virum fortem porprie estimari circa mortem pulcherrimam/ qualis fit in bello.

FOrtitudinē itaq; circa metus mediocritatez esse/ fiduciasq;: perspicuum iam euasit. metuimus autem ea que terribilia sunt. atq; hec simpliciter dicendo sunt mala. quapropter ⁊ veteres metuz diffinientes: expectationē inquiūt esse mali. Metuimus igitur omīa mala: vt infamiā/ paupertatē/ morbos/ inimicitias/ mortem. at non circa hec omnia vir fortis esse videtur. sunt etenim nonnulla mala/ que quidē metuere oportet et honestum est: et non metuere turpe. infamiam namq; qui timet/ est probus et verecundus: qui non timet/ impudens. fortis tamen translatiōe dicitur a quibusdā: quippe cum aliquid simile videatur habere. est eniz ⁊ ipse fortis interritus quidam. paupertatem autem metuere forsitan non oportet/ nec morbum/ nec omnino quicq; eoruz que nec a vitio/ nec a nobisipsis proueniunt. nec tamē is est fortis qui hec non metuit: sed hunc etiam fortem similitudine quadam vocamus. nonnulli enim homines in bellicis quidem periculis meticulosi sunt. liberales autem sunt ⁊ ad erogandas pecunias animose se habent. At neq; si quis p filiorum atq; vxoris pudicitia timet/ aut inuidiaz metuit/ aut aliquid tale: timidꝰ est. Neq; etiam fortis: si cum est verberibus cedendus/ confidit. ¶ Circa que igitur terribilia vir fortis versatur? An circa ea que sunt maxima? etenī nemo tolerantior est malorum homine forti. mors autem maxime omnium est terribile. est enim vltimum vite: et nihil post/ homini mortuo aut bonum/ aut malū esse videtur. ¶ At enim neq; circa omne genus mortis vir fortis esse videtur. Non enim circa mortem eam que fit in mari: aut euenit morbis. circa quam ergo mortem vir fortis erit? An circa eam que est pulcherrima? talis autem est ea que fit in bello. in maximo namq; fit et pulcherrimo profecto periculo. Eodem accedunt ⁊ ipsi honores: qui tum a ciuitatibus/ tum a regibus sunt instituti. ¶ Is igitur homo fortis ꝓprie dicitur: qui cica honestam mortem/ et ea omnia que repente eueniunt atq; afferunt ipsam interritus est. huiusmodi vero sunt ea que in bello contingunt. Quinetiam et in mari: et in ipsis morbis vir fortis timore vacat. non tamen ita vt naute. fortes enim ⁊ de salute sua desperant/ et genus tale mortis moleste ferunt: illi vero spe propter experientiam sunt freti. Simul autem et viriliter/ fortiterq; agunt in quibus viris habent locum/ aut honestum est mori: quorum neutrum est in tali genere mortis.

SExtum capitulū sex cōclusionibus claudit. ¶ Pria cōclusio. Fortitudo est circa mala: probatur. Nam fortitudo est mediocritas circa timores et audacias/ vt in secundo dictum est: timor autem est circa mala: igitur et fortitudo. Minor probatur tribus rationibus. Prima ratio. Nam timemus terribilia que mala sunt. Secundo. Nam diffinientes timorem dicunt ipsum esse expectationem mali: igitur timor est circa mala. Tertio probatur exemplo. Nam timemus infamiam: inopiam/ egritudinem/ et inimicitiā/ et mortem: igitur. Prima conclusio

Secunda conclusio. fortitudo nō est circa omnia mala: probatur tribus rationibus. Prima. Circa illa mala non est fortitudo: que timere est honestum: et non timere turpe: sed aliqua sunt huius generis: igit̄. Maior patet. Naz fortis debet esse impauidus circa suum obiectum: sed impauidus circa talia/ non dicitur fortis nisi scd̄m translationem: quia habet aliquid simile forti: cum sit impauidus. Minor patet. Nam timens infamiam/ dicitur verecundus: qui vero non timet: dicitur impudēs vel inuerecundus: igitur aliqua sunt mala que honestum est timere/ et non timere turpe. Secunda ratio: aliqua sunt mala que non oportet timere/ circa que fortitudo non consistit: igitur sunt aliqua mala circa que non est fortitudo. Consequētia tenet: quia omne malum circa quod est fortitudo/ est scd̄m aliquam circūstantiam timendū: ⁊ antecedēs probatur de paupertate/ egritudine/ et similiter de aliis malis: que nec a vitio nostro nec a nobisipsis eueniūt. Hec enim nō sunt timēda: nec impauidus circa ea dicitur fortis/ nisi scd̄m similitudinem. ¶ Confirmat phs predictā rationem. Nam aliquis in periculis bellicis est liberalis: et recte se habet in expositione pecuniaruz: igitur circa mala paupertatis ⁊ inopie nō ꝯsistit fortitudo. Tertia ratio. timēs iniuriā circa vxorē ⁊ pueros/ vel timens inuidiaz vel aliquid talium/ est timidus: nec is qui non timet quando flagellandus est virgis/ fortis cēset: igitur nō circa omnia mala est fortitudo. Scda conclusio

Tertia con clusio

Tertia cõclusio. Circa pericula mortis est fortitudo: ꝓbatur. Nã circa mala et maxie terribilia/est fortitudo: ſʒ mors est maxie terribile: igit. maior patet: q2 nullus magis sustinet pericula q̃ꝫ fortis: igit fortitudo est circa pericula: minor patet: naʒ mors est terminus huius vite: mortuis etiã nihil boni vel mali videt cõtingere: ⁊ hoc verũ est de bonis ⁊ malis que ad hanc vitam mortalẽ ptinere videntur.

Quarta cõ clusio

Quarta ꝯclusio. Nõ circa oĩa pericula mortis ꝟsatur fortitudo: pʒ: q2 nõ circa pĩcula mortis q̃ in mari ꝯtigũt/vel ĩ egritudĩe: igit nõ circa oĩa.

Quinta cõclusio

Quĩta ꝯclusio. Circa pericula mor/ in bello consistit fortitudo: ꝓbatur trib⁹ rationibus. ¶ Prima. Circa maxima et optima pericula fortitudo versatur: sed pericula belli sunt hui⁹ generis: igitur. ¶ Secundo probatur. Nam qui in talibus bene se habent/ honoribus afficiũtur: qui quidem honores instituti sunt ⁊ a ciuitatibus et a legibus. ¶ Tertio. Ille potissimum censet fortis qui est impauidus circa repentina pĩcula bonã ⁊ honestã mortẽ ĩferẽtia talia aũt sunt pĩcula mortis in bello: igit.

Sexta conclusio

Sexta ꝯclusio. Licet fortis in mari et egritudinibus sit impauidus: non tñ vt naute. Probat duabus rõnibus. ¶ Prima. Fortes in talibus desperãt de salute: ⁊ similez mortis modũ egreferũt sed ꝓpter experientiam pĩculoꝝ maris fruuntur spe salutis cõsequende. ¶ Secunda ratio. Fortes viriliter operantur in his rebus in quibus est laudabilis fortitudo/ ⁊ bonum mori; sed in predictis generibus mortis ista non contingunt: igitur.

Annotationes. Que sunt terribilia. Infamia Fama

¶ Sunt enim terribilia que terrorem hominibus inferunt. Maluʒ pro pena non pro culpa in textu accipitur. Est ⁊ infamia lese dignitatis qualitas reprobata quantum ad vitam ⁊ mores: quẽadmodũ fama est illese dignitatis status vita ⁊ moribus ꝯprobatus/ ⁊ in nullo diminutus. Pauptas nõ pro virtute capitur vt capit Mattheus. Beati pauperes spiritu ⁊c. Sed pro carentia siue priuatiõe bonorum ad vitam requisitorũ.

Nota

Mors est vltimũ vite: id est terminus: nam vita morte terminatur: iuxta illud: Mors vltĩa linea rerũ. Et vita morti subiecta est: mors autẽ nulli est subiecta: iuxta illꝺ̃ Pici Mirandule.

Picus Mirandula

Viuere/seruitium est: libera vita/mori.

Vera fortitudo

Nihil boni aut mali hominibus post hanc vitam cõtingit quod ad presentis vite necessitatem confert. Vera fortitudo que in quadam animi firmitate collocatur: domat atqꝫ moderatur concupiscentias/ atqꝫ feroces ⁊ voluptificos appetit⁹ motus: vt dicit Boecius libro tertio de consolati. Philo.

Boeci⁹ de consolati. libro tertio metro quĩto

Qui se volet esse potentem
Animos domet ille feroces:
Necvicta libidine colla
Fedis submittat habenis.
Est enim licet indica longe
Tellus tua iura tremescat:
Et seruiat vltima thyle:
Tamen atras pellere curas:
Miserasqꝫ fugare querelas
Non posse/ potentia non est.

Et libro quarto. Vir fortis moleste fert quotiens prelium in fortitudine adducitur: vt virum fortem non decet indignari quotiens bellicus increpuerit tumultus.

¶ Ca. ij. Actus viri fortis ⁊ audacis atqꝫ meticulosi comparat/ostendẽs fortem virum circa materiã suam mediũ omnino seruare: meticulosum male sese habere cira spem quippe cum vniuersa metuat/fortis vero contra sese habet.

Non est autẽ idem vniuersis terribile. Et dicim⁹ etiaʒ aliquid esse qꝺ̃ facultatẽ superat hoĩs. id igitur vnicuiqꝫ terribile est homini sane mentis. At ea que metas facultatis non egrediuntur humane: magnitudine differunt/et intensione/remissioneqꝫ. similiter autẽ et ea quibus confidimus. ¶ Fortis itaqꝫ impauidus est vt homo: atqꝫ timebit quidem ⁊ huiuscemodi res formidolosas. verum vt oportet et vt dictat ratio/ tolerabit: honestatis causa. hec eñ ipsius virtutis est finis. ¶ Fit autẽ vt hec et magis et minus timeant homines. ⁊ etiam vt ea que nõ terribilia sunt: vt terribilia metuant: atqꝫ delinquitur: cum metuunt aut ea que non oportet metuere/aut nõ quẽadmoduʒ oportet/aut nõ quando oportet/aut aliquid taliũ. similiter peccatur et circa ea quibus confidimus. Qui igit et ea que oportet/ et gratia cuius oportet/et vt oportet/⁊ quãdo oportet/fert et metuit/⁊ idẽtidem confidit: is homo est fortis. fortis eniʒ ꝓ dignitate/et vt ipsa ratio iubet: tam patitur q̃ꝫ etiam agit. ¶ Finis autem operationis omĩs is est: qui accommodatur habitui. ⁊ viro etiam forti honestum est ipsa fortitudo. talis igitur ⁊ ipsius est finis. singula namqꝫ suo fine definiuntur. Fortis igitur honesti causa: subit et agit ea que ad ipsam fortitudinem pertinent. ¶ Exuperantium autem is quidem qui in non metuẽdo exuperat: nomine caret. atqꝫ dictum est antea nominibus complura vacare. at vocari põt insanus quidem vel stupidus: si nihil omnino neqꝫ motus terre/neqꝫ fluctus (vt de Celtis dicitur) metuat. Sed is qui circa res formidolosas exuperat confidendo: audax est. videtur autem ipse audax et arrogans esse et fortitudinis simulator. Qualis igitur est fortis circa res ipsas formidolosas: talis ⁊ ipse videri vult. itaqꝫ imitatur illum in quib⁹ potest. Quapropter ⁊ complures ipsorum audaces sunt simul ⁊ timidi. in his enim audentes res formidolosas non sustinent. Is autẽ qui metuendo exuperat: timidus est. Nam timet ea que nõ opʒ/⁊ vt nõ opʒ. ⁊ oĩa talia ipm̃ sequunt. deficit autẽ ⁊ in confidendo. ¶ Sed in doloribus experãs magis est manifestus. meticulosus igitur male sese habet circa spem/quippe cuʒ vniuersa metuat: fortis vero cõtra sese habet. cõfidere nãqꝫ

bene sperātis hominis est. ¶ Circa igitur hec versatur ꝛ audax/et meticulosus ꝛ fortis. Sed diuerso modo ad hec sese habent. illi nāqꝫ exuperant et deficiunt. at hic mediocriter sese habet: et vt oportet. Et audaces quidem precipites sunt ante ipsa pericula ꝛ volunt ea: sed cū in ipsis sunt/tergiuersantur. Fortes autem in ipsis quidem operibus feruidi sunt: antea vo quieti. Ut igitur dictum est: fortitudo mediocritas est circa ea quibus cōfidimus/et ea que terribilia sunt/in ijs que diximus. ꝛ eligit atqꝫ fert ipa: quia est honestum/ꝛ quia est turpe nō subire atqꝫ perferre. ¶ Mortem autem sibi cōsciscere ob fugiendā paupertatē/aut amorē aut molestū aliqd: non fortis est hoīs/sed potius timidi. Est enim mollitudinis laboriosa fugere. atqꝫ non quia res est honesta/ oppetit mortem: sed quia malum/ fugit. Fortitudo igitur tale aliquid est.

Prima con-clusio

SEptimū capitulū octo conclusionibꝰ clauditur. ¶ Prima cōclusio. Nō apud oēs est idē terribile: ptꝫ. Nā periculorū et terribilium quedā sunt supra facultatē hominis: vt terremotus/ et inundatio maris/et similia: et talia sunt timenda oībus sane mentis. Alia sunt terribilia nō exuperantia humanā cōditionē: que duobus modis differūt. Primo mō scōm diuersam rei magnitudinē: vt terribilius est aggredi multos hostes q̄ꝫ paucos. Alio modo differūt scōm maius et minꝰ: quia hostes aliquādo maiori odio: aliqñ minori sese ꝓsequūtur: et aliqñ magis ꝛ aliqñ minus appropinquāt: ꝛ de aliis circūstantijs: ꝛ eodē modo dicendum est de his circa que confidimus.

Secūda cō-clusio.

Secūda ꝯclusio. Fortis est qui timet vt oportet/que oportet/ ꝛ quādo oportet: similiter q̄ cōfidit qñ oportet/vbi/ꝛ scōm ꝙ oportet. Probatur duabus rōnibꝰ. ¶ Prima ratio: nā fortis nō est simpliciter impauidus/sic ꝙ nullo modo timeat: sed vt decet hominē: igitur timet/sustinet/ꝛ cōfidit vt oportet: ꝛ ꝯm alias circūstātias. ¶ Scōa ratio. Peccatū est timere terribilia tanq̄ꝫ terribilia. Similiter timere terribilia magis vel minus q̄ꝫ oportet/ et quando nō optꝫ: et sic de alijs circūstātijs. Simili mō de his circa que cōfidimus: igiꝛ studiosum est sustinere terribilia vt oportet ꝛ qñ optꝫ: ꝛ eadē timere scōm easdē circūstantias.

Diffinitio fortis

¶ Infert phus ex dictis diffinitionē viri fortis: dicēs ꝙ fortis est qui sustinet/et timet: et similiter audet que oportet/et gratia cuiꝰ oportet et vt oportet/et quando oportet. Exprimit totā diffinitionē simul: quia fortis operaꝛ et patitur scōm dignitatē/et vt recta ratio dictat: ergo sustinet/ timet/ et audet que opꝫ/qñ oportet/vbi oportet. Cōsequētia claret: nam sustinere que oportet: similiter timere et audere que oportet: quādo et vbi oportet: est operari et pati scōm dignitatē. Probat phs illam particulam/gratia cuius oportet. Nam habitus fortitudinis est bonū decorū et honestū viro forti: igitur gratia honesti fortis operatur q̄ scōm habitū fortitudinis opatur. Cōsequētia ꝓbatur duabus rationibꝰ. ¶ Prima rō. Nam cuiuslibet opationis finis est secūdum habitū: id est talis q̄lis est/est habitus scōm quē fit opatio. ¶ Secūda ratio. Unūquodqꝫ suo fine determinaꝛ: igiꝛ cū habitus fortitudinis sit bonꝰ et honestus: finis fortitudinis est bonus ꝛ honestus.

Tertia cō-clusio

Tertia cōclusio. Superabundās in nō timēdo/ noīe caret: sicut prius dictum est in scōo multa vitia nō esse noiata. Qꝫ autē talis sit vitiosus/ ptꝫ: quia nihil timet/nec terremotū/nec inundatiōes maris: et est sine sensu doloris nihil metuēs/ quemadmodū de Celtis vulgo dicitur.

Quarta cō-clusio.

Quarta cōclusio. Superabundans in audendo terribilia/ audax nūcupatur siue ferox. Qꝫ autē sit vitiosus/dupliciter ꝓbatur. Primo: quia audax videtur esse supbus et fictor fortitudinis: igitur non est fortis/sed vitiosus. Antecedens ptꝫ: quia nullus fortis habet admixtā sue fortitudini timiditatem: sed multi audaces habent timiditatem admixtam sue audacie: eo ꝙ in principio aggrediūtur terribilia/sed ea nō sustinēt: igitur audax non est fortis/ sed vitiosus.

Quinta cō-clusio.

Quinta cōclusio. Supabundās in timendo/dicitur timidus: ptꝫ: quia timet que nō oportet/et vt non oportet: igitur. Et licet talis deficiat in audēdo: tamen potius dicitur timidus q̄ꝫ audax: siue potius denominatur a superabundantia timendi q̄ꝫ a defectu audendi: eo ꝙ superabūdantia timoris et tristicie est i eo manifestior q̄ꝫ defectꝰ audacie.

Sexta con-clusio.

Sexta cōclusio. Desperās in periculis/dicitur timidus et nō fortis: patet. Nam fortis cū desperāti pugnat: quia audet/et est bone spei: desperās vero omnia audet/nec est bone spei: igitur desperās dicendus est timidus et nō fortis.

Septima cōclusio.

Septia conclusio. Fortis/audax/ꝛ timidus sunt circa eadē pericula: sed diuerso modo. Prima pars nota est ex dictis: et scōa dupliciter ꝓbatur. Primo. qꝛ audax et timidus superabundant et deficiūt. Audax enim supabundat in audēdo: et deficit i timēdo. timidus vero opposito modo se habet: fortis aūt medio modo se hꝫ ad vtrūqꝫ. Scōo: nam audaces ante periculū ipm appetunt ꝛ volūt ꝛ sunt precipites in aggredīēdo: sed nō sustinēt ipsa pericula: fortes vero sunt quieti in principio: sed postq̄ꝫ aggressi sunt/sunt viriles: et sustinēt pericula. Oppositū ē de timido: igiꝛ vario mō se habēt circa ꝑicula.

Octaua cō-clusio.

Octaua cōclusio. Appetere mortem ob inopiam fugiendā/aut ob amorē/aut aliqd triste/ nō est viri fortis sed potius timidi. Probatur: nam sicut prius dictū est: fortitudo est quedam mediocritas in audendo atqꝫ timendo gratia boni et honesti: sed appetens mortē gratia predictorum/non appetit gratia boni et honesti: sed quadam mollicie. Nam mollicies est fugere laboriosa: igitur appetere mortem gratia predictorum / non est viri fortis sed timidi.

Annotatio-nes.

¶ Ex predictis concluditur fortitudinem esse esse aliquid tale. ¶ Celte/ Galli sunt de quibus Aristoteles septimo politicorum sic differit. Quapropter apud multos barbarorum consuetudo est/vel gelido amne natos immergere/vel parua veste amicire vt faciunt Galli Celte. ad cuncta eñ ad q̄ possibile est/statim ab initio melius est assuescere.

Nota de Celtis qui Galli sunt Aristo. vij. politicorū.

¶ Ca. iij. Quinqȝ modos eorum qui fortes esse videntur/ad veram fortitudinem confert.

Dicuntur autē et alie fortitudines qnqȝ modis. Atqȝ prima est ipa ciuilis. maxime autē similis est. ciues eñ ob increpationes q̃ sunt ex legib⁹/ et opprobria honoresve pericula subire videnť. ꝛ ppterea fortissimi videnť esse: apud quos timidi quidē infames sunt: fortes autem afficiuntur honore. Tales ꝛ Homerus affert: vt Diomedem ac Hectorem. dicit enim Hector.

Homerus.
Hector.
Polidamas.
Diomedes.

Nā me Polydamas ante oēs ipe reprehēdet.
Et diomedes.
Inter eñ dicet Troianos optimus Hector.
Tytides metuens puppes confugit ad altas.

Hec autē ex eo maxime similis est ei de qua supra diximus: que fit ob virtutem. Ob pudorē enim et appetitionez honeste rei/honoris inq̃/ et ob fugiendam reprehensionem: que quidē est turpis. in eodem posuerit quispiam et eos qui compellūtur a magistratibus. Verū deteriores eo sunt: ꝙ non ob pudorem/sed ob metum id faciunt. et fugiunt non rem turpem: sed rem molestam. cogunt enim ij qui potestatem habent. vt Hector.

Quē procul a pugna trepidantē forte videbo.
Is canibus fiet/fiet quoqȝ vulturis esca.

Idem faciūt ꝛ qui alijs imperant. ꝛ si recedūt: verberibus afficiunt. ꝛ qui ante muros/fossas/ et huiusmodi construunt aciem. omnes enim cogunt. At non necessitate: sed qꝛ res est honesta/fortem esse oportet. ¶ Videtur etiā ꝛ ipsa singularū rerum peritia fortitudo esse. quapropter et Socrates fortitudinem scientiam esse putauit. Tales aūt alij qdē ī alijs sunt. ī reb⁹ aūt bellicis milites. sunt eñ in bello cōplures res vane/q̃ quidē maxime ipsis sunt note. atqȝ ideo fortes videnť: qꝛ quales sunt ille/alij nesciunt. Deinde et aduersarios offendere/ꝛ seipsos tueri maxime experientia possunt/ ꝛ euitare hostis conatus/ꝛ illum percutere/ cum armis vti possint/ꝛ talia habeant: vt et ad faciendum sint/et ad non patiendum aptissima. qb⁹ efficitur/vt ipsi tanq̃ aduersus inermes armati: et tanq̃ aduersus rudes ludimagistri decertent. etenim in huiusmodi certaminibus non ij sunt pugnacissimi/q fortissimi sunt: sed ij q vires amplissimas habent/ꝛ optime sese habent corporibus. At vero milites tunc timidi fiunt: cum excrescit periculum/et inferiores sunt copijs ac apparatu. primi nāqȝ fugam arripiunt. vrbane vero copie manent/atqȝ intereunt. qδ quidem et in Hermeo accidit. He nāqȝ turpe fugere: et mortem tali saluti preferendam esse censent. illi vero vt superiores ab initio sese obiectant periculis: re autem intellecta/fugam arripiunt/mortem magis q̃ dedecus formidantes. Sed vir fortis non est talis. ¶ Atqui irā etiam ad fortitudinem referunt. Fortes eñ et ij videntur qui ob iram feruntur/perinde atqȝ fere: in eos qui ipsos vulnere affecerunt. quia et fortes concitantur ira. est enim ira res impetuosissima ad aggredienda picula. quapropter et Homerus dixit. Vires iniecit ire/ꝛ animū ira cōcitauit. ꝛ acuta per nares vis: et efferbuit sanguis. Hec enim vniuersa ire concitationem impetumve significare videntur. fortes igitur ob honestatem agunt: et ipsa ira subministrat. fere autem ob dolorem. quia nāqȝ vulnus acceperūt: vel quia timent. nam si suis in lustris sint: non inuadunt. Non igitur sunt fortes: ppterea ꝙ a dolore concitati ac ira/ ad periculū irruūt/nihil preuidentes malorum. nā hoc pacto et ipsi asini cum esuriunt/fortes essent. non enim a pabulo verberibus dimouentur. Adulteri quoqȝ propter libidinem multa audent. non igitur fortes sunt qui ob dolorem ac iram ad pericula compelluntur. Maxime autem naturalis ea esse videtur/ que est ob iram: et esse fortitudo electione sumpta fineqȝ. et ipsi etiam homines: cū irascuntur dolenť/cum vlciscūtur capiunt voluptatem. qui autem propter hec agunt: pugnaces quidē sunt/at non fortes. non enim ob honestatem agunt nec vt ratio precipit/sed ob ipsum affectū. aliqua tñ ex pte sunt similes fortib⁹. ¶ Nec etiā ij qui sunt spe freti/ sunt fortes. nā ex eo qꝛ sepe/ multosqȝ vicerūt: fiduciam in periculis habent. Sunt autem similes fortibus/quia vtriqȝ confidunt. sed fortes quidem ob eas res quas paulo antea diximus. illi vero qui se superiores esse putant/et nihil vicissim suscepturos mali: tale ꝛ ipsi ebrij faciūt. sperāt eñ oia sibi pspere euenire. cū vero non eueniūt ipsis: talia fugā arripiūt. At viri fortis erat/res eas q̃ sunt hominibus ꝛ videntur formidolose ferre/quia honestum est ferre/ et turpe est non ferre. Quāobrem ꝛ magis fortis esse videtur subitis potius in terrorib⁹ interitum esse ac sine turbatione: q̃ in preuisis. est enim ab habitu magis aut minus ex apparatu. nam antea visa: cogitatione et ratione quispiā elliget

Socrates.

piam eliget. at ea que repente eueniunt: habi/
tu. ¶ Fortes etiam esse videntur et qui igno/
rant. Et sunt non longe ab ijs/qui spe freti con
fidunt. deteriores autem sunt: quantum digni
tatis nihil habent. illi autem habent. Quapro
pter ⁊ aliquo tempore manent. hi vero decepti/
si cognouerint/vel suspicati fuerint aliud esse
q̃ putabant fugiũt. Quod quidem Argiuis
cõtigit cum in Lacedemonios tanq̃ in Sicyo
nios incidissent. Dictũ est igitur qualesnã sint
ipsi fortes: et ij rursus qui fortes esse vidẽtur.

Cõclusio.

ISTud capitulũ vna cõclusiõe
claudit. Cõclo est ista. Fortitudo politica
nõ est vera fortitudo licet maxie ei assimi
letur: et huiꝰ fortitudinis ponit phus tres
species. Prima est. Cũ quis fortiter agit
timore increpationũ et opprobriorum q̃ a legibus ti
midis statuuntur: vel ꝓpter honores institutos/ for
titer facientibus. Et ꝙ aliqui sint tales ostendit phi
losophus signo et exemplo. Signo: quia apud illos
apud quos fortiter agentes honorãtur et timidi in=
honorantur/fortissimi vidẽtur esse viri: ergo signum
est ꝙ aliqui sunt fortes ꝓpter honores et inhonora=
tiones. Secũdo ꝓbat exemplo: nam Homerus de=
scribens Troianũ/ inducit taliter fortes: scilz ꝓpter
honores et vituperia: puta Diomedẽ ex parte Gre=
corũ: et Hectorem ex parte Troianorũ. Fingit autẽ
Hectorẽ hec verba dicentem. Polydamas/id est il=
lle dux Troianorũ: mihi p̃mũ redargutiones pre=
ponet: id est me arguet/nisi fortiter egero. Similiter
fingit Diomedẽ seipsum exhortantẽ et dicentẽ. He=
ctor dicet contionans: id est orationem ad populum
habens: Tytides: id est Diomedes filius Tytei/a
me supple fugit: vel a me victus est. Et hec dicebant
cũ socij eos hortarentur vt fugerent periculum. Hic
ꝓbat philosophus ꝙ fortitudo politica maxime assi
miletur vere fortitudini: qꝛ fortitudo politica fit pro=
pter virtutẽ: igitur maxime assimilatꝛ vere fortitudi=
ni. Antecedens ꝓbat: quia ꝓpter verecundiã et de=
siderĩũ boni puta honoris/vel fuge opprobrij. Nec
ex hoc sequitur ꝙ verecundia sit virtus: sed magis
oppositũ: qꝛ nõ fit ꝓpter verecundiã assequendam/
sed fugiendaꝫ. Et hec fortitudo dicitꝛ fieri ꝓpter vir

Buridanꝰ.

tutẽ ſm Buridanũ: ⁊ quia fit ꝓpter desideriũ hono=
ris quod innatũ est/ducereꝛ ad desiderium virtutis.
¶ Scd̃a species fortitudinis politice est eorũ qui a
principibus coacti/fortiter agunt timore pene corpo
ralis vel amissionis bonorũ: et isti sunt deteriores p̃=
mis. Nã primi ꝓpter verecundiã fortiter agunt: isti
vero nõ/sed ꝓpter timorem: et fugiũt nõ turpe et in=
honestũ/sed triste ⁊ dolorosum. Domini eñ eorũ co=
gũt eos sicut Hector multos cogebat cũ dicebat. Si
aliquẽ videro ꝓcul a pugna fugientẽ vꝉ formidantẽ:
ille nõ poterit euadere canes: id est eum deuorandũ
canibus dabo. Uel (vt dicit Leonardus) nõ sibi suf=
ficiens erit fugere canes: id est Grecos persequẽtes:
quia eũ alijs penis afficiã. ¶ Tertia species fortitu=
dinis politice est eoꝝ qui fortiter agunt/coacti a suis
superioribus eis precipientibꝰ ne recedant/et eos ꝑ=
cutientibus si recedant: vel ante muros/ foueas/et
alia impedimenta fuge ponentibus ne fugiant. Et
hanc speciẽ quidẽ nõ distinguũt a precedenti: qꝛ (vt
dicit phus) oẽs scꝫ isti prius dicti coguntꝛ: sed sustinẽ
do distinctionẽ põt dici ꝙ primi coguntꝛ solo verbo
et ꝑ cõminationẽ future pene: secundi vero cogũtur
via facti fortiter agere: ita ꝙ ꝓ̃cluditur eis ois via fu
ge. Philosophus ꝓbat suã cõclusionem: scꝫ ꝙ fortitu
do politica nõ est vera fortititudo: qꝛ vere fortis for=
titer agit nõ ꝓpter necessitatẽ: sed ꝓpter honestatẽ:
sed fortes fortitudine politica fortiter agunt propter
necessitatẽ/et nõ ꝓpter honestatẽ: igitur. ¶ Secun
dus modus. nõ vere fortitudinis que vocatur fortitu

Secũdus modus.

do militaris/est cũ q̃s sustinet aut aggreditꝛ pericu=
la ꝓpter experientiã de qua ponit phus talem cõclu
sionẽ. Licet milites sustinentes pericula vel aggre=
dientes ꝓpter experientiã/ dicantur fortes: non ta=
mẽ sunt vere fortes. Primã partẽ ꝓbat philosophus
tripliciter. Primo: quia experiẽtia circa singula vide
tur esse fortitudo: qd̃ ꝓbat auctoritate Socratis q̃
dicebat fortitudinem esse scientiam. Scd̃a ratio. In
bello multa sunt pericula inania et vani terrores q̊s
experti cognoscunt: et ideo eos nõ timent: quare nõ
videntur esse fortes apud illos qui nõ cognoscunt ta
lia pericula nõ esse timẽda. Tertia ratio. Tales ꝓ=
pter experientiã maxime sciunt hostem ledere et se
armis tutari ne ledantur: ideo pugnant aduersus
inexpertos sicut armati aduersus inermes: et sicut
athlete aduersus rudes et inexercitatos. Nam i cer
taminibus fortissimi non sunt pugnacissimi/sed ma=
xime potentes et robusta corpora et bene disposita
habentes. ¶ Hic ꝓbat philosophus secũdam par=
tẽ cõclusionis (scꝫ ꝙ tales non sunt vere fortes) dua=
bus rationibus. Prima est: quia tales sunt timidi et

Probatio secũde partis cõclusionis.

eminente periculo fugiunt/dimittẽtes ciues q̃ non
fugiunt: sed potius mortẽ eligunt q̃ꝫ turpem fugam
sicut contingit in Hermeo: id est in bello illius ciui=
tatis. Scd̃a ratio. tales milites se obijciunt periculo
qñ sperãt se fortiores: postq̃ꝫ vero cognoscunt hostes
esse potentiores/fugiũt: timentes mortem magis q̃ꝫ
ĩhonestatẽ: ergo tales nõ sunt vere fortes. ¶ Tertiꝰ
modus est cũ quis ex ira vel furore subit periculum
de quo ponit philosophus tertiã rationẽ. Licet sub=
euntes periculũ ꝓpter furorẽ videantur fortes: nõ ta
men sunt vere fortes. Primã partẽ ꝓbat: quia fortes
habent quandã speciẽ furoris: ergo isti propter furo=
rẽ agentes/vidẽtur esse fortes. Antecedens probat
phus dupliciter. Primo: quia furor est impetuosissi=
mus ad periculũ/ideo tales ꝓpter furorẽ operãtes:
quẽadmodũ fere q̃ se vulnerantes insequũtur/vidẽ=
tur esse fortes. Scd̃o ꝓbat auctoritate Homeri qui
alloquẽs Hectorẽ dicebat. Uirtutẽ immitte furori:
vt scꝫ furor virtute reguletur/et virtutẽ per furorem
erige: vt scꝫ ꝑ iram virtus prõptior ad actum redda=
tur. Et alibi de quibusdam dicit ꝙ ꝑ singulas nares
emittebant austeram virtutẽ: id est impetũ: et ebul=
liuit sanguis. Hec autem oia videbantur significa=
re animi cõcitationẽ: ergo propter furorem pericula
aggredientes/vidẽtur esse fortes. ¶ Hic subdit phi=

Differentie furoris.

losophus differẽtiã inter furorẽ qui reperitur in viris
fortibus/et furorem qui in feris: quia fortes operãtur
fortiter ꝓpter bonum honestum: et furor ipsis coope
peratur. Fere vero propter tristiciam et timorẽ vul=
nerum: nam si essent in silua vel in palude vbi non ti
merent vel vulnerari non possent: non inuaderent ho
minẽ. ¶ Hic probat philosophus quadrupliciter se

Scd̃a ps ꝯclusiõis q̃t tuor rõnibꝰ suadetur.

cundã partem ꝯclusionis: scꝫ ꝙ tales non sunt vere
fortes. Primo: quia fere furore et dolore impulse ad

ꝑiculū/nō sunt fortes: cū nihil periculosuz ꝓuideāt: ergo nec tales. Secundo: qꝛ si sic/tunc asini esurientes qui percussi non desistunt a pascuis/ essent fortes. Tertio: quia tunc adulteri essent fortes: cū propter concupiscentiam et audaciam multa subeant pericula. Quarto: quia licet fortitudo preaccipiens electionē/et deliberatione facta gratia cuius debet fieri/et habens furorē cooperantē/est naturalissima fortitudo: licet etiam fortes irati tristentur et vltione delectentur: tamē illi qui solum aggrediuntur pericula ꝓpter furorē/iram/vel desideriū vindicte/ non agunt gratia honestatis/nec vt ratio dictat: ergo licet tales dicantur pugnaces/nō tamen sunt vere fortes. ¶ Quartus modus est cū quis aggreditur terribilia propter spem deuincendi: de quo ponit philosophus talē cōclusionē. Licet aggredientes terribilia ꝓpter spem et fiduciā vincendi/sint similes vere fortibus: nō tamē sunt vere fortes. Primā partem ꝓbat: quia tales sunt audaces sicut fortes: igiť. Secūdam partem ꝓbat tribus rationibus. Prima est: qꝛ fortes sunt audaces ꝓpter honestatē: tales vero nō: sꝫ ꝓpter hoc ꝙ existimāt se fortiores/et nihil posse pati ab hostibus: igitur non sunt vere fortes. Secunda rō. Ebrij sunt bene sperantes/ ⁊ in ebrietate aggrediuntur terribilia: et tū non ꝓpter hoc sunt vere fortes: quia extra ebrietatē illa fugiunt: ergo aggrediētes terribilia propter spem vincendi/ non sunt vere fortes. Tertia ratio. Fortis ē sustinere terribilia homini existentia/nō solum preuisa/ sed etiam repentina: sed qui pericula aggrediūtur ꝓpter fiduciaz/ nō sustinent repentina pericula: sed non preuisa: ergo non sunt vere fortes. Maiorē probat: qꝛ ille diciť fortior qui est impauidus et imperturbatus in repentinis periculis ꝙ̄ in ꝑmanifestis. Nam premanifesta et preuisa potius videntur sustineri/ eo ꝙ precogitata et ꝑelecta sunt: repentina ꝟo solū scđm habitū sustinentur. ¶ Quintus modus est eorum qui propter ignorantiā periculorū ipsa aggrediuntur: de quibus poniť hec ꝯclusio. Licet tales aggredientes ꝑicula ꝓpter ignorantiam/videanť fortes: non tamen sunt vere fortes. Primā partem ꝓbat: qꝛ tales non multum distant ab his qui ꝓpter spem aggrediūtur: sed illi videntur fortes vt iam ostensum est: ergo et isti. Secundā partem ꝓbat: qꝛ ignorantes sunt deteriores illis qui propter spem aggrediuntur: ergo si illi nō sunt vere fortes/nec isti. Antecedens ꝓbat: quia illi qui propter spem aggrediūtur pericula/ habent aliquā dignitatē: id est estimationē sui et periculoꝝ: ideo ꝑ aliqđ tempus ꝑmanent sustinētes pericula: ignorantes vero nullam habent dignitatem: sed cū primū cognoscūt periculum/fugiunt: quia percipiūt aliud esse ꝙ̄ suspicati fuerant: sicut passi sunt Argiui: id est illi ciues Grecie: qui dum putarēt pugnare contra Sicyonios vires ībecilles/ inciderūt ī Lacones siue Lacedemonios viros strenuos. ¶ Ex ꝑdictis infert philosophus ꝙ predicti dicuntur fortes inquantum estimantur fortes: scꝫ propter actus similes actibus fortium: ⁊ nō qꝛ sint vere fortes.

¶ Annotationes Textus.

Annotationes. ¶ Hermeū/loci nomen ē: in q̄ cū in ciuitate obsiderent Athenienses/vbi ceperūt artem Tharon/dux Thebanorū in subsidiū missus/ bello occubuit: quare cognita/milites eius deiectis animis/ et de belli successu male sperātes/fugam arripuerunt. Fortitudo ob iram est: cū ira ꝑciti/ferarum more in eos ferūtur qui ipsos aliquo vulnere affecerunt. Latibulū/ spelunca est.

¶ Ca. iiij. Proprietates fortitudinis declarat esse quidem magis circa metus ꝙ̄ fiducias versari. Eā dolores afferre: sed finem iucundum esse. At extremū infert nihil obstare reuera fortes non esse interdum milites prestantissimos.

Uanquā autē circa fiducias/ metusq́ꝫ fortitudo versatur/ tamen non simili modo circa vtrūqꝫ: sꝫ magis circa res formidolosas versatur. qui nāqꝫ in hisce non turbatur / atqꝫ se habet circa has vt optꝫ: magis est fortis ꝙ̄ is qui circa ea in quibus confiditur/se habet vt oportet. ¶ Fortes igitur ex eo dicuntur: quia res (vt dictum est) inferentes dolores tolerent. iccirco fortitudo dolores affert: et non iniuria laudatur. ¶ Difficilius enim est dolores ferre: ꝙ̄ a voluptatibus abstinere. ¶ Enimuero fortitudinis finis iucūdus esse videtur. verum ab euenientibus doloribꝰ obfuscatur. vt et in certaminibus fieri solet. nā pugilibus finis quidem ipse iucundus est gratia cuius certant/corone inꝙ̄ atqꝫ honores. sꝫ cedi molestum est: cum sint e carne/ doloresq́ꝫ affert/ et omnis omnino labor. Atqꝫ quia hec sunt multa: ideo id gratia cuius certant/cum sit res parua/nihil iucundi videtur habere. ꝙ si tale ⁊ circa fortitudinem est: mors quidem atqꝫ vulnera forti viro molesta erunt/ atqꝫ inuito. feret tamen: ꝙ honestum est ea ferre/ vel turpe non ferre. ¶ Atqꝫ quo magis omni virtute pollet et felicior est/eo magis ob mortem sane dolebit. vir enim talis maxime dignus est vita/maximisq́ꝫ bonis priuatur/idipsum sciēs/ quod quidem dolorem affert. verum nihilominus est fortis. et eo magis fortasse ꝙ honestatem que est in bello his anteponit. ¶ Nec fit vt omnibus in virtutibus cum voluptate operemur: nisi quoad attingitur finis. ¶ Nihil autem fortasse vetat: non eos qui tales sunt prestantissimos milites esse. sed eos qui minus quidem sunt fortes: nullum autem aliud bonum habent. hi nāqꝫ parati sunt sese periculis obiectare: vitamq́ꝫ pro paruo emolumento ꝑdūt. De fortitudine igitur hactenus dixisse sufficiat. Quid autem est: ex ijs que diximus nō est difficile cōprehendere/ac assignare figura.

Istud caput quattuor cōclusionibus limitatur. ¶ Prima cōclusio est ista. Licet fortitudo sit circa timores et audacias: magis tamē est circa timores et terribilia: Prima conclusio.

et terribilia/ꝗ̃ circa audacias et ausibilia. Probat philosophus: quia ille qui imperturbate/et vt opꝫ/ se habet circa terribilia/ est magis fortis ꝗ̃ ille q̃ sic se hꝫ circa ausibilia: ergo fortitudo magis ē circa timores et terribilia / ꝗ̃ circa audacias et ausibilia. Antecedēs ꝓbat philosophus quadrupliciter. Primo: quia circa tolerationē rerū grauiū et asperarū/ hoīes maxime fortes dicūt. Scđo: q2 ob h̊ fortitudo aliq̇d triste siue asperū dicitur. Tertio: q2 ꝓpter hoc fortitudo iuste et merito laudatur: quia nos promptos ad tristia et aspera sustinenda reddit. Quarto. quia difficilius est tristia pati et sustinere/ꝗ̃ a delectationibus abstinere: vt supra dictum est: ergo ille qui imperturbate/et vt oportet/ se habet circa terribilia/magis est fortis ꝗ̃ q̃ sic se habet circa audēda.

Secūda cōclusio Secūda ꝯclusio. Licet finis fortitudinis sit delectabilis forti: in actu tamē fortitudinis ab his que circūstāt/ip̄a delectatio obscuratur ⁊ euanescit. Probat philosophus per simile in gymnasticis agonibus in quibus sicut finis scilicet corone/ et honores pugilibus est delectabilis: percuti vero si carnales et molles sint/ est eis intantū dolorosum et triste vt finis parū aut nihil videatur delectationis habere: ita est circa fortitudinē. Nā mors et vulnera tristia sunt forti/ꝗ̃uis voluntarie ea sustineat ꝓpter honestatē. Nā ea sustinere/est honestū: et nō sustinere/turpe et inhonestū: igitur.

Tertia conclusio. Tertia ꝯclusio (per quā excludit philosophus errorem Stoicorū dicentiū studiosuꝫ esse impassibilē) est. Quanto fortis est virtuosior et felicior/tanto fit in morte tristior. Probat: quia talis maxime dignus est vita/ ⁊ maximis bonis p̄uatur: hoc autem est triste: igitur.

Quarta cōclusio. Quarta cōclusio. Quis fortis quāto est virtuosior et felicior/tanto magis in morte tristetur: nō tamē propter hoc est minus fortis: sed forsitā magis. Probat: quia talis/bonū honestū in bello anteponit oībus alijs bonis quibus per mortē priuatur: igitur. ¶ Hic īfert philosophus duo correlaria.
Primū correlarium. Primū est: ꝙ nō in oibus virtutibus cōtingit delectabiliter opari/nisi inquantū finem attingunt: id est nisi inquātū illa operatio finem attingit/vel in finē ordinatur.
Scđm correlarium. ¶ Scđm correlariū. Nihil prohibet tales: id est taliter se habentes circa timores et audacias (vt supra dictū est) puta vt vere fortes/nō esse optimos milites: scꝫ qui sunt minus fortes vera fortitudine/possunt esse optimi milites. Probat: quia nullum aliud bonū habētes p̄ter mercedē/ ꝓ fine parati sunt ad pericula subeunda: et vitam ꝓ paruo lucro ꝑmutant: fortes vero se dignificantes/nō nisi ꝓ maximis rebus vitā periculis obijciunt: igitur. ¶ Hic philosophus epilogat dicens: ꝙ ex dictis non difficile est accipere quid est fortitudo: potest autem sic describi. Fortitudo est habitus medio modo se habens scđm rectam rationem circa timores et audacias propter bonum.

Questio. Q ueritur vtrum fortitudo sit virtus cardinalis existens circa pericula mortis ī bello/ medians inter timores et audacias.
Qōnis enodatio. ¶ Pro solutione dubij.

Primo aduertendū. Acceptiōes fortitudis. Sciendū est primo ꝙ fortitudo accipitur quattuor modis. Primo modo pro robore corporis: et hoc modo non est virtus moralis/sed naturalis. Scđo modo accipit̄ ꝓ firmitate animi in oī bono rationis difficultatē hn̄te: et fortitudo hoc modo accipiendo terminū/nō est virtus specialis: sed cuilibet virtuti cōmunis. Tertio modo accipitur ꝓ firmitate animi in rebus grauibus/difficilibus et periculosis: et h̊ siue in huiusmodi p̄iculis sit cōtrapugnatio siue nō. Et sic fortitudo est virtus magnanimitatis et fortitudinis quarto modo accepte/cōmunis et virtus cardinalis. Quarto accipitur pro firmitate mentis ratione regulata in his periculis in quibus est contrapugnatio/sicut sunt pericula bellorū: et sic accipitur hic a philosopho fortitudo: et est virtus specialis ab alijs distincta/et pars virtutis cardinalis: scꝫ fortitudinis tertio modo accepte. Sed accipiendo hoc modo fortitudinē/dubium est an sit vna virtus specie vel solū genere. Quidā aūt dicunt ꝙ est solum vna genere et nō specie specialissima: cū sub ea cōtineant̄ diuersi habitus inclinantes ad diuersos act⁹ specie distinctos: puta ad aggrediendū et expectandū: et ꝙ isti actus sint specie distincti moraliter/ patet: q2 constat multos se habere recte et laudabiliter in aggrediendo/qui non se habēt laudabiliter in expectando. Alij dicunt ꝙ est vna virtus non solum genere/ sed etiam specie specialissima. ¶ Sed pro istarum opinionū concordia potest dici ꝙ hoc nomē fortitudo/pōt accipi dupliciter. vno modo nō collectiue: scꝫ pro vno simplici habitu fortitudinis acquisito ex actibus eiusdem speciei: et sic accipiendo terminū/habet veritatem prima opinio. Nam iste terminus fortitudo/plures tales habitus specie distinctos sub se cōtinet: puta habitū acquisitū ex actibus aggrediendi: et habitum acquisitū ex actibus expectandi: et habitum fugiendi. Alio modo accipitur collectiue sicut videtur accipi cōmuniter a philosophis: scilicet pro totali aggregato ex omnibus p̄dictis habitib⁹: et sic est species specialissima. Et similis distinctio fieri posset quasi de qualibet alia virtute/aut virtutis nomine.

Sciendū secūdo ꝙ non ideo aliqua virtus dicitur cardinalis: quia precipue sibi vendicat id quod ꝑtinet cōmuniter ad virtutes: quia si sic/ sequeretur ꝙ essent tantū tres virtutes cardinales/eo ꝙ sunt tantū tria que cōmuniter ꝑtinent ad omnes virtutes: vt dicitur secūdo huius: scilicet ꝙ quis operetur sciens/eligens ꝓpter debitū finem: et ꝙ firmiter/ et immobili iudicio. Hec dicitur virtus cardinalis: quia sic circa eā voluitur velut in cardinibus tota humana conuersatio/ꝙ habēs eas est simpliciter bonus et nō malus: aliqua vero deficiente quibusdam alijs habitis/ nō dicitur simpliciter bonus: ita ꝙ sic sup virtutes cardinales sustentatur humana conuersatio: ꝙ alie nō sunt nisi congruitate et decore bonitatis humane/et nō de necessitate: quia si sic/ sequeretur ꝙ quilibet peccans vitio opposito virtuti cardinali/peccaret mortaliter: q̊d tamē falsum est: vt patet de vitio opposito magnanimitati/q̃ est species fortitudinis virtutis cardinalis. Nam scđm philosophū quarto huius: caninus et pusillanimus non videntur esse mali/neqꝫ iniusti: nō enim malefactores sunt/ peccantes autē: sed ideo iste quattuor virtutes/ prudētia/iusticia/temperantia/et fortitudo dicūtur cardinales: quia circa eas tanq̄ꝫ circa cardines sic voluitur moralis honestas: ꝙ habens eas/habet potissimos virtutū habitus: et cū hoc habet habitus inclinātes ad actus oim aliarum virtutum moralium/

Scđo aduertendum.

et eos limitantes/sic ꝙ per huiusmodi q̃ttuor habitus faciliter exit in omniũ aliarũ virtutũ actus inclinantes quidem/non immediate sed mediante actu suo electo qui est proxima causa actus alterius virtutis. ¶ Ex quo patet ꝙ predicte virtutes dicte sunt cardinales ex precellentia ⁊ principatu quem habẽt ad alias ꝟtutes: et iste principatus cõsistit in trib⁹ cõditionibus. Prima est: ꝙ sint in regimine mentis potiores. Scđa est: ꝙ inclinẽt in act⁹ aliaꝝ ꝟtutũ ⁊ facilitẽt eos. Tertia est: ꝙ limitẽt aliarum virtutum actus et opa. ¶ Quantũ ad secundum articulum sit

Prima conclusio.

Cõclusio ꝓma. Fortitudo tertio modo accepta/est virtus cardinalis: ptꝫ: quia fortitudo que enumeratur inter virtutes cardinales/ continet sub se magnanimitatẽ: et distinguitur ab aliis virtutibus cardinalibus: sed hec nõ cõueniũt fortitudini scđm eius ꝓmam/ secũdam/aut quartã acceptionẽ: sed solum tertiam acceptionẽ: igitur.

Secũda cõclusio.

Secũda cõclusio. Fortitudo quarto modo accepta/est virtus specialis: ptꝫ: q2 fortitudo h̃ modo accepta/habet specialẽ materiã et actus speciales ab oĩm aliarũ virtutũ actibus distinctos. Nã materia eius est periculum in bello contingens: et actus eius est subire vel non subire huiusmodi pericula cõformiter ad iudicium recte rationis: igitur.

Tertia cõclusio

Tertia conclusio. Fortitudo non est circa timores et audacias tanꝙ̃ circa obiectum sui actus exterioris: sed tanꝙ̃ obiectum partiale sui ꝓprii actus interioris/maxime secundũ gradũ ꝑseuerantie et cõtinentie. Prima ps ptꝫ/q2 nec timor/nec audacia sunt obiecta act⁹ exterioris fortitudinis/ sꝫ terribile et ausibile: igitur. Scđa pars ꝓbatur: quia oĩs virtus q̃ ẽ circa aliquẽ actum: est etiam circa oẽ illud qđ est scitũ esse impeditiuum talis actus tanꝙ̃ circa partiale obiectũ: sed fortis secundũ gradũ ꝑseuerantie/scit ꝙ timor impeditiuus est actus sue fortitudinis: et fortis secundũ gradũ continentie/scit ꝙ audacia etiam impeditiua est sui actus: igit. Secũdo sic. Quicquid ẽ obiectũ prudẽtie directiue fortitudinis/ illud est obiectũ fortitudinis: alˀs nõ esset act⁹ voluntatis sufficienter cõformis actui rationis: sed prudentia directiua fortitudinis scđm ꝑdictos gradus habet timores et audacias pro obiectis saltem partialibus: igitur.

Quarta cõclusio.

Quarta cõclusio. Fortitudo mediat inter timores et audacias tanꝙ̃ inter passiones per ipam fortitudinem regulariter et per se cohibendas. Probat: quia circa pericula mortis in bello possunt haberi tres actus/ et ex consequenti tres habitus. Unus est fugere huiusmodi pericula contra iudiciũ rõnis ad quem inclinat timor. Alius est subire huiusmodi pericula contra iudiciũ recte rationis ad quẽ inclinat audacia. Et tertius est subire vel nõ subire ipsa pericula scđm iudiciũ recte rationis: et iste act⁹ est laudabilis et medius ad queꝫ inclinat fortitudo: igitur. Dicitur notanter regulariter/et ꝑ se: quia fortitudo bene est cohibitiua amoris/ et odii/delectationis/et tristicie/et generaliter omnium aliaꝝ passionũ: nõ tamẽ ꝑ se et regulariter.

Instantie contra cõclusiones.

Contra questionem sic instatur. Si fortitudo esset virtus cardinalis/ sequeretur ꝙ cõsisteret in medio: vt dicitur secundo huius: sed fortitudo est circa extremũ: q2 est circa mortẽ que est terribilissimũ oĩm: ergo fortitudo nõ est virtus.

Ad primã dicitur ꝙ dupliciter aliqs habitus põt dici esse circa extremũ. Aut tanꝙ̃ circa materiã sui actus: et sic conceditꝰ ꝙ fortitudo est circa extremũ malũ. Alio modo tanꝙ̃ circa suũ actum: et sic fortitudo est circa mediũ/et nõ circa extremũ.

Secundo arguitur ꝙ nõ sit cardinalis: q2 scđm Albertũ/ ꝟtutes dicunꝰ cardinales: q2 in eis vt in cardinib⁹/tota voluitꝰ hũana ꝯuersatio: sed in fortitudine nõ voluitꝰ tota humana cõuersatio/cũ ipsa sit circa terribilissima: igitur non est virtus cardinalis. ¶ Ad secundam patet solutio ex dictis. — Albert.

Tertio arguitur. Scđm Tulliũ/fortitudo est cõsiderata periculorũ susceptio/et laborũ perpessio: hoc autẽ non solũ conuenit laboribus bellicis/aut periculis mortis: ergo fortitudo nõ solũ est circa ꝑicula mortis in bello. In oppositũ est Aristo. et oẽs philosophi morales.

Ad tertiam dicitꝰ ꝙ Tullius nõ accipit fortitudinem strictissime/sicut accipitꝰ ab Aristo. in proposito.

Dubitatur primo vtrũ vir fortis qui se põt saluare ꝑ fugã/magis debeat eligere mori q̃ fugere. ¶ Pro solutiõe dubii est aduertendũ ꝙ aliter respõdetur ad istud dubium scđm veritatẽ: scꝫ ponendo immortalitatẽ animarũ et aliam vitã ꝓmiatoriam post hanc vitaꝫ. Et aliter scđꝫ aliquos phos: si in hoc mereãtur dici philosophi: qui dubitant de immortalitate aĩe rationalis/vel nõ ponũt aliã vitam ꝓmiatoriã post istam: nã certũ est scđm veritatẽ fidei/ꝙ licitũ est pro integritate fidei et rerũ publicarũ defensione/mortẽ subire ab alio illatam: innitendo autem rationibus naturalibus/ supponendo ꝙ ex ipsis non potest ostendi immortalitas ipsius anime: respondetur ad dubium per aliquas ꝓpositiones. — Primum dubium.

¶ Prima est. Multa sunt peccata que magis fugienda sunt q̃ mors: ita ꝙ si viro bono offeratur conditio mortis nisi ea ꝑpetraret: potius debet subire mortẽ q̃ ea perpetrare. Hec ꝓpositio ptꝫ per philosophũ in ꝓmo capitulo huius libri dicentẽ. Quedã autẽ fortassis non est cogi/ sed magis moriendũ patientẽ durissima. — Prima positio.

¶ Secunda propositio. non quotienscũqꝫ fortis certus est se non posse saluari nisi per fugam/fugere debet: patet in casu in quo ad fugam viri fortis sequitur fuga totius exercitus/et destructio rei publice: et per non fugam eius sequitꝰ virilis defensio totius exercitus. — Secũda positio.

¶ Tertia ꝓpositio. Aliquãdo cũ fortis videt ꝙ ꝑ solam fugam saluari põt/fugere ⁊ nõ manere in acie tenetur: ptꝫ in casu in quo per eius fugam nullũ detrimentũ affertur exercitui pugnanti. — Tertia positio.

¶ Quarta propositio. Vir fortis pro defensione patrie/debet et tenetur se non tantum periculis mortis: sed etiam ipsi morti exponere: patet per philosophum in quarto capitulo huius tractatus/vbi inquit. Mors quidem et vulnera tristia forti/etiam volenti erunt. sustinet autem hec/quoniã bonum/vel quoniã turpe non est. Et ratione probatur sic. Unicuiqꝫ recta ratio dictat ꝙ magis debet eligere solus mori/ q̃ cum ceteris/et cum patrie destructione: sed in certo casu contingit ꝙ per fugam viri fortis ipse cum ceteris/et tota regio peribit: vbi persistendo/ et moriendo resisteretur hostibus. — Quarta positio.

¶ His notatis ponitur conclusio. Vir fortis — Cõclusio.

qui se potest

qui se potest saluare per fugam/debet magis eligere mortem q̄ fugam: quia de duobus malis/min⁹ malum semper est eligendum: sed fugere est minus malum q̄ mori: igitur.

Instātie cō tra ɔclonē. **Ad primā dubij ratione dicitur q̄ in** casu/fugere est malus malum q̄ mori: quia fugere est malum moris: mori vero tantū est maluz nature.

Secūdo arguitur. Primo rhetorice dicitur q̄ magis delectabile est eligibilius min⁹ delectabili: et minus triste magis tristi: sed minus triste est fugere q̄ mori: ergo fugere est eligibilius q̄ mori. In oppositum est philosophus in tertio tractatu huius libri.

Ad secundā dicit q̄ in casu apud bonos minus triste est mori q̄ fugere.

Scōm dubium. Dubitatur secundo vtrum sustinere sit melior actus fortitudinis q̄ aggredi vel inferre. ¶ Pro solutiōe dubij aduertendū est q̄ nō possunt imaginari nisi sex actus fortitudinis: scz fugere/cūctari/expectare/sustinere/inferre/et aggredi. Quid sit fugere satis constat. Cunctari est pro tempore se a dimicatione sustrahere/vt hostilis exercitus magnitudo paulatim ad tenuitatē redacta/tandem facilius superetur. Expectare est se ad pugnam paratam immobilem prestare: et aduersarium inuadētem fortiter excipere. Aggredi est in hostem insilire. Sustinere est inter ict⁹/vulnera/dolores/ꝛ talia ab aduersarijs pugnando inflicta detrimenta/constanter in acie perdurare. Inferre est huiusmodi detrimenta aduersario infligere.

Propositiones pro dubio declarando. **Isto notato respondetur ad dubium** per quattuor propositiones. ¶ Prima est. Fuga est act⁹ minus principalis ceteris actibus fortitudinis: patet: quia est actus minus difficilis. Secunda propositio. cunctatur est actus fortitudinis excellentior fuga/et reliquis quattuor minus excellens: patet: quia est actus difficilior fuga/et min⁹ difficilis alijs: igitur. ¶ Tertia propositio. Expectare est actus minus principalis q̄ aggredi. probatur: quia est actus minus difficilis. Nam aliqua multitudo sufficit ad expectandum/que non sufficit ad aggrediendum. ¶ Quarta ꝓpositio. Sustinere est actus difficilior fortitudinis/q̄ īferre/vel aggredi: probatur. quia qcquid difficultatis habet percussio et illatio malorū in hostē/illud difficultatis habet pati/siue sustinere: et cum hoc multas alias difficultates: quia dolores actuum et vulnerum. igitur pati et perdurare inter grauissimas illas passiones laborum et dolorum/est maxime proprius actus fortitudinis ꝛ difficillimus.

Instātie cō tra ɔclonē. **Contra secundā cōclusionem sic in**statur. Sustinere non est melior actus fortitudinis q̄ aggredi vl' inferre: patet sic. quia difficilius est aggredi q̄ sustinere: ergo aggredi est principalior actus q̄ sustinere: consequentia tenet: quia virtus est circa bonū et difficile.

Ad primā rationē dicit q̄ p sustinere/possumus intelligere duo: scz passionē exteriorem pcise: et hmōi passio violenta est/neq̄ exigit laborē in patiente vt suscipiatur. Alio modo potest dicere actum interiorem imperatiuum actualiter huiusmodi passionis ꝛ perdurationis in ea vsq̄ ad mortem: et iste actus est multo difficilior q̄ actus inferendi vel aggrediendi.

Secūdo arguitur. Bene operari est difficilius q̄ turpia nō operari: sed aggredi est bene operari: acceptare vero q̄ nō fugere/est turpia non operari: igit. In oppositū videtur esse Aristo. in quarto capitulo hui⁹ tertij tractatus.

Ad secūdam ɔceditur maior: ꝛ negatur minor: q: qui sustinet/nō solum nō opatur turpia: sed etiam operatur honesta opatione actus interioris in hoc q̄ inter tot incommoda ictuū et vulnerū semper perseuerat.

Dubitatur tertio vtrū timor et intimiditas sint vitia fortitudini opposita. ¶ Pro solutione dubij est aduertendū q̄ fortitudo est circa terribilia et ausibilia. Cōtingit autē circa terribilia supabundare in timendo ea: ꝛ vitium quo sic deficimus/dicit timor vel timiditas. Contingit etiam deficere in timendo ea: et vitiū quo sic deficimus/vocatur intimiditas: quod vitiū Aristo. dicit esse supabūdātiā impauiditatis: ꝛ dicit ipm esse innominatū: nec ī hoc ei cōtradicim⁹: q: supabundare in ipauiditate/ē deficere ī pauiditate. Silr circa ausibilia ɔtingit supabundare et deficere: et talis supabūdantia vocat audacia. Defect⁹ vero dr vecordia vel (vt vulgarius dr) cohardia: ꝛ q: oīs supabūdans in timendo/deficit in audendo: ideo Aristo. dicit timidum deficere in audendo: non quia eadem ratio sit malicie superabundare in timendo/et deficere in audendo: sed quia cui primū cōuenit/ei cōmuniter conuenit et scōm: eo q̄ difficilius est inuadere hostem q̄ expectare inuadentem. Tertiū dubium.

Aduertēdū est vlterius q̄ timor accipitur dupl'r. Uno mō generaliter p oī tristicia causata ex apprehensione alicuius mali de prope futuri. Secundo modo pro tristicia causata ex apprehensione terribilium malorum belli de prope futurorum. Et isto modo adhuc accipitur tripliciter. Uno mō p tristicia illa scōm q̄ est naturaliter causata ex apprehēsione obiecti in potentia/vel sensitiua/vel volitiua. Secundo modo accipitur p huiusmodi tristicia siue iclinet efficaciter ɔtra iudiciū rōnis/siue nō. Tertio modo accipitur p huiusmodi tristicia efficaciter inclinante contra iudiciū rationis. Similiter potest dici de intimiditate/vecordia/et audacia. Intimiditas vno modo accipitur p omni immobilitate animi in apprehensione terribilium de ppe futurorum/siue sit superabundans/siue non. Secundo modo p immobilitate animi circa terribilia belli/siue p carētia timoris huiusmodi periculorū. Et isto modo accipitur tripliciter. Uno modo p carentia illa pro tpe illo pro quo timor oppositus appetitui natus est naturaliter causari: ꝛ sic ꝓprie itimiditas est passio. Secundo modo accipitur pro huiusmodi carentia/siue inclinet efficaciter contra iudiciū rationis/siue non. Tertio modo accipitur pro huiusmodi carentia efficaciter inclinante contra iudicium rationis. Similiter audacia accipitur dupliciter. Uno modo pro quacunq̄ superabundantia audendi respectu quoruncūq̄ ausibilium. Secundo modo pro huiusmodi superabundantia respectu ausibiliuz bellicorum. Et hoc modo accipitur tripliciter. Uno modo pro huiusmodi superabundantia pro tempore pro quo causatur naturaliter. Secūdo modo pro huiusmodi

superabūdantia/siue inclinet cōtra iudiciū rōnis/ siue non. Tertio modo pro huiusmodi superabundātia efficaciter inclinante contra iudicium rōnis: tūc

Respondetur ad dubium per aliquas propositiones. ¶ Prima est. Nō omnis timor/ nec omnis intimiditas/ nec omnis vecordia/ nec oīs audacia primo modo/ est vitium fortitudini oppositum: patet: quia non omnis talis est circa materiam fortitudinis. ¶ Secunda propositio. Nullum predictorum secundum ꝙ est passio/ est vitium fortitudini oppositum: probatur: quia passionibus nec laudamur/ nec vituperamur: vt dicit Aristo. vitijs autem vituperamur: igitur. ¶ Tertia propositio. Nullū ꝑdictorū non inclinans efficaciter contra iudicium rationis/ est vitium fortitudini oppositum: patet: quia nihil tale est vitium in homine nisi per consensum voluntatis formalem vel interpretatiuum: sed si non inclinet efficaciter contra iudicium rationis/ non habetur consensus voluntatis / nec formaliter / nec interpretatiue: igitur. ¶ Quarta propositio. Quodlibet predictorum efficaciter inclinans contra iudiciū rationis recte dictantis conformiter ad precepta vel ꝓhibitiones legis nature aut diuine/ est peccatum: ptʒ: quia oīs actus quo efficaciter mouemur contra ꝑceptū diuinū/ ē peccatū. ¶ Quinta ꝓpositio. Hec omnia accepta vt dicunt elationē vel delectationeʒ animi: elationem quidem circa eadem/ vt vecordia: elationē circa terribilia/ vt intimiditas: vel delectionē circa eadē/ vt timor: sunt vitia fortitudini oppositā: patet: quia sunt vitia circa materiam fortitudinis que per nullam circunstantiam trahuntur ad aliud genus vitij: igitur. ¶ Sexta ꝓpositio. Si ista accipiantur precise vt dicunt supabundantiam aut defectum circa terribilia ꝛ ausibilia/ non sunt fortitudini simplici opposita: sed aliqn̄ opponūtur fortitudini in certo gradu: scʒ secundū gradū continentie/ vel tēperātie vel heroicū: puta supabūdare in inuadēdo/ vel expectando propter ꝓmiū/ vel ꝓpt vitionē/ aut aliā causam consimilem. Similiter deficere in sustinendo/ vel in inuadendo propter amicitiam ad hostes patrie/ vel propter intemperantiam/ non opponitur fortitudini simplici: sʒ h̃ mō supabūdare vel deficere ꝓpter vtilia vel delectabilia/ opponiť fortitudini secundū gradū ꝯtinētie: ꝓpterea vero ꝙ moleste sunt opponiť fortitudini scd̃m gradū ꝑseuerātie: et hoc si nō excedant cōmunem facultatē hominū. quia si cōmunē hominū facultatē excederent/ tunc opponerētur fortitudini scd̃m gradū heroicū. Probatur: quia oē vitium est fortitudini oppositum cui est incompossibilis fortitudo: q2 nō stat simul ꝙ aliquis faciat fortiter/ et tamen propter aliquam dictarum causarum deserat opus fortitudinis: igitur.

Instātie cō tra cōclusionem.

Contra tertiā conclusionē sic instatur. Timor et intimiditas non sunt vitia fortitudini opposita: qḋ ptʒ sic: q2 timor est passio: ergo nō est vitiū oppositū fortitudini: ꝯn̄a tenet: q2 nulla passio est vitiū. Nā ꝓm nullam passionem vituperamur.

Ad primam rationem dubij dicitur ꝙ si accipiatur passio pro actu appetitus sensitiui vel intellectiui / qui nec bonus est nec malus moraliter: et de quo nec laudamur nec vituperamur: tunc passio diciť tantū de primis motibus ꝑ tpe ꝑ q̊ sunt ꝓmi mot⁹ pro quo non sunt libere eliciti/ nec iperati/ nec permissi: et tunc argumentum concludit pro scd̃a propositione. Sed si accipiatur passio generaliter pro omni actu appetitus sensitiui vł intellectiui quomodo accipitur ab Aristo. quando dicit amorem/ odium/ iram/ et huiusmodi esse passiones: tunc dicitur ꝙ passionum alique sunt bone/ et alique male: et alique nec bone/ nec male.

Secundo arguitur. Omne vitiū fortitudini oppositum/ impedit aliquando opus fortitudinis: sed intimiditas nūqꝫ impedit opus fortitudinis: igitur. Minor patet: quia impauidus fortiter sustinet/ ꝛ audacter aggreditur. In oppositū est philosophus in scd̃o capitulo huius tertij tractatus. ¶ Ad secundum negatur minor.

Tractatus Tertius.

¶ Ca. j. Ostēdit temperantiam circa voluptates in gustu ac tactu versari: et precipue in tactu qui sensuum est communissimus.

Post hanc autem de tēperantia dicam⁹. He nāqꝫ virtutes partium earum esse videntur que sunt rationis expertes. Atqꝫ temperantiā circa voluptates mediocritatem esse iam antea diximus. min⁹ enim/ et nō similiter circa dolores versatur. In eisdem autem et intemperantia esse videtur. sed nunc circa quas est voluptates determinemus oportet. ¶ Diuidentur igitur anime atqꝫ corporis voluptates. vt honoris cupiditas/ et auiditas discipline. nam tam ambitiosus q̃ȝ auidus discipline eo gaudet cuius est auidus. ꝛ corpus nihil: sed mens potius patitur. atqꝫ iis qui voluptatibus huiuscemodi alliciuntur: nec temperantes nec intemperantes dicuntur. Pari modo neqꝫ qui circa ceteras voluptates que non attribuuntur corpori occupanť. eos em̄ q fabulis/ ꝛ narrationib⁹ delectāť/ ꝛ circa talia dies cōsumūt/ ṽbosos quidē atqꝫ deliros: intēperātes aūt nō ꝯsueuim⁹ appellare. Nec eos etiā q pecuniarū vel amicorū causa dolēt. tēperātia igiť non circa aīe: sʒ circa corporis voluptates versať. ¶ Non tñ ꝛ circa has ipas oēs. Qui nāqꝫ reb⁹ iis gaudēt q̄ visu ꝑcipiūtur/ vt colorib⁹/ figuris/ pictura: nec tēperātes nec intēperātes dicūtur. etsi videnť et his hoīes ꝛ vt opʒ/ ꝛ magis q̃ȝ opʒ/ ꝛ min⁹ etiā gaudere. Sīli modo neqꝫ q reb⁹ iis gaudēt q̄ auditu percipiūtur. nemo em̄ aut eos qui cantu/ vel histrionis gaudēt voce plusq̃ȝ oportet/ intēperātes/ aut eos q vt oportet eisdem gaudēt/ tēperātes appellat. Nec etiā ii q circa odores gaudēt: nisi ꝑ accidēs. non em̄ eos q malorum aut rosarū/ aut vaporum/ sed eos potius

qui vnguētorum

qui vnguentorum aut epularum odorib⁹ delectantur: intẽperantes dicimus esse. his enim intẽperantes ex eo gaudent: q̃ p hos ipsis rerum earum quas cupiunt recordatio fit. Videre etiam licet ⁊ ceteros/ cum esuriunt: epularum gaudentes odore. at his delectari intẽperantis est: quippe cum eius hec obijciãtur cupiditati. ¶ Atqui neq̧ cetera animalia voluptatẽ: nisi per accidens/ per hosce capiũt sensus. Neq̧ enim odore leporum/ sed esu gaudẽt canes: odor autẽ sensum ferit. neq̧ voce bouis leo: sed esu. per vocem autem sensit illum esse propinquum: atq̧ hoc ipso gaudere videtur. Pari modo neq̧ si vidit aut inuenit ceruum/ aut ferã caprã/ hoc ipso gaudet: sed quia cibũ habebit. circa voluptates igitur tales/ tẽperantia intemperãtiaq̧ versatur/ que quidem ⁊ ceteris aĩalibus sunt cõmunes. ¶ Quocirca seruiles ⁊ ferales esse videntur. he autem sunt q̃ tactu/ gustuq̧ suscipiuntur. ¶ Atenim ⁊ gustu intemperantes parum/ vel minime vti videntur. gustus enim officium/ saporũ iudiciũ est. quod quidẽ ij faciant qui vina probant: et epulas condiunt. nõ nimium autem hisce gaudent intemperantes/ sed voluptate/ que fit oĩs per tactum/ ⁊ in esculentis/ ac poculentis/ et in ijsce que venerea nũcupantur. Quapropter et quidã voluptatibus deditus epularũ (Philoxenus quidem Eryxius) precatus est: vt lõgius sibi guttur q̃ gruis fieret ꝑpterea q̧ tactu delectabat. ¶ Sensuũ igitur maxime cõmunis est is: circa quem intemperantia versatur. Atq̧ propterea iure vituperanda esse videtur: q̧ hominibus non ratione qua homines sunt/ sed qua animalia/ accidit. talibus igitur gaudere/ maximeq̧ talia amare: ferale est. Eteñ liberalissime voluptates que per tactũ proueniũt: excepte sunt. Ut ee que in ludis ac certaminibus per fricationem/ caloremq̧ fiũt. non eñ intẽperantis tact⁹ circa vniuersum est corpus: sed circa quasdã corporis partes.

Istud capitulũ sex ꝯclusionibus absoluit. ¶ Prima cõclusio. Tẽperantia et intẽperantia sunt circa delectationes et tristicias/ minus tamẽ circa tristicias q̃ circa delectationes. Hãc ꝯclusionem nõ ꝓbat hic phus: sed relinquit eã notam ex his que dicta sunt in scḋo libro. *Prima conclusio*

Secũda cõclusio. Tẽperantia et intẽperãtia sunt circa delectatiões corpales: ꝓbat phs. q̃ duplices sunt delectatiões: scz aĩales ⁊ corpales: sz temperãtia ⁊ intẽperãtia sunt circa delectationes aĩales: q̃ sunt circa delectatiões corporales. Maiorem relinquit notã: et minorẽ ꝓbat inductiue: q̃ tẽperantia et intẽperantia nõ sunt circa delectationes honoris aut discipline: quia circa illa mens gaudet nihil patiente corpore: neq̧ delectãtes talibus dicũtur temperati aut intemperati. Similiter temperantia et intemperantia non sunt circa delectationes prouenientes ex amore fabularum et narrationum contingentium. neq̧ delectantes in talibus: intemperatos/ sed garrulos siue verbosos dicimus. Neq̧ tristantes in pecunijs/ vel amicis/ dicimus intemperatos: et sic de alijs delectationibus ⁊ tristicijs anime: igitur temperantia et intemperantia non sunt circa delectationes animales. Que autem delectationes dicantur animales/ et que corporales: videbitur in sequenti questione. *Secũda cõclusio*

Tertia conclusio. Non circa omnes delectationes corporales sunt temperantia et intemperantia. Probat philosophus: quia circa delectanes visibilium inquantum huiusmodi/ non sunt temperantia et intemperantia: quia delectantes in coloribus/ figuris/ et picturis: neq̧ temperati/ neq̧ intemperati dicuntur: licet in eis contingat delectari vt oportet: et plus/ et minus q̃ oportet. Similiter delectationes in audibilibus superabundanter/ puta in melodijs et ypocrisi: id est in pronunciatione nullus dicit intemperatos/ neq̧ eos qui se habent circa talia (vt oportet) temperatos. Similiter delectantes in odoribus/ non dicuntur temperati vel intemperati/ nisi scḋm accidens: sicut delectantes in odorib⁹ pomoꝝ. vel thymiamatũ/ nõ dicũtur tẽperati vł intẽperati: licet gaudẽtes odorib⁹ vnguentorũ vel plumentorum/ dicantur temperati vel intemperati per accidens: quia per ea fit eis rememoratio rerum quas concupiscit: quod probat philosophus a signo: quia videmus quosdam quando esuriunt/ gaudentes odoribus ciborum quos concupiscunt: sed gaudere in cibis plus q̃ oportet/ intemperati viri est: igitur. ¶ Hic ostendit philosophus incidentaliter q̧ alia animalia ab homine/ non delectantur per se in sensibilibus predictorum trium sensuum: sed solum per accidens. vt canes odoribus leporum non gaudent per se: sed cibatione que per odorem representatur. neq̧ leo in voce bouis/ vel in visione cerui/ vel capre siluestris/ per se delectatur: sed solũ ꝑ accidens: quia scilicet sperat habere cibum. *Tertia conclusio*

Quarta ꝯclusio. Temperantia ⁊ intẽperantia sunt circa delectationes gustus et tact⁹. Probat phus: q̃ circa delectatiões ĩ quib⁹ alia aĩalia cõmunicãt cũ hoibus/ que seruiles et bestiales dicuntur/ sunt temperantia et intemperantia: sed delectationes gustus et gustus et tactus sunt hmõi: igitur. ¶ Ex ṗdictis infert correlariũ. Delectatiões ĩtẽperatoꝝ seruiles sunt ⁊ fere/ q̃ gustu ⁊ tactu fiũt: q̃ sensus oĩbus animãtibus sunt cõmunes. *Quarta cõclusio.* *Correlariũ*

Quinta cõclusio. Tẽperãtia et intẽperantia principalius sunt circa delectationes tactus q̃ gustus: patet: quia temperantia et intemperãtia magis sunt circa multũ delectabilia q̃ circa parũ delectabilia: sed q̃ ad tactũ ꝑtinent/ sunt parũ delectabilia: q̃ vero ad gustũ/ parũ. Minor dupliciter probat: primo a signo. scḋo rõne. Ratione sic. Nam delectatio gustus (distinguendo gustum contra tactum) consistit in quodam iudicio saporum: sed in tali iudicio/ homines non multum delectantur: vt patet de illis qui vina probant/ et pulmenta condiunt. *Quinta cõclusio.*

Nota.

Sed intēperati multū delectātur in vsu eorū q̃ perti
nēt ad tactū: vtpote in vsu ciborum / ⁊ potuū / et vene
reorū. A signo sic ꝓbatur. Nam quidā bibacissimꝰ /
edacissimusq; / vtpote Philoxenus Eryxius / Iouē
orauit vt guttur lōgius gutture gruis sibi daret ad
diutius fruendū voluptatibus ciborū / et potuū: igit̃
signū est homines nō tm̄ delectari in gustu / cuius or
ganū est lingua: sicut i tactu / cuiꝰ organū est guttur /
⁊ similiter totū corpꝰ. ❡ Ex dictis inferūtur tria cor
relaria. Primum est. Sensus tactus scd̄m quem est
intēperantia / est cōmunissimus sensuū: patet: q꞉ con
uenit omnibus aialibus. ❡ Scd̄m correlariū. Intē
perantia est exprobratione digna; ptz: quia inest ho
mini non ea ratione qua homo est: sed qua est brutū.
❡ Tertiū correlariū. Maxime bestiale est gaudere
delectationibus scd̄m tactum / et ipsis vti.

Primū correlarium. Scd̄m correlarium. Tertiū correlarium.

Sexta conclusio. Non circa oēs partes corpis sunt tēperātia ⁊ ītēperātia.

Sexta cōclusio. Non circa oēs dele
ctationes tactus / sunt tēperantia et intemperātia:
ptz: quia non sunt circa delectationes tactus libera
lissimas: vt sunt ille que fiūt in gymnasijs et certa
minibus per cōfricationē et calefactionē: quia intē
perati tactus non fiūt circa totum corpus: sed circa
aliquas determinatas partes corporis.

❡ Ca. ij. Ostēdit circa cōmunes voluptates vno
modo / circa proprias multipliciter peccari. Aliter tē
perātiam circa dolores q̃ fortitudinem esse: intem
perantem a cupiditate vinci: insensibiles vix reperi
ri. Temperātem circa dictas voluptates medium
ſm rationem rectam obseruare.

Cupiditatum autē alie cōmu
nes esse vidētur: alie proprie
atq; adiuncte. Alimenti nāq;
cupiditas; naturalis est. oēs
enim cū indigent nutrimento /
siccum aut humidū alimētū /
et nonnūq̃ vtrūq; cupiunt. cubile etiam cupit
(vt inquit Homerus) iuuenis atq; vigēs. Nō
autē oēs tale vel tale / vel eadē cupiunt. quocir
ca nostrum idipsum esse videtur. habet tamen
et aliquid naturale. Alios enim alia delectāt:
et quedā quibusdā magis (q̃ alia q̃cūq;) sunt
voluptati. ❡ Hec cū ita sint: in naturalibꝰ q
dē cupiditatibꝰ pauci peccant / ⁊ ad vnum / ad
ipsum inq̃ plus. Cum enim quispiā quevis co
medit / aut bibit donec impleatur superfluo: fit
tū rei naturalis exuperatio multitudine. ipsa
nāq; naturalis cupiditas indigentie est reple
tio. quapropter hi furentes circa ventrē dicun
tur: quia vltra q̃ oportet ipsum implent atq;
refarciunt. Tales autem ij fiunt qui mancipijs
sunt persimiles. At circa proprias cupidita
tes / complures hominū / multisq; modis de
linquūt. Nam cum taliū amatores ex eo dican
tur: quia vel gaudent quibus non oportet / vel
magis q̃ vt ipsi multi / vel nō vt oportet / in vni
uersis intemperantes excedunt. gaudent enim
quibusdā quibus nō oportet gaudere: quippe
cum sint odio digna. et si talium q̃busdā opor
teat gaudere: magis illis gaudent q̃ oportet /
et q̃ vt ipsa gaudet multitudo. ❡ Eam igi
tur exuperationē que est circa voluptates intē
perantiam esse / et vituperabilem: constat. Cir
ca vero dolores: non vt in fortitudine / sic in ipa
temperantia fit. vt temperans quidem dicatur
quispiam ferendo dolores: intēperans autem
non ferendo. sed intemperans quidem ex eo di
citur / quia dolet magis q̃ oportet: cum volu
ptate nō potitur. atq; ipsum dolorem affert ei
ipsa voluptas. tēperans autem ex eo q꞉ absen
tia rerum earum que efficiunt voluptatem nō
dolet illisq; abstinet. Intemperatus igitur ea
oīa que afferūt voluptatem / vel ea q̃ maxime /
cōcupiscit. et a cupiditate adeo ducitur: vt illa
ceteris oībus anteponat. quapropter ⁊ nō adi
piscens et cupiens dolet. cupiditas enim est
cum dolore. Absurdo autem est persimile ob
voluptatem dolere. ❡ Atqui deficientes in
voluptatibus ⁊ minus gaudentes homines q̃
oportet: non nimium fiunt. Non est enim insen
sibilitas talis humana. etenim animalia cete
ra cibos discernunt: et quibusdam quidē gau
dent / a quibusdam vero abhorrent. q̃ si quis
sit cui nullus prorsus est voluptati / nec vllus
ab alio differt: is longe ab homine distat. no
men autem non habuit talis: quia non facile
fit. ❡ Vir autem tēperans in his mediocriter
sese habet. Nec enim ijs gaudet / quibus intem
perans maxime delectatur: sed potius moleste
fert / nec ijs oīno q̃bꝰ delectari nō decet / nec ve
hemēter vllis rebꝰ huiuscemodi delectat̃ / neq;
si absint dolet / neq; cupit / nisi mediocriter sem
per. nec magis q̃ oportet / nec quādo nō opor
tet: vlla res oīno talis ipsum delectat. medio
criter autē ⁊ vt oportet eas res appetit q̃ volu
ptate quidem afficiunt: ad sanitatē autē et bo
nā corporis habitudinē cōferūt. et res ceteras
voluptatis effectrices identidem: si nec impe
pedimēto sint dictis habitibꝰ corporis nec ho
nestatis cancellos / nec facultatum metas egre
diant̃. Nā q ita sese habet magis q̃ dignū est:
eiusmodi voluptates amare videtur. at tempe
rans non est talis. sed ita sese habet: vt ipsa ra
tio recta prescribit.

In hoc capitulo continetur
concupiscentiaꝝ diuisio q̃ talis est. Cōcu
piscētiaꝝ q̃dā sunt cōmunes / q̃ naturales
dicūtur. Alie sunt proprie siue apposite.

Declaratur

Declaratur diuisio per exempla:et primo de cibus. Nã delectatio cibi et potus est naturalis:quia vnusquisqꝫ egens nutrimento/appetit siccum vel humidũ cibum/vel vtrũqꝫ:similiter delectatio somni est naturalis. Nam vt dicit Homerus. Juuenis et crescens appetit lectum:id est somnũ vel delectationem veneream. De proprijs etiam subdit exemplũ. Nam aliqui determinatũ cibũ et potũ appetũt sic ꝙ nõ aliũ: et tales delectationes sunt proprie: quia nostre sunt et per nos nobis insunt. Et dicuntur apposite:quia non insunt a natura/ sed a malo habitu: ꝗuis habeant aliquid naturale. Alia enim alijs sunt delectabilia/et quedam quibusdam delectabiliora:et hoc secundum naturalem instinctum.

Prima conclusio

Prima cõclusio. In cõcupiscẽtijs naturalibus pauci peccant/et solũ vno modo: scꝫ ꝑ superabundantiam:probatur. Nam comedere et bibere ad repletionẽ/ẽ excessus naturalis cõcupiscentie: quia repletio indigẽtie est secũdũ naturalem cõcupiscẽtiam:sed pauci sunt qui se preter indigentiam expleant : qui dicuntur gastrimargi : et sunt bestiales: igitur in cõcupiscentijs naturalibus pauci peccant et solum vno modo.

Secũda cõclusio.

Secũda cõclusio. Circa cõcupiscentias ꝓprias multi multipharíã peccant:ptꝫ. Nã quidam peccant delectando illis rebus quibus nõ oportet/vel magis ꝙ̃ oportet/vel vt vulgares/aut vt non oportet: ꝛ scdꝫ istas circũstãtias dicũtur intẽperati: igitur circa ꝓprias voluptates multi multis modis peccant.

Correlariũ.

¶ Ex dictis patet superabundantiã voluptatis intemperantiã esse:que vituperabilis est sicut alie superabundantie.

Tertia conclusio

Tertia cõclusio. Nõ eo modo est tẽperãtia circa dolores sicut fortitudo in tristicijs sustinendis/ꝛ intemperantia in non sustinendo: patet:qꝛ quis dicitur intemperatus eo ꝙ tristatur magis ꝙ̃ oportet:cũ delectabilia que vult/nõ adipiscitur.et is dicitur tẽperatus qui nõ tristatur ꝓpter absentiam delectabiliũ. fortis vero laudatur: quia sustinet magis tristicias:timidus autẽ vituperatur eas non sustinendo:igitur. Antecedens probatur quoad primã partem:quia intemperatus ꝯcupiscit omnia vel maxime delectabilia:et a cõcupiscẽtia ducitur ꝛ impellitur vt eam preferat alijs. Quobrẽ quãdo non adipiscitur quod desiderat/tristatur. Nam concupiscentia illius quod quis desiderat et non adipiscitur/est cũ tristicia:est aũt absurdo sic ꝓpter voluptatẽ dolere.

Quarta cõclusio.

Quarta cõclusio. Deficientes in delectationibꝰ ꝛ minꝰ ꝙ̃ oportet gaudentes/pauci cõperiũtur. Probaẗ:qꝛ talis insensibilitas nõ est humana:igitur. Antecedẽs ꝓbatur:quia cõmune est oibꝰ aialibus discernere cibos/ ꝛ in aliquibꝰ delectari: in alijs vero non:ergo talis insensibilitas nõ est humana/sed longe ab humana cõditione:ideo deficiẽtes non habent nomẽ impositum:quia pauci reperiũtur sed pñt vocari insensibiles:ꝛ eoꝝ vitiũ insensibilitas.

Quinta cõclusio.

Videt aūt circa honores (vt antea diximus) ⁊ alia q̄dā esse virtus q̄ quidē pinde sese habere videt ad aī magnitudinē: atq̄ sese hʒ ad magnificentiā liberalitas. he nāq̄ virtutes ambe a magnitudine quidē discedūt. circa v̄o mediocria/paruaq̄: nos vt oportet disponūt. ¶ Atq̄ vt in capiendis/dādisq̄ pecunijs mediocritas est/⁊ exupatio/⁊ defectio: sic ⁊ in honor appetitione fit/ vt magis q̄ optʒ ⁊ min⁹/⁊ vn̄ optʒ/⁊ vt optʒ/appetant honores. rep̄hēdimus eñ ambitiosum hoiem: atq̄ honoris appetitiōe vacātē. illū: q: plusq̄ optʒ/et vn̄ non optʒ honorē appetit. hūc: q: nec ob res quidem honestas honorib⁹ affici vult. interdū aūt illum tāq̄ virilē ⁊ rei cupidū pulchre. interdū hūc tāq̄ moderatuʒ/modestūq̄ laudam⁹: queadmodū ⁊ antea dixim⁹. ¶ Cōstat aūt cū plurib⁹ modis q̄spiā alicui⁹ cupidus rei dicat: nō ad idem nos semp ambitiosum ipm referre. sed cū laudamus: ad plerosq̄/q: magis q̄ plerīq̄ honores cupit. cū rep̄hēdim⁹: ad id qđ optʒ/ q: magis q̄ optʒ honores affectat. ¶ Cū aūt noie mediocritas careat: ɔtēdere de ipsa tanq̄ regione vacua/ videnṫ extrema. In quib⁹ v̄o exuperatio est/et defectio: in ijs est ⁊ mediū. at honores et magis q̄ optʒ affectanṫ/⁊ minus. ergo fit vt affectenṫ/⁊ vt optʒ. Laudaṫ igiṫ hic habit⁹ quo vt optʒ affectanṫ honores: cū sit mediocritas circa honorē noie carēs. Atq̄ ad ambitionē qdē vacuitas appetitionis honoris: ad vacuitatē aūt appetitionis honoris ambitio. ad vtrūq̄ autē vtrūq̄ quodā mō esse videṫ/quod qdē ⁊ in ceteris videtur esse virtutib⁹. Extremi aūt hic opponi vidētur: quia medio nullū est positum nomen.

Pria ɔclo

Quartū capitulū quattuor ɔclusiōib⁹ ⁊ vno correlario claudit. ¶ Pria cōclusio. Circa honores mediocres ē aliq̄ virt⁹ q̄ se hʒ ad magnanimitatē/ pinde ac liberalitas ad magnificētiā. Scđa ps ɔclusiōis p̄bat. Nam he v̄tutes ābe a magnitudie discēdūt: atq̄ circa pua ⁊ mediocria nos f̄m rectā rōnē disponūt: igit queadmodū liberalitas ē circa puos sumpt⁹ p h̄ differēs a magnificētia: sic ēt modestia ē circa puos honores p h̄ differēs a magnanimitate. Prior ps ɔclōis p̄baṫ: nā queadmodū circa erogatiōes/acceptiōes ve pecuniaꝝ ē mediocritas/supabūdātia/et defectio: sic etiā ɔtigit i honoꝝ appetitiōe/ vt honores appetāṫ magꝭ q̄ optʒ/⁊ min⁹ ⁊ vn̄ optʒ/⁊ vt optʒ: nā rep̄hendim⁹ ambitiosuʒ: id ē magis appetētē honores q̄ optʒ: ⁊ vacantē honore: id est min⁹ appetētē honorē q̄ optʒ. primū: q: plusq̄ optʒ/⁊ vn̄ nō optʒ honores expetit. Uacātem v̄o appetitione honoris reprehendim⁹: q: non vult honorib⁹ affici: id est nō vult honorari ob res honestas: id ē p̄pter opatiōes virtutū: igit circa honorū appetitionē repit mediū/supabundātia ⁊ defectus.

Scđa ɔclo

Secunda ɔclusio. Ambitiosum q̄nq̄ laudam⁹/q̄nq̄ vituperam⁹: qđ nō semp ad idē referimus. laudam⁹ eñ cuʒ ipsum ad plerosq̄ referim⁹: q: magis q̄ plurimi: id est vulgares/honorē cupit. ⁊ rep̄hēdim⁹: cū eū ad id qđ oportet/referim⁹: id ē ad ipʒ mediū: q: i ɔpatiōe ad v̄tutē magis expetit honores q̄ optʒ. In ɔpatiōe v̄o ad plebeiā mītitudinē eū laudam⁹: q: honores magꝭ appetit q̄ mītitudo plebeia.

Tertia conclusio

Tertia cōclusio. Licet circa honores sit aliquis habitus medi⁹ laudabilis: illi tn̄ nullū est

nomē ipositū. Scđa ps ꝓbat᷑: nā extremi: id est exuperantes ⁊ deficientes circa honorē/ ꝯcertant de medio tanꝗ̄ de loco vacuo. Pria ps probat᷑: nā vbicūq̄ cōtingit exuperatio ⁊ defectio/ repit᷑ mediū: sed in honorū appetitiōe ꝯperit᷑ excessus ⁊ defectus: cū aliqui appetant honores plusꝗ̄ oporteat: alij minus. igitur ꝯperitur mediū quo honores (vt oportet) affectant᷑.

Quarta cōclusio

Quarta cōclusio. Modestia compata ad ambitionē videt᷑ vacuitas honoris: ⁊ compata ad vacuitatem honoris videt᷑ ambitio: ⁊ ad vtrumq̄ extremum cōparata videtur quodāmodo ⁊ vterq̄ habit⁹: et hoc simili modo ꝯtingit in ceteris ꝟtutib⁹. si em̄ fortitudinē ad audaciā cōparauerim⁹/ videbit᷑ timiditas: si ad timiditatem/ videbit᷑ fortitudo. Simili modo de habentib⁹ p̄dictos habitus dicat᷑. ¶ Ex q̄ pꝫ extrema solū inter se contrariari: q2 medio nullum est nomen impositum.

Correlariū

Annotationes

¶ Sequuntur annotatiōes textus.

¶ Media dispositio noīe caret: q2 oēs aut supabūdāt inordinato mediocriū honoꝝ appetitu/ aut deficiunt.

¶ Ambitio nōnūq̄ ad illiberalitatē/ nōnūq̄ ad supbiā ptinet/ auariscieq̄ nutrix (teste Claudiano) cēset᷑.

Claudian⁹

At primum scelerum matrem/ que semꝑ habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum.
Trudis auariciā. ¶ Cuius fedissima nutrix
Ambitio: que vestibulis/ foribusq̄ potentum
Excubat: ⁊ precijs cōmercia poscit honorum.

Questio tertia

Prima notatio

Tertio quero an magnanimitas sit ꝟt⁹ spēalis circa magnos honores tāꝗ̄ circa propriū obiectuꝫ exn̄s. ¶ Pro hui⁹ q̄stiōis intellectiōe est aduertendū prio ꝙ magnanimitas est habitus q̊ inclinamur ꝯformiter ad rectā rōnem: ad magnos honores appetendos/ vel fugiēdos: ⁊ est spēs fortitudinis ꝟtutis cardinalis sub qua ꝯtinet᷑ fiducia/ magnificentia/ patiētia/ ⁊ hūilitas. Similiter honor trib⁹ modis accipit᷑. Prio mō accipit᷑ q̄ꝫtū ad causam. Causa aūt honoris est ipsa res honorabilis vel eius estimatio. Et hmōi res honorabiles sunt duplices. Quedā sunt ꝫm se honorabiles: vt ꝟtutes vel earū opatiōes. Alie sūt honorabiles ꝑ attributionē ad ipsas virtutes ⁊ earuꝫ opatiōes: vt oia bona humana q̄bus ꝯtingit bn̄ ⁊ male vti: vt bona corpis/ nobilitas amicorū/ diuitie/ officia/ dignitates ⁊ hmōi. Scđo mō accipit᷑ honor q̄ꝫtū ad ei⁹ substātiā: scꝫ ꝓ illo qđ attribuit᷑ i signū studiose administratiōis. Et diffinit᷑ ab Aristo. prio Rethorice sic. Honor est bn̄factiue opiniōis signū: opiniōis q̄dem vel ipsius honorātis: ita ꝙ sit sensus. Honor est signū ꝑ qđ honorās ostendit se opinari ꝙ ille queꝫ honorat/ sit bn̄factiuus. vel ipsius honorati: ⁊ tūc est sensus. Honor ē signū q̊ honorās designat ꝙ ille quē honorat: sit bn̄factiue opinionis: id est ꝙ habeat volūtatē ⁊ scientiā bn̄faciēdi. Aliter solet sic describi. Honor ē exhibitio reuerētie i signū ꝟtutꝭ. Et hec diffinitio ꝫm aliq̄s magis ē descriptio honoratōis q̄ꝫ honorꝭ: sꝫ nō distinguēdo īter honorē ⁊ honorationē/ hec diffinitio non videt᷑ differre a priore: nisi dicat᷑ ꝙ hec scđa est in plus q̄ꝫ diffinitū: vt q̄daꝫ dicūt: ⁊ ꝙ ꝫm Aristo. nō cuilibet ꝟtuti debet᷑ honor: sed tm̄ ꝟtuti bn̄factiue: ita ꝙ illđ qđ ꝓ ꝟtutib⁹ q̄ sūt/ ad se impēderet᷑: nō vocasset ph̄s honorē: sꝫ h̊ vocat᷑ volūtarie dictū. Tuꝫ q2 honor ꝫm Ari. est ꝓmiū ꝟtutis: ⁊ nō solū eius q̄ ad alteꝝ: sed etiā ei⁹ q̄ ad seipm̄. Tū q2 magnanimitas ē circa arduas ⁊ difficiles admistratiōes oiꝫ ꝟtutū: cū sit circa id qđ i vna q̄q̄ ꝟtute ē magnū: sed cuilibet arduo et difficili opi ꝟtutis (etiā ad se) debet᷑ honor: igit᷑. Tertio mō accipit᷑ honor q̄ꝫtū ad affectū ꝯsequētē: scꝫ pro opiniōe laudabili q̄ ꝑ hmōi exhibitionē reuerētie: vel ꝑ hmōi signa ꝟtutū exhibita/ generat᷑ ⁊ nascit᷑ de ꝟtute ⁊ excellētia illi⁹ cui exhibet᷑ tale signū. Et ista opinio si apđ alios sit/ idē ē q̄ bona fama: si ꝟo apud ipꝫ sit/ causat in eo exaltationē mentis et delectationem de propria bonitate. ¶ Istis notatis sit

Cōclusio prima. Magnanimitas primo ⁊ ꝑ se/ ē circa magnas ⁊ arduas ac difficiles administratiōes. Probat᷑: q2 ꝫm ph̄m prio Rhetorice. Magnanimitas est virt⁹ factiua magnoꝝ bn̄factoꝝ: igit᷑.

Cōclusio scđa. Magnanimitas est ꝑ se in ꝯtēpu reꝝ externaꝝ: patet ꝑ Aristo. in textu: vbi ostēdit ꝙ magnanim⁹ circa diuitias/ potētiā ⁊ oēꝫ fortunā moderate se habet/ sicut ⁊ circa honoreꝫ: igitur.

Cōclusio tertia. Magnanimitas nō est circa pecunias tanꝗ̄ circa id qđ intendit per graues ⁊ arduas admistratiōes ꝯseq̄: pꝫ. q2 magnanim⁹ nō ē ꝯtēptiu⁹ bonoꝝ q̄ ꝑ opa magnanimitatis intendit ꝯseq̄: sed magnanimus est cōtēptiuus pecuniarū ⁊ bonoꝝ fortune: vt dicit scđa conclusio: igitur.

Cōclusio q̄ta. Magnanim⁹ magis ē circa honores q̄ꝫ circa bona fortune: ⁊ magis circa arduas ⁊ difficiles admistratiōes q̄ꝫ circa honores. Prima ps pꝫ: q2 magnanim⁹ nō cupit bōa fortune nisi ꝓpter honorē: ideo magis appetit honorē. Scđa ps ꝓbat᷑: q2 magnanim⁹ si alt̄o duoꝝ d̄beret p̄uari: magis eligeret ꝟtuose admistrare ⁊ honore priuari/ q̄ꝫ admistrare vitiose ⁊ honorē ꝯseq̄. ¶ Ex q̊ sequit᷑ ꝙ magnanim⁹ magꝭ cupit honorib⁹ dignū facere/ q̄ꝫ eos ꝯseq̄.

Conclusio quinta respōsiua ad q̄situ. Magnanimitas est ꝟtus specialis circa magnos honores existēs. Pria ps patet: q2 ois virtus cui⁹ est ꝓpria materia ⁊ ꝓprij act⁹/ est virtus specialis: sed magnanimitas est hmōi: nā magnanimitatis ē materia ꝓpria: scꝫ magne administratiōes ⁊ magni honores. similiter ꝓprij actus: scꝫ volitiones: ⁊ sunt maxie circa hmōi materiā: et etiā opationes exteriores ab his actib⁹ volūtatꝭ impate: igit᷑. Scđa ps pꝫ: q2 circa magnos honores cōtingit excedere ⁊ deficere/ et medio modo se habere: igitur circa eos est virtus/ et non nisi magnanimitas: igitur.

Conclusio sexta. Magnanimitas est ꝟtus cōis ꝑ coexistētiā/ ꝑ adornationē ⁊ augmentationē/ ⁊ ꝑ impiū ⁊ electionem actuū oim̄ ꝟtutū. Tres prime ꝑticule patēt ꝑ Aristo. i textu dicētē. Videbit᷑ q̄dē igit᷑ magnanimitas vt ornat⁹ q̄dem esse virtutū. Maiores em̄ ipsas facit/ et nō fit sine illis: igit᷑. Quarta ps ꝓbat᷑: q2 nulla est ꝟt⁹ moralis/ quin aliq̄s actus eius magn⁹ possit elici ⁊ impari a magnanimitate: nā vt dicit Aristo. in predicto ca. Magnanimi videt᷑ esse qđ in vnaquaq̄ ꝟtute est magnanimi: ita ꝙ si aliq̄d ē excellēs in aliq̄ ꝟtute/ illud causaliter ⁊ nō regulariter neq̄ īmediate: sed mediāte actu elicito illius ꝟtutis a magnanimitate elicitur. Et aliq̄n regit᷑: q̄n scilicꝫ magnanim⁹ intendit reddere alias ꝟtutes ornatiores ⁊ maiores. Tūc em̄ mediāte actu magnanimitatꝭ pōt elicere actū excellētē alteri⁹ virtutis: ad quē etiā eliciendum concurreret partialiter ⁊ immediate habit⁹ talis virtutis. ¶ Ex his pꝫ ꝙ magnanimitas est excellentissima virtus moralis/ cum faciat animū excelsum humana contennentē: et defigat totū affectū hominis in excellentissimis virtutum oim̄ operationib⁹

Septima

Septima cõclusio. **Septima cõclusio.** Cõsiderãdo honorẽ quantũ ad eius causam principalẽ: id est quãtũ ad res quibus scdm se debetur honor / magnanim⁹ honorẽ non contẽnit: sed appetit. Nam talis causa est appetenda et non fugienda.

Octaua cõclusio. **Octaua cõclusio.** Considerando honorem quantũ ad causam pter quam alicui debetur honor non principaliter et per se: sed per attributionem (cuiusmodi sunt diuitie / dignitates / et cetera hmõi: dum modo talia non sint in detrimentum virtutis aut operationis vertuose) magnanimus honorem non cõtẽneret: sed appeteret. Probat: quia simpliciter talia sunt eligibiliora suis oppositis: igitur.

Nona ccłō. **Nona cõclusio.** Magnanimus magis cupit honorẽ quantũ ad effectum (qđ est bonum nomen siue bona fama) q̃ quantũ ad substantiam. Probatur: qr honor maxime delectat magnanimũ: quia est signum bone opinionis de ipso. propter q dicit Aristo. primo Rhetorice: q honor est delectabilissimorum / propter hoc q phantasia sit vnicuiqȝ q sit studiosus: igitur.

Decima cõclusio. **Decima conclusio.** Magnanimus (seclusa fide) debet magis honorem appetere q̃ fugere: ptz. qr honor est extrinsecũ pmiũ excellentium operationũ ipsius magnanimi: modo quilibet dign⁹ aliquo pmio / pot rationabiliter illud appetere: igit.

Undecima cõclusio. **Undecima cõclusio.** Magnan im⁹ catholicus (nisi ad hoc aliqua circũstãtia aliter cogat) inclinatur congruentie non precepti debiti honorem contẽnere. Probatur: quia quicunqȝ inclinatur in oi operatione sua operari / et non pter honorẽ / inclinatur honorem contẽnere: sed magnanimus catholicus inclinatur omnẽ operationẽ suam facere pter deũ / et nullã propter honorẽ: nisi ad hoc aliqua circũstãtia cogat. Si enim exercitiũ vtutis pprie vel aliene exigeret / vt appeteret honor aut aliqua alia causa rationabilis: tũc pter honorẽ potest magnanimus vel partialiter vel nonvltimate operari: igitur.

Duodecima cõclusio. **Duodecima cõclusio.** Magnanim⁹ non sic contẽnit honores vt gratis appetat inhonorationes. patet: quia inhonoratio nec bona est de se / nec regulariter ad aliud valere videtur: nisi esset violenter illata. Nam tũc equanimis eius tolerãtia esset multũ laudabilis et virtuosa: igitur. ¶ Ex his patet q magnanim⁹ catholicus ex inclinatiõe sue magnanimitatis / magis ẽ honorꝫ cõtẽptiu⁹ q̃ appetitiu⁹.

Decimatertia cõclusio. **Decimatertia cõclusio.** Esse dignum honorari / est melius q̃ esse dignũ honorare. Probatur: quia virtuosius est pmeruisse aliquid q̃ soluere promeritũ: sed esse dignum honorari in potẽtia propinqua / est promeruisse honorẽ: honorare vero non est nisi soluere illud: igitur.

Decimaquarta cõclusio. **Decimaquarta cõclusio.** Precisa honoris studiosa exhibitio melior ẽ q̃ pcisa et simplex studiosa honoris susceptio / ceterꝫ parib⁹. Probat: qr act⁹ quo soluit debitũ / est simpliciter melior q̃ actus quo debitũ suscipitur / ceteris paribus: sed iste exhibendo honorem soluit debitum: ille vero recipiendo honorem suscipit debitum: igitur. Maior probatur: tum quia actus soluendi debitũ est difficilior ex natura sua / maiorem penã infert: tum quia volitio qua qs vult honorare aliũ / est simplr melior q̃ volitio q̃ qs vult ab alio honorari: quia velle tribuere alteri beneficiuꝫ / est simpliciter meli⁹ q̃ velle bñficiũ ab alio accipere: vel q̃ velle pprium beneficium retribui.

Cõtra pmã cõclusionẽ. **Contra primã conclusionẽ sic instatur.** Magnanimitas nõ distinguitur ab alijs virtutibus: igitur nõ est circa magnas et graues administrationes. Cõsequẽtia tenet: quia si esset circa graues administrationes / esset virtus specialis ab alijs distincta. Et pbatur antecedẽs auctoritate Aristo. asserentis ad magnanimũ ptinere quod est in vnaquaqȝ virtute magnum. igitur circa vniuscuiusqȝ virtutis materiã reperitur actus magnificentie.

Ad hanc rationem respõdetur negãdo antecedens prime consequentie: q illa propositio Aristo. intelligenda est per coassistentiam et augmẽtationẽ actuũ / aut per aliarum virtutum imperium: queadmodum declaratum est in sexta cõclusione.

Secũdo sic argumentor. Magnanimus habet multas conditiones vitiosas: igitur magnanimitas non est virtus: et p cõsequens nõ est moderatiua grauiũ administrationũ. Antecedens ptz: nam magnanimi sunt despectores / aliosqȝ spretui et cõtemptui habent: sed alios spernere est cõditio vitiosa: cũ potius pertineat ad supbiam q̃ ad virtutem. ¶ Secũdo pbatur idẽ antecedẽs. Magnanim⁹ est ingratus: igitur nõ est simpliciter bonus. Antecedẽs pbatur: quia magnanimus nõ meminit beneficiorũ in eum collatorum: vt habet Aristote. in textu: igitur est ingratus.

Ad hanc rationem respõdetur q magnanimi sunt despectores bonorũ exteriorũ: quãdo vsus eorum repugnat actib⁹ magnanimitatis. Vel pot dici q sunt earꝫ rerũ et operationũ que hoiem ab opatione virtutis dimouent: cuiusmodi sunt adulationes / timores / et cetera id genus. ¶ Ad aliam pbationẽ dicitur negando magnanimũ esse ingratũ. Solutio. ¶ Ad pbationẽ distinguo q non meminit bñficiorꝫ collatorꝫ. Vel simpliciter: et sic negatur. Vel scdm qđ aut in cõparatiõe ad beneficia que dedit: et sic cõceditur. Vult dicere philosoph⁹ q magis occurrit illi in mentem beneficiorũ que contulit recordatio / q̃ eorum que suscepit. Ad probationem.

Tertio sic argumentor. Magnanimus non pot ad aliũ viuere: igitur nõ est simpliciter bonus. Antecedens est philosophi in textu. ¶ Similiter nõ est memor mali illati. quod est cõtra prudentiã. ¶ Similiter magis vult possidere infructuosa q̃ fructuosa: qđ etiã est cõtra prudentiam.

Ad tertiã rationẽ respondetur q magnanimus nõ potest viuere ad adulatores et vitiosos qui nõ sunt sue virtutis participes: falsum tamen est q ad neminem viuat: quia de facto ad amicos. Hoc enim ad vere studiosum pertinet. ¶ Ad aliam probationẽ dicitur q magnanim⁹ nõ est memor iniuriarũ sibi illatarũ ad vindictam: nec hoc est contra prudentiã. memoria tñ preteritorũ malorum ea ratione qua valẽt ad futura pcauẽda / ad prudentiã ptinet. Ad aliã pbationẽ. ¶ Ad aliã probationẽ respondetur q philosophus in proposito per possessiones fructuosas intellexit que absqȝ multo labore multã afferunt pecuniã. Infructuosas vero vbi maior est labor / et pauciores Ad aliã pbationem.

pecunie/et talia infructuosa preferre fructuosis/ non est contra prudentiam: et potissimum si ad virtutem acquirēdā/augendā vel cōseruandā cōducant.

Cōtra secūdā ꝯclōnē.

Contra secundā cōclusionē sic instatur. Magnanimitas per se est in amore rerū externarū: igitur nō est in earū cōtemptu. Cōsequētia est clara: et ꝓbaṫ antecedēs. Nam oīs virtus per se est circa illud obiectū sine quo actus eius nō pōt elici: sʒ sic est de amore bonorū externorū: igitur circa amorem bonorū externorum ⁊ non eorum contemptum/ est magnanimitas.

Respōsio.

Ad hoc respōdetur ꝙ magnanimus per se spernit bona externa ei supflua vel impedientia actū virtutis: vel forsitan nulla bona sunt supflua respectu magnanimi. Nā quāto plurib⁹ bonis abundat/eo liberius magnanimitatis oꝑa exercere pōt. Ideo dici pōt ꝙ magnanim⁹ cōtēnit bona exteriora/nō simpliciter: sed in cōparatione ad honorē. hoc est: magis magnifacit honorē ꝗ̄ bona exteriora.

Cōtra quintā cōclusionem principalem.

Cōtra quintā cōclusionem instatur. Magnanimitas cōprehēdit sub se virtutes specie distinctas: igitur nō est ꝟtus specialis ab alijs differēs consequētia est clara: et ꝓbatur antecedens. Nam magnanimitas comprehēdit liberalitatē/ magnificentiam/patientiā/humilitatem: igitur non est virtus specialis.

Ad hoc respondetur ꝙ non est virt⁹ specialis scđm specē specialissimā: vt bñ ꝓbat argumētū: est tñ virtus specialis ꝫm specē subalternam.

Contra sextā ꝯclōnē.

Cōtra sextam ꝯclusionē sic instatur. Nulla virtus inclinat ad actū alteri⁹ virtutis: igitur maledictū ē ꝙ magnanimitas est virtus cōmunis ꝑ actuū electionē. Antecedēs ptʒ: qꝛ ꝟtutes distinguūtur abinuicē per actus: igiṫ vna virtus nō inclinat ad actū alterius: et per ꝯsequēs nec magnanimitas ad actus aliarū virtutū inclinat.

Ad hoc respondetur ꝙ magnanimitas nō inclinat ad actū elicitū alicui⁹ virtutis: qꝛ talis non nisi a proprio habitu emanat: sed inclinat ad actū imperatū aliarū virtutū: ⁊ hoc mediāte suo ꝓprio actu elicito. ¶ Vñ ponēda ē regula generalis. Nulla virtus moralis inclinat ad actū exteriorē vel imperatum alterius ꝟtutis/nisi mediāte suo ꝓprio actu.

Replica

¶ Si dicas. talis actus est magnanimitatis/ postꝗ̄ est actus exterior imperatus ab actu magnanimitatis. ¶ Ad hoc respōdeṫ negādo cōsequentiā: qꝛ nō ē circa materiā magnanimitatis. ideo non debet reputari actus magnanimitatis.

Scđa qō.

Secūdo queriṫ an circa paruos honores sit ponenda aliqua virtus. ¶ Pro huius questionis enodatione est aduertendū ꝙ parui honores et administrationes se habent ad magnos/sicut parui sumpt⁹ ad magnos: sed alia est virtus circa ꝑuos sumptus/⁊ alia circa magnos: igiṫ alia est ꝟtus circa paruos honores/et alia circa magnos: ideo ponitur talis cōclusio.

Cōclusio.

¶ Circa paruas administratiōes ⁊ paruos honores/ponenda est aliqua virtus specie distincta a magnanimitate. ꝓbaṫ prior ps. Nā circa ꝑuos honores ꝯtingit supabundare ⁊ deficere: igiṫ cōtingit medio mō se hr̃e: ⁊ ꝑ ꝯñs circa ꝑuos honores ponēda est aliq̄ ꝟtus moralis. Cōsequētia ptʒ: nā vbicūꝗ̄ ꝯtingit superabūdare ⁊ deficere/ꝯtingit medio mō se hr̃e: cū excessus et defect⁹ sumantur in ordine ad mediū. Scđa ps ptʒ. Nā magnanimitas et modestia habēt act⁹ specie distinctos: igiṫ ipi habit⁹ specie distinguūṫ. Itē: cū habitu modestie stat vitiū oppositū magnanimitati: ⁊ illud vitiū nō stat cū magnanimitate: igiṫ magnanimitas ⁊ modestia specie distinguuntur.

Sed cōtra hāc cōclusionē sic instaṫ. Circa eādā materiā nō sunt ponēde diuerse ꝟtutes: sʒ circa honores ē magnanimitas: ⁊ ꝑ ꝯñs nō modestia. Maior ē clara: nā Aristo. i scđo Ethicoꝝ distinguit ꝟtutes penes obiecta ⁊ materiam.

Ad hoc argumētū rñdeṫ distiguēdo maiorē: aut circa eādē materiā totalē ⁊ adeq̄tā: ⁊ sic ꝯcedēdū ē. Aut circa eādē materiā ꝑtialē ⁊ inadeq̄tā: ⁊ sic negandū est. Est aūt materia adequata aggregatū ex oīb⁹ illis q̄ se hñt ꝑ modū obiecti respectu alicui⁹ actus studiosi: sed obiectū inadequatū est ꝑtiale obiectū qđ nō solū terminat actū elicitū ꝟtutis: vt ē aliq̄ circūstātia ipm actū respiciēs vł cōcernens.

Scđo sic argumentor. Null⁹ honor hoīb⁹ debeṫ: igiṫ circa honores nulla est moralis virtus. Cōsequētia est de se nota: ⁊ añs ꝓbaṫ. honor soli deo debeṫ scđm ꝙ dicit apłus p̄me ad Timotheū p̄mo. Soli deo honor et gloria.

Ad hāc rationē respōdeṫ distiguēdo ꝙ hoīb⁹ nō debeaṫ honor. Vel nō referēdo illū honorē in deū: ⁊ sic conceditur. Et illo modo intelligitur dictū apłi. Vel si referaṫ in deū: et sic negaṫ. Vñ honor nō attribuitur hoīb⁹ nisi ꝓpter deū: ideo semper refertur in deū tanꝗ̄ in vltimū finem.

Sed contra hoc instatur. Quispiam pōt expetere honorē ꝓpter operationē studiosaʒ nō referēdo illū in deū: igitur. Antecedens ptʒ. Nā gentiles expetētes honorē ꝓpṫ honestatē/nō peccabāt: sed exercebāt operationes bonas et studiosas: igiṫ nūc aliq̄s pōt expetere honorē ꝓpṫ solā virtutē. Iudicio meo nō est opus ꝙ honor referaṫ in deū tāꝗ̄ in vltimū finem ad hoc ꝙ opus sit moraliter bonū: licet hoc requiratur ad opus meritorium.

Tractatus Tertius.

¶ Ca. j. Unicum est quo ostendit circa iram/mediocritatem mansuetudinem dici. Defectum qui ire vacuitas dicitur/in vituperationem duci. Excessum qui iracūdia appellaṫ/diuersis fieri modis/variasꝗ̄ habere species: iracundiā magis medio opponi.

Mansuetudo aūt est quidem mediocritas circa iram. At cū mediū et extrema fere noīe careant: ad mediū quidē mansuetudinē ipsam adducimus/declinantē ad defectionē/vacantē nomine. Exuperatio vero/quedā iracundia dici potest. etenim affectus quidem est ira. ea vero que ipsam efficiunt: multa sunt/et diuersa. Is igitur qui pro

quibus

quibus/et quibus oportet/ꝛ vt oportet/ꝛ cum opz/ꝛ quãto in tpe oportet irascitur: laudatur. estqꝫ hic mansuetꝰ: siquidẽ laudat̃ ipsa mãsuetudo. ¶ Mansuetus eñ ac mitis: perturbatione vacare/et nõ ab affectu duci/sed pro his et tanto in tempore irasci solet/perinde atqꝫ ratio iubet. Peccare autem circa defectionem magis videntur. nõ est enim vindex ipse mansuetus/sed potius clemens: ꝛ ad veniã dandã ꝓpensior. ¶ Defectio autẽ/siue sit quedã ire vacuitas/siue aliquid aliud: vituperat̃. Qui nãqꝫ non irascuntur ꝓ q̃bus oportet/ꝛ vt opz/ et cũ oportet/ꝛ q̃bus opz: fatui esse vident̃. nã neqꝫ sentire/neqꝫ dolere vident̃. ¶ Atqꝫ q nõ irascit̃: nõ videt̃ esse aptus ad vlciscendũ. ꝑferre aũt cõtumelias/et suos negligere: seruile est sane. ¶ Exuperatio vero ꝑ oĩa quidẽ fit. Nã fit et in quibꝰ nõ opz/et pro quibus non oportet: et magis ꝛ velocius/et maiore in tempore q̃ꝫ oportet. non tamen vniuersa eidem insunt: quippe cum esse non possit. malum enim et seipsum perdit. ꝛ si integrum sit: intolerabile fit. ¶ Iracundi igitur cito quidẽ irascunt̃/ꝛ quibus non oportet/ꝛ pro quibus non oportet/et magis q̃ꝫ oportet. at cito desistunt. quod quidẽ et optimum habent. hoc autem ideo fit/quia non detinent irã: sed reddunt. quo pacto et manifesti sunt/ob celeritatẽ. deinde cessant. Exuperatione autem sunt celeres: et ad quiduis/ꝛ pro quouis iracundi/qui summe sunt bilis. vñ et summe bilis homines appellantur. Amari autem cũ difficultate placantur: ꝛ longo tempore sunt sub ira. detinent enim ipsam. sed vbi reddiderint: cessant. vltio nanqꝫ ponit ire modum pro dolore voluptatem efficiens. ꝙ si hoc non fiat: habent ipsum pondus. Etenim quia nõ est manifestũ: nemo persuadet ipsis. vt in se autẽ concoctio fiat ire/tempore opus est. Sũt autẽ tales homines et sibiipsis/et amicissimis ꝓmolesti. infensos autem eos dicimus: qui pro quibus non oportet/ꝛ magis q̃ꝫ oportet/ꝛ longiore tempore irascuntur/sineqꝫ vltione vel pena/non reconciliantur. ¶ Mansuetudini autem magis exuperationem opponimus. Fit enim magis: quippe cũ humanius sit punire. et ipsi infensi: difficiliores sunt ad vitam simul agendã. ¶ At enim (quod ꝛ antea dictuz est/ ꝛ ex iis q̃ dicũtur emergit) non est facile determinare: quonã modo/ꝛ quibꝰ/et pro quibꝰ/et quãto tempore irascẽdũ sit/ ꝛ quousqꝫ iratus/ recte faciat quis/aut peccet. Qui nãqꝫ parum transgreditur: non reprehendit̃/siue ad exuperationem/siue ad defectionem se flectat. Non nunq̃ꝫ enim deficientes laudamus/mansuetosqꝫ vocamus. et ipsos infensos/tanq̃ꝫ aptos ad dominandum: viriles dicimus esse. Facile igitur non est assignare ratione: quantũ/ꝛ quo modo quispiam egressus vituperandus est. in singularibus enim et sensu: iudiciuz est. Illud tamen est manifestum: medium quidem habitum/quo quibus oportet/ꝛ pro quibus oportet/et vt oportet irascimur/et simili modo de ceteris laudabilem esse. exuperationes autem/ defectiõesqꝫ vituperãdas. atqꝫ si parũ distẽt a medio: leuiter. si plus: magis. si nimiũ: vehemẽter esse carpendas. Constat igit̃ habitũ mediũ consequendũ esse/ac amplectendũ. sed de habitibus q sunt circa irã/satis iam diximus.

Quintũ capitulũ octo conclusionibus ꝛ duobus correlariis clauditur.

¶ Prima cõclusio. Mansuetudo est mediocritas circa iras/cuiꝰ superabundantia est iracundia: defectio vero nomine caret. Hanc cõclusionẽ probat Aristo. Nam licet tam mediocritas q̃ꝫ etiam extrema noĩbus careãt/ ꝛ hoc nomẽ mãsuetudo/proprie attribuatur defectioni circa iras: tamẽ ipsam ad mediũ adducimꝰ: id est attribuimus: ꝛ ad defectionẽ declinãtem/vacantem nomine appellamus. Declaratur mãsuetudinis materia q̃ est ira. Nã ira est passio. multa etiam sunt que ipsam efficiunt. — Prima conclusio.

Secũda cõclusio. Mansuetus irascitur quibus oportet/et in quibus/ꝛ quãdo/ ꝛ quãdiu oportet. Probat̃ duabꝰ rationibꝰ. Prima: quia q̃ sic irascitur/laudatur circa iras: igitur est mãsuetus: cũ mãsuetudo sit mediocritas laudabilis circa iras. Secũda ratio. Nam mãsuetus vacat perturbatione: et nõ vult duci a passione/nisi pro his ꝛ q̃ꝫdiu recta ratio dictat: igitur mãsuetus irascitur vt oportet ꝛ quibus/ꝛ pro quibus oportet. — Secũda cõclusio.

Tertia conclusio. Mãsuetus magis videtur declinare ad defectũ q̃ꝫ ad superabundantiã: patet: quia mãsuetus nõ est vltor/nec expetit vindictã: sed potius est clemens ꝛ ad veniã dãdam ꝓpensus atqꝫ inclinatus. — Tertia conclusio

Quarta cõclusio. Defectus ire quocũqꝫ modo noĩet̃/est vituperabilis: probatur tribus rationibus. Prima est: quia nõ irasci in quibus oportet/et quando/ꝛ quomodo/videt̃ hominis insipientis: igitur. Scđa ratio. Qui nõ irascitur vbi et quando oportet/nõ videtur sentire necqꝫ tristari: ꝛ ꝑ consequẽs est vituperabilis. Tertia ratio. Qui nõ irascit̃ vbi et quando oportet/ nõ videtur aptus ad vlciscendũ: sed ꝑferre iniurias/ꝛ suos familiares atqꝫ domesticos negligere/non vlciscendo iniurias eis illatas vituperabile est ꝛ vitiosum: igitur. — Quarta cõclusio.

Quinta conclusio. Licet vitium per superabundantiam fiat scđm oẽs circunstantias: tamẽ nullus simul su͞pabundat in ira scđm oẽs circunstãtias. Prior pars ꝓbatur. Nam fit superabũdãtia ire per hoc ꝙ quidã irascitur quibus nõ oportet/qñ/ — Quinta cõclusio.

vbi/et in quibus non oportet/ ⁊ celerius ꝙ̃ oportet. Secũda pars ꝓbatur. Nã vitiũ ire seipsum destruit: et si est integrũ: id est scđm oẽs circũstãtias/simul est ĩtolerabile: igit̃ nulli ĩesse põt scđꝫ oẽs circũstãtias.

Sexta conclusio.

Sexta cõclusio. Eorum qui ire excessu delinquũt/q̃dã discrepãtia est. Nã tres sunt exuperãtiũ scđm iram modi.

Primꝰ modus.

¶ Primus eorum qui cito irascũtur/et quibus nõ oportet/⁊ ꝓ quibus nõ oportet/⁊ abundantius ꝙ̃ oportet/⁊ cito ab ira resiliunt: et hoc habẽt optimũ. Huius ratio est: quia hi nõ cõprimũt iram: sed effundũt. ⁊ tales iracũdi dicũtur. Sunt etiã manifesti ꝓpter ire velocitatẽ: ⁊ tandem cessant ⁊ superabundãt ira inter ceteros qui ad q̃duis et pro quouis irascuntur: ⁊ sunt summe cholerici

Scđs modus.

¶ Secundus modus est eorũ qui cũ difficultate sedãtur/multoqꝫ tpe ira detinẽtur: vbi tñ vltionẽ reddiderint/cessant: implacabilesqꝫ dicũtur. Probatur: nam vindicta irã pacat atqꝫ mitigat/efficiens ꝓ dolore voluptatẽ: verũ si nõ ꝯsecuti fuerint vindictam: pondus ire cõseruãt. Et quia eorũ ira nõ est aperta siue alijs cognita: ideo nemo eis persuadet vt ab ira desistant: ⁊ vt in se ira conqueratur atqꝫ deleratur/ opus est temporis diuturnitate. Tales eñ ⁊ sibijpis et amicis ꝓmolesti sunt.

Tertiꝰ modus.

¶ Tertius modus. Hi difficiles atqꝫ rigidi dicũtur qui ꝓ quibus nõ oportet/et quando non oportet/⁊ maiori tẽpore ꝙ̃ oportet/irascũtur: ⁊ sine cruciatu vel punitione nõ mitigantur.

Septima cõclusio.

Septima cõclusio. Superabundantia ire/mãsuetudini magis oppon̾t ꝙ̃ ire vacuitas. Probatur: qꝛ superabundãtia frequẽtius cõtingit/⁊ ad eã hoĩes magis inclinãtur ⁊ ꝓniores reddũtur.

Octaua cõclusio.

Octaua cõclusio: vt ex p̃cedentibus facile intelligi põt: nõ est facile determinare quonãmodo/et in quibus rebus ⁊ pro quibus irascendum sit: ⁊ vsqꝫ ad quod tempus quis iratus recte operet̃ aut perperam. Probatur cõclusio duabus rõnibus. Prima: quia qui parũ transgredit̃ limites rationis nõ vituperat̃/siue ad exuperatiõẽ siue ad defectionẽ declinet. Nam deficiẽtes circa iras nõnunq̃ꝫ laudamus/mãsuetosqꝫ dicimus: superabundãtes etiam q̃nqꝫ laudamꝰ: eosqꝫ animosos atqꝫ viriles appellamus/⁊ ad dominãdũ aptissimos: igit̃ parum transgrediens mediũ/ siue ad exuperationẽ siue ad defectionẽ se flectat/nõ vituperat̃. Secũda ratio. Nõ est facile argumẽto ostendere/quãtũ ⁊ qualiter quispiã rationis limites egressus/ vituperandus sit. Nã rectũ illius iudiciũ est in singularibus ⁊ in sensu. ¶ Ex dictis eliciuntur duo correlaria.

Primũ correlarium.

¶ Primũ. Manifestũ est mediũ habitũ circa iras esse laudabilẽ: scđm quẽ irascuntur quibus oportet ⁊ in quibus oportet: ⁊ sic de alijs circunstãtijs. Superabũdãtia aũt ⁊ defectus sunt habitus vituperabiles. Si eñ parũ a medio distant/parũ vituperari debent. Si multũ/multũ. Si minime distant/vituperari nõ debent.

Scđm correlarium.

¶ Secũdũ correlariũ. Ex dictis ꝑꝫ mediũ habitũ: id est mansuetudinẽ amplexandã esse. Sed de habitibus qui circa irã sunt/satis iam dictũ est. Nam eorũ diffinitiões ex enumeratis ꝯclusionibꝰ clarere possunt.

Annotationes.

¶ Annotationes textus.

Ex septima tragedia Senece.

¶ Vitiũ per defectionẽ/nomine caret. Nam pauci sunt ira vacãtes. Est enim passio siue affectus nobis innatus quo cõcitatus animus flecti non põt: dicente Seneca. Difficile ꝙ̃ sit animũ ab ira flectere iã cõcitatũ. Parit enim inimicitias et bella: vt Horatius in ep̃la vigesima p̃mi libri attestatur. *Hora[t.]*

Ludus enim genuit trepidũ certamẽ ⁊ iram:
Ira truces inimicitias/⁊ funebre bellũ.

Cõpescẽdus est igitur freno rationis immoderatus ire impetus ea (quã mansuetudinẽ dicimus) virtute.

Ira/furor breuis est: animũ rege: qui nisi paret *Horat.*
Imperat hunc frenis: hunc tu compesce cathena.

Est igitur ira vincenda ⁊ potissimũ ab eo qui cetera vincit/cognoscitqꝫ omnia debere rõne fieri.

Vince animos/iramqꝫ tuã qui cetera vincis *Oui[d.]*
Dum furor in cursu est currenti/cede furori: *p̃ma*
Difficiles aditus impetus omnis habet *Pon[t.]*
Stultus ab obliquo qui cum discedere possit
Pugnat/in aduersas ire natator aquas.
Impatiens animꝰ/nec adhuc tractabilis arte *Ver[e]*
Respuit/atqꝫ odio verba monentis habet. *dio[r.]*

¶ Ca. j. Ostendit circa voluptatem in congressionibus hominum virtutem esse amicitie persimilem: cuius extrema adulatio et cõtentio dici possunt. Eũ qui sic amicus est/suis qualitatibus describit. Excedẽtem nunc placidum/nunc adulatorẽ/ deficientem difficilem/ contentiosumqꝫ appellari.

IN congressionibus autem et cõuictu/⁊ vsu cõmuni verborũ ac rerum: quidam placidi esse videntur. Qui quidẽ pro voluptate afferenda: laudant oĩa/⁊ nihil aduersantur. putãtes haudquaq̃ꝫ sese molestos cuiq̃ꝫ esse oportere. Quidã contra: in oĩbus aduersantes/ neqꝫ curã vllã habentes si dolorem afferant/ difficiles/contentiosiqꝫ vocantur. Patet igitur hos quidem duos habitus esse vituperãdos. medium autem inter hos laudandum: quo quidem quispiam ea que oportet/⁊ vt oportet acceptabit/et similiter egre feret. verum ipsi nomen nullum est positum. ¶ Persimilis autẽ est amicitie. Talis est enim is qui mediũ hunc habet habitum: qualem probum hominẽ/amicum dicere solemus sumpta dilectione. Sed differt ab amicitia: ꝙ est sine affectu/ dilectione qꝫ eorũ quibus cum is congreditur qui hũc habitum habet. non enim amore/vel odio: sed quia talis est ipse/ probat singula vt oportet. nam similiter tam ad notos/ꝙ̃ ad ignotos: tã ad familiares/ꝙ̃ ad non familiares idipsum aget/in singulis tamen vt conuenit. non enim eque familiarium: ⁊ externorum curam habere: neqꝫ dolore similiter eos afficere oportet. Uniuersaliter igitur dictum est: ipsum congredi vt oportet. ¶ Respiciens autem ad honestatem/vtilitatemqꝫ: coniectabit dolorem non afferre/vel delectare. videtur enim hic circa voluptates/doloresqꝫ

luptates/doloresq́ꝫ eos versari: qui in congres
sionibus fiunt. atqꝫ quibus voluptatibus non
est honestum ipsi/vel affert damnum delecta-
re: eas moleste feret/⁊ eliget dolorem inferre.
Et si facienti deformitatem non paruam affe-
rat/aut damnũ: oppositio vero paruum dolo-
rem/non probabit sed egre feret. Diuerso au-
tem modo cum ijs qui sunt in dignitatibus: et
cum priuatis/⁊ cũ magis minusve notis/ et cũ
aliarum idẽtidem differentiarum hominibus
cõgredietur/singulis tribuens id quod decet. ⁊
per se quidem expetens delectare: cauens au-
tem dolorem afferre/⁊ sequens ea que eueniũt
si sint maiora/honestũ inq̃/⁊ id quod cõducit.
Atqꝫ voluptatis gratia magne/que eueniet:
dolorem affert paruũ. talis est igitur ipse me-
dius: sed nomen non habet. ¶ Is autem qui
delectat/si id agit studens esse iucundus/ non
ob aliud quicq̃: placidus vocatur. sin emolu-
menti causa sui/vt inde sibi proueniat in pecu
nijs ⁊ in ijs que pecunijs comparantur/ vtili-
tas: adulator. Eum vero qui moleste fert oīa:
difficilem / contentiosumqꝫ quendã diximus
esse. Videntur autem extrema inter sese oppo-
sitionem suscipere: q̄r mediũ nomine caret.

Sextũ capitulũ septem cõclusionibus ⁊ vna dubitatione clauditur.

Prima conclusio

¶ Prima cõclusio. In colloquijs ⁊ cõui
ctu/⁊ cõmuni vsu verborũ et rerũ/ est ali
quis habitus laudabilis scd̃m quem q̃s
acceptabit/et spernet q̃ oportet ⁊ vt oportet. Proba-
tur. Nã in talibus reperitur supabundantia vitupe-
rabilis: similiter defectus: igitur cõperiri licet habi-
tũ laudabilẽ īter hec vitia mediãtẽ. Antecedẽs sua-
detur. Nam in talibus cõperiuntur aliqui placidi et
assentatores qui pro voluptate afferenda omnia lau
dant: ⁊ in nullo aduersantur. Putant eñ se nulli mo-
lestos esse. Cõperiuntur etiã aliqui qui opposito mo
do se habent/nullã hominibus voluptatem afferen-
rentes/in oībusqꝫ aduersam opinionẽ habentes: q̃-
bus non est cure si tristicia hoīes afficiãt: constat au
tem hos duos habitus vituperio dignos euadere/
mediũqꝫ habitũ laudãdũ esse/ quo quis ea que dicũ
tur vt oportet/ acceptabit: cui etiam nullum nomen
positum est.

Secũda cõclusio

Secunda ꝯclusio. Tametsi is medi⁹ habit⁹ similis sit amicitie: ab ea tamẽ differt. Prior
pars probatur. Nam habẽs mediũ habitũ/ talis est
qualẽ pbũ hominẽ ⁊ amicũ dicere solemus/ habito
amore. Scd̃a pars probatur: quia hũc habitum ha
bens/est sine affectu ⁊ dilectione eorũ cũ quibus cõ-
greditur: igitur talis habitus non est amicitia. Non
enim recipit que oportet/amore vel odio approban-
do/aut reprobãdo dicta vel facta alioꝝ quia amicus
est: sed q̄r talis est scd̃m ppriũ habitũ. sic eñ modo
se habet ad notos ⁊ ignotos/ familiares ⁊ nõ fami-
liares/semp opando vt oportet: igitur. ¶ Remouet
Aristo. dubium. Nam arbitrareť quispiam ipsum vi-
tiosum esse: cũ eodẽ modo ad notos ⁊ ignotos se ha-
beat / quod non est viri studiosi : sed potius vitiosi.

Dubitationis solutio.

¶ Soluit dubitationẽ dicens ipsum nõ eodẽ modo
se gerere ad notos ⁊ ignotos/ad domesticos et ex-
traneos: licet cum omnibus delectabiliter se habeat.
Nõ eñ eadẽ cura habenda ẽ familiariũ ⁊ exteroꝝ:
nec eodẽ modo decet eos tristicia afficere.

Tertia cõclusio

Tertia cõclusio. Affabilis nec dele-
ctatione nec tristicia afficit in his que sibi sunt noci-
ua vel inhonesta. est enim circa eas delectationes et
dolores qui in cõgressionibus fiunt.

Quarta cõclusio.

Quarta ꝯclusio. Si sermo aut factũ
ipsi facienti magnũ detrimentũ inferat: oppositũ vo
paruũ: dolorem non probabit/sed potius egre feret.
Nam in his voluptatibus in quibus ipsi affabili nul
la est honestas/vel si delectatio affert dãnũ: mauult
dolorẽ q̃ȝ illã delectationẽ: q̄r nociua est.

Quinta cõclusio.

Quinta ꝯclusio. Affabilis vario mo
do diuersatur cũ maioribus ⁊ minoribus/ cum ma-
gis notis ⁊ minus notis: ⁊ idẽtidẽ cum aliarũ differẽ
tiarũ hoībus. q̄r vnicuiqꝫ tribuit quod decet.

Sexta conclusio.

Sexta cõclusio. Affabilis suapte na-
tura delectationẽ affert: ⁊ cauet dolorem inferre/cõ
siderans que futura sunt et prouentura: ⁊ si maiora
sunt/honestatẽ ⁊ vtilitatẽ expetet: paruũ etiam dolo
rem affert grã magne voluptatis. ¶ Ex dictis con-
cludit mediũ habitũ talẽ esse ⁊ nomine carere.

Septima conclusio.

Septima conclusio. Exuperans in
predictis congressionibus solũ delectationis gratia/
placidus dicitur: qui vero sui emolumenti causa exu
perat/vt aliquid sibi accidat in pecunijs vł alijs ī re-
bus que pecunijs cõparantur/adulator siue assenta-
tor censetur. Qui autẽ omnia egre fert/et pro oībus
tristatur: eũ discolũ/difficilem atqꝫ cõtẽtiosum dici-
mus. extrema igitur inter se oppositionẽ recipiũt: q̄r
media dispositio nomine caret.

¶ Ca.ij. Ostendit inter arrogantiam/dissimula-
lationemqꝫ mediare veritatem: veracis ppꝛietates
atqꝫ extremorum inducit. Postremo infert arrogan
tem quũ sit dissimulatore peior/magis aduersari.

Circa eadẽ fere versatur ⁊ arro
gantie mediocritas: que qui-
dem ⁊ ipsa nomine caret. atqꝫ
non inutile fuerit de ijs etiam
pertractare. Nam et ea magis
que ad morẽ pertinẽt / pcipie
mus: si de singulis fuerit ptra
ctatum. ¶ Et virtutes etiam ipsas/mediocri-
tates esse credemus: si id in omnibus fuerit ita
sese habere pspectum. de ijs igitur q in conui-
ctu ad voluntatẽ cõgrediunť/atqꝫ dolorẽ: iam
diximus. sed nunc de veracibus/mendacibusqꝫ
siliter/⁊ in v̈bis/⁊ in actib⁹/⁊ in fictiõe dicam⁹.
¶ Arrogãs itaqꝫ: p̃clara ⁊ ea q̃ nõ īsunt/⁊ ma
iora q̃ȝ insunt/fingere sibi videť. Dissimulator
aũt cõtra/negare q̃ sibi insunt/aut īminuere so
let. At medi⁹ cũ sit talis/vt vnũquodqꝫ q̃le est

ip̄m/dicat atqꝫ oñdat: tā vita/ꝙ̄ v̄bis ē verax/ ea sibi inesse confitendo q̄ insunt ⁊ neqꝫ maiora neqꝫ minora. ¶ Fit autē: vt horū vnūquodqꝫ quispiam ⁊ alicuius et nullius rei causa faciat. Atqꝫ qualis est vnusquisqꝫ: talia tam dicit ꝙ̄ agit. ⁊ ita viuit/nisi alicuius gratia agat. ꝑ se autē mendaciū: improbū est/⁊ vituperabile. verū aūt: probū ac laudabile. Itaqꝫ verax quidē cū sit mediꝰ: est laudabilis. Mēdaces aūt ambo vituperabiles sunt. sed arrogās magis. At em̄ de vtroqꝫ dicamꝰ oportet: prius autem de veraci. ¶ Atqꝫ nō de illo nūc dicimus: qui in stipulationibꝰ verū dicit / ⁊ in ijs que ad iusticiā et iniusticiā pertinēt (Hec enim ad aliam accōmodantur virtutem) sed de eo qui in quibus hoc nihil refert/⁊ in verbis et in vita ex eo vera dicit/quia habitu talis est. atqꝫ talis equus et bonus esse videbitur. Qui nāqꝫ verū amat/ et in quibus nil refert/vera dicit: is multo magis vera dicet in quibꝰ refert. vt turpe em̄/mēdaciū fugiet: quod et per se fugiebat. Talis vero laudabilis est. ¶ Magis autē ad defectionē veritatis declinat. hoc em̄ equabilius esse videt: ꝓpterea ꝙ exuperationes sunt permoleste. ¶ Sed qui res sibi maiores ꝙ̄ insunt fingit/si nullius causa rei: prauo quidem est similis. non enim mēdacio gauderet. vanus tamen magis: ꝙ̄ malus esse videtur. ¶ Sin alicuius gratia/si glorie vel honoris: non nimiū est vituperandus/vt arrogans. sin argenti/ ⁊ eorū que ad argentum rediguntur: deformior est. Arrogans autem/ non in potentia: sed in electione consistit. habitu nāqꝫ: quia talis est. arrogans est/sicut ⁊ mendax: quidam ip̄o mendacio gaudens/quidā gloriā aut lucrum affectans. Qui igitur glorie causa sunt arrogātes: ea simulant pro quibus hoīes laudant/aut beati esse dicūtur. qui vero gratia lucri: ea quorum vsus ad proximos transit/⁊ que non inesse latere possunt. fingunt enim se medicos: vel vates egregios. Quapropter plurimi hominū talia simulant: ac arroganter sibi assumunt. sunt enim in ipsis ea que dicta sunt. ¶ At dissimulatores/ attenuantes sua: elegantiores moribus videntur. Non enim id lucri causa facere videntur: sed fugientes tumiditatem. Maxime autē hi negant ea que sunt preclara. vt ⁊ Socrates faciebat. ¶ Sed qui parua/manifestaqꝫ dissimulant: ij delicati simul/ maliciosiqꝫ dicuntur. et facile sperni possunt. Atqꝫ idipsum arrogantia videtur interdū/qualis est Lacedemoniorum vestitus. Nam et exuperatio/⁊ nimia defectio: ad arrogantiam pertinet. Sed qui moderate dissimulatione vtuntur / nec ea dissimulant que nimis ante oculos sunt ⁊ extant: gratiosi esse videntur. ¶ Aduersari autem arrogans ipsi veraci videntur. est enim dissimulatore deterior.

SEptimū capitulū nouē ꝯclusionibꝰ clauditur. ¶ Prima cōclusio. Nō abs re fuerit de his que circa vera ⁊ ficta versantur/cōsiderare: quorū medium nomine caret. Nam hic habitus mediꝰ circa eadē fere versatur cū priori habitu. Prima pars ꝓbatur. Nam cōsiderando de singulis virtutibus/ perfectiꝰ cognoscemus que ad mores hominū ꝑtinēt. Scd̄o ꝓbat. Nam hoc modo ipsas virtutes mediocritates esse facilius intelligemus: si id fuerit cognitū in omnibꝰ materijs circa quas virtutes et vitia versantur. Dictū est em̄ de his qui voluptatis gratia in conuictu hominū cōgrediūtur: cōsequens est igitur dicere de mendacibus ⁊ veracibus tam in verbis/tā in actibꝰ siue operationibus/⁊ in fictione.

Scd̄a cōclusio. Arrogans fingit sibi inesse ꝑclara ⁊ maiora/ꝙ̄ de facto insunt. Dissimulator vero vel ironicꝰ fingit pauciora siue minora sibi inesse/ ꝙ̄ de facto īsunt/inexistentiaqꝫ minuit. Oportet igitur mediū (quē veracem dicimꝰ) vnūquodqꝫ quale est dicere: verbis et factis ostendere/ cōfitendo sibi inesse que insunt/ et nec maiora nec minora. ¶ Remouetur dubitatio. Posset enim aliq̇s dicere arrogātem aliqñ fingere minora sibi inesse ꝙ̄ de facto insunt/grā lucri/timoris/vel pene vitande. Ironicus vero eadē causa pōt maiora fingere: ⁊ verax tā maiora ꝙ̄ minora. ¶ Huic dubitationi respondet hoc verū esse/si alicuius rei gratia agant: sed non/si nullius rei gratia operētur. Nā vnusquisqꝫ q̄lis est/ talia dicit ⁊ oꝑatur/eodēqꝫ modo viuit/ si nō aliciꝰ rei grā opet: h̄ est vnusquisqꝫ scd̄m ꝓpriū habitū operat ⁊ viuit/nisi aliud impediēs oꝑationē supueniet. Probat cōclusio. Mēdaciū suapte natura vituperabile est ⁊ improbū: sed verū/ ꝓbū est atqꝫ laudabile: igitur verax cū sit medius/ laudabilis est: mendax aūt vituperabilis/siue scd̄m exuperationē siue scd̄m defectionē mētiatur: vituperabilior tamē est mēdax scd̄m exuperationē. ¶ Cū igit de vtroqꝫ determinādū nobis est: id est de veraci et mendaci: prius siquidē de veraci ꝑtractare oportet: nō quidē de illo qui in cōfessionibꝰ siue pollicitis/vel rogationibus/verum dicit: qr hoc ad iusticiā/⁊ oppositū ad iniusticiā pertinet: sed de illo potius qui verū fatetur in his rebꝰ in quibus non refert: sed quia talem habitū habet ip̄m impellētē ad verū confitendū/et in verbis ⁊ in vita: id est operationibus. Talis enim iustus est/ ⁊ ꝓbus.

Tertia cōclusio. amans verū/et verū dicens in quibus nō refert: multocitius verū ip̄m fatebitur: ⁊ dicet in quibꝰ refert: ꝑtꝫ. Nam verax fugit mendacium/vt aliquid turpe/improbum et vituperabile: quia suapte natura est fugiendum/et si nulli nocumentum inferat: sic enim operando/ laudem propter eximiam virtutem consequetur.

Quarta conclusio. Verax magis declinat ad defectionem veritatis ꝙ̄ ad exuperationē. Probatur. Nam iustius videtur declinare in minus

ꝙ̄ in malus

ꝙ in maiꝰ/ ꝓpterea qͦ exuꝑationes sunt ꝑmoleste: id est tristiciã maiorẽ post se relinquũt ꝙ defectiões: vł sunt magis onerose. Magis eñ naturã aggrauat exuperatio ꝙ defectio.

Quinta cõclusio. Quĩta ꝯclusio. Fingẽs nulliꝰ rei gratia maiora sibi inesse ꝙ insunt/ est prauo ꝑsimilis: licꝫ magis vanꝰ aut ostẽtiuꝰ/ ꝙ malus videat᷑. Prior ps probatur. Nam si similis prauo non esset/ mendacio non gauderet.

Sexta conclusio. Sexta conclusio. Fingẽs maiora sibi inesse ꝙ insunt/ gr̃a glorie vel ostẽtationis vel honoris/ est vituperabilis: qui vero talia fingit gratia lucri/ deformior ⁊ vituperabilior est. Nõ eñ hic accipitur arrogãs scd̃m potẽtiã: id est ꝓ illo q̃ naturalẽ dispositionẽ vel potẽtiã hꝫ hoc faciẽdi: sꝫ ꝓ arrogante scd̃m electionẽ: id est q̃ hꝫ habitũ vł actũ illud faciẽdi: qꝛ talis est scd̃m habitũ/ queãdmodũ hñs habitũ mẽtiẽdi. Nã quidã eoꝝ gaudẽt mẽdacio/ ⁊ nõ ꝓpter aliud supueniẽs. Quidã ṽo/ mẽdacio gaudent/ affectãtes aut gloriã aut lucrũ. Prior ps ꝯclusiõis ꝓbat᷑. Nã q̇ gr̃a glorie talia fingũt/ ea sibi inesse credũt ꝑ quibꝰ hoies laudẽ cõsequũtur/ aut felices credũtur. Scd̃a ps ꝓbat᷑. Nã q̇ gr̃a lucri talia simulãt: fingũt ea inesse q̃ ꝓximo sunt vtilitati ⁊ cõmodo: ⁊ q̃ nõ pñt latere si insunt. vt q̇ se fingunt medicos aut egregios vates: id est diuinatores.

Correlariũ ¶ Plurimi igitur hoim talia fingũt/ ⁊ arrogãter sibi assumũt nomẽ medici vel egregij vatis. ꝑdicta igit᷑ vitia talibus inesse vidẽtur.

Septima cõclusio. Septima cõclusio. Dissimulatores/ elegãtiores moribꝰ ꝙ arrogãtes vidẽtur. Probat᷑: qꝛ nõ fingũt lucri gr̃a ⁊ gl̃ie: sꝫ ne sint alijs molesti/ ⁊ ne supbi videãt᷑: et ad fastũ siue apapratũ fugiendũ/ sua attenuãt. Hi eñ que p̃clara sunt/ sibi inesse negãt: vt Socrates faciebat negãs se phm̃/ sꝫ amatorẽ sapie.

Octaua cõclusio. Octaua ꝯclusio. Quidã dissimulatores arrogãtibꝰ ꝑsimiles sunt/ facileqꝫ spernũt᷑: ptꝫ de his q̇ ꝑua sibi iesse negãt/ ⁊ q̃ manifesta sunt. Tales eñ maliciosi/ delicatiqꝫ dicũtur. Tale eñ vitiũ nonnũꝙ arrogãtia a quibusdã dicit᷑: quo Lacedemonij in vestitu vtebant᷑. Nã exuꝑatio circa verũ i dictꝭ vel in factis/ ⁊ nimia defectio/ ad arrogãtiaꝫ ꝑtinẽt. Hi ṽo q̃ moderate dissimulãt/ ⁊ que non multũ manifesta sunt/ negant: gratiosi videntur.

Nona ꝯclo. Nona conclusio. Arrogãtia veritati opponit᷑/ estqꝫ dissimulatiõe lõge deterior. Hec ꝯclusio a phõ nõ ꝓbat᷑/ sed nota relinquitur ex his q̃ circa alias virtutes dicuntur.

¶ Annotationes textus.

Annotationes. ¶ Hoc in loco nõ intellectualis/ sꝫ electiuus ⁊ moralis habitꝰ/ veritas est. Nulla eñ moralis ṽtus intellectui subiacet vt accidẽs: sed vt id qͦ ab alio dirigitur. neqꝫ hoc pacto mediꝰ habitꝰ cẽseret᷑. Intellectiuis virtutibꝰ nulla moralia vitia aduersantur/ repugnantve. Atvero ṽitati arrogãtia/ itidẽ et fictio pugnãt. nõ est igit᷑ hac in sede/ intellectualis sꝫ moralis

Dissimulatio. habitꝰ cẽsenda. Dissimulatio eñ q̃ veritati opponitur/ tam in verbis ꝙ etiam in gestu ⁊ opibꝰ reponi vi-

Martialis. detur: vt Martialis in dissimilatorem.

Decipies alios verbis/ vultuqꝫ benigno:
Nam mihi iam notus dissimulator eris.

¶ Dissimulatio: tristi mẽti et afflicto nõ cõgruit/ ꝑinde ac sollicitis ⁊ ardua gerẽtibꝰ: vt ex septia elegia tertij libri

Claudianꝰ. Claudiani dinoscitur.

Hei mihi difficile est imitari gaudia falsa:
Difficile est tristi fingere mente iocũ:
Nec bene mẽdaci risus componitur ore:
Nec bene sollicitis ebria verba sonant.
Uos ego nunc moneo/ felix quicũqꝫ dolore
Alterius/ disces posse carere tuo.

Et licet cũ letis lete viuendũ sit: ⁊ cũ tristibus triste: verba tamen dissimulata nullũ ꝓfectum/ vtilitatẽqꝫ habent: vt testis est Ouidius ad Brucũ. Ouidiꝰ ad Brucũ.

Leta fere letis cecini/ cano tristia tristis
Cõueniens operi tempus vtrũqꝫ suo est.
Cum totiens eadẽ dicam/ vix audior vlli:
Uerbaqꝫ ꝓfectu dissimulata carent.

Meliꝰ igitur est (licet nostre nature dissonãtius) cõticere/ ꝙ futilia verba in vanũ profundere.

Ouidiꝰ lib. scd̃o de arte amatoria.

Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt:
Difficilis nostra poscitur arte labor.
Eximia est virtus prestare silẽtia rebus:
At ꝯtra grauis est culpa/ tacenda loqui.
Utileqꝫ multis dissimulasse fuit.

¶ Ca.iij. Ostendit circa iocos comitatẽ inter scurrilitatem ac rusticitatem mediũ esse: comẽ/ scurrãqꝫ rusticanũ suis naturis demõstrat. Demũ triũ dictaꝝ i vita mediocritatũ sil̃itudinẽ/ discrepãtiãqꝫ ꝯcludit.

Cum aũt sit ⁊ reqes i vita/ atqꝫ in hac ipsa ioco sese recreẽt homines: videt᷑ ⁊ hic esse quedã equabilis cõgressio/ ⁊ dicẽdo/ ⁊ audiẽdo ea q̃ opꝫ/ et vt opꝫ. ¶ Differt autẽ ⁊ dicendo, inter tales: ⁊ audiendo tales. atqꝫ ptꝫ ⁊ i his exuperationem esse medij/ ⁊ defectionem. ¶ Qui igitur in ridiculis exuperant: scurre videntur esse ac importuni/ affectantes omnino ridiculum/ ⁊ magis coniectantes facere risum/ ꝙ honeste loqui/ ⁊ nõ afficere eum dolore: in quem facete dicunt. Qui vero neqꝫ dicerent quicꝙ ridiculi/ neqꝫ alios dicere paterẽtur: rustici/ duriqꝫ esse vidẽtur. At is qui cũ moderatione iocatur: comis/ atqꝫ vrbanus vocat᷑. talẽ sane moris iam habitum assecutus: vt ad bene recteqꝫ iocandum sese flectere possit. huiusmodi nãqꝫ motiones: mores ipsius esse videntur. atqꝫ vti corpora/ sic et ipsi mores/ motionibus discernuntur. Cum autem exundet ipsum ridiculum/ plurimiqꝫ ioco/ salibusve magis ꝙ oportet gaudeant: scurre quoqꝫ eodem nomine nũcupantur/ vt gratiosi/ elegantes. Sed eos differre atqꝫ non parum: ex ijs que diximus constat. ¶ Accõmodatur autẽ huic habitui medio: et ipsa dexteritas. Atqꝫ ipsius est dextri/ ea dicere et audire: que ad modestum virum/ liberalẽqꝫ accõmodantur. sunt eñ q̃dã/ q̃ ioco dicere ⁊ audire: talẽ hoiẽꝫ decet. Atqꝫ ipsiꝰ liberalis iocus ⁊ eruditi: a seruilis ioco/ rudisqꝫ

Iſto notato reſpondetur ad dubium ꝙ non eodem modo eſt ſumendum medium in iuſticia diſtributiua ⁊ commutatiua. Probatur: quia triplex poteſt aſſignari differẽtia inter mediuz quod eſt iuſtum diſtributiuum: ⁊ medium qđ eſt iuſtum cõmutatiuum. Prima eſt: qꝛ medium diſtributiuum ſumiẗ attendendo ad merita ſeu dignitates ꝑſonaruz: medium vero cõmutatiuum non. Nam (vt dicit philoſophus) nihil differt ſi ſtudioſus prauũ ꝓuauit: vel prauus ſtudioſum. Neqz ſi mechat⁹ eſt ſtudioſus/ vel prauus: ſed ad nocumenti differentiã ſolum reſpicit lex. Secunda differentia eſt: qꝛ commutantes/ ante commutationem ſunt equales in ordine ad res commutãdas. Nam vnus habet vnam/ ⁊ ali⁹ aliam: ſed ꝑſone quibus diſtribuiẗ/ non oportet ꝙ ſint equales in ordine ad res diſtribuendas: qm̃ plus debetur illi qui maioris eſt meriti. Tertia differentia eſt: cõparãdo medium iuſtum ad exceſſum iniuſtum: in quo qui lucratus eſt/ excedit eum qui damnuz paſſus eſt: qꝛ mediũ cõmutatiuum cõparatum ad talem exceſſum/ ſumiẗ ſm proportionem arithmeticam: medium autem diſtributiuum non/ ſed ſm ꝓportionem geometricam. Dicitur autem medium ſm arithmeticam proportionem/ quod ſumitur ſm diuiſionez in partes eiuſdem quantitatis. Et dicitur proportio arithmetica: quia ſemꝑ extremum cõmenſurabile eſt medio ſm aliquẽ numerum. Medium autẽ ſm geometricam proportionem: eſt equalitas proportionis aliquorum duorũ vel plurium. Et dicitur geometrica proportio: qꝛ põt reperiri in continuis ſcđm nullum numerum commẽſuratis. Exemplum primi: vt ſex mediant inter octo et quattuor: quia ſex exceduntur ab octo in duobus: ⁊ excedunt quattuor in duobus: ſed nõ eſt eadem ꝓportio vtrobiqz. Nam ſex ſe habẽt ad quattuor in ꝓportione ſeſquialtera: in qua maius continet ſemel minus/ et eius medietatem. Octo autem ſe habent ad ſex in ꝓportione ſeſquitertia: in qua maius continet ſemel minus: ⁊ eius tertiam partem. Exemplum ſcđi: vt ſex ſunt medium inter nouẽ ⁊ quattuor. Utrobiqz eñ eſt eadem proportio: ſcz ſeſquialtera: ſed non eſt eadem quantitas: quia nouem excedunt ſex in tribus: ſex vero quattuor in duobus.

Scđm dubium

Dubitatur ſecundo vtrum iuſta operatio ſit medium inter iniuſtum facere ⁊ iniuſtum pati. ¶ Pro ſolutione dubij eſt aduertẽdum ꝙ ad propoſitum dubium reſpõdet Gerardus Odonis: ꝙ iuſta operatio non eſt medium inter iniuſtum facere/ et iniuſtum pati/ niſi ſolum per abnegationem extremorum improprie: ita ꝙ equaliter dici poſſet ꝙ iniuſta operatio eſſet medium inter iuſtum facere ⁊ iuſtũ pati: ⁊ hoc nititur oſtendere prima rõne ante oppoſitum/ ⁊ diuerſis alijs que hic breuitatis cauſa omittũtur. Aliter rñdet Buridanus dicẽs ꝙ facere iniuſtũ/ ⁊ pati iniuſtum/ et operatio iuſta ſiue opari iuſtũ: pñt dupl̃r accipi. Uno mõ ꝓ ipſa actiõe q̃ quis facit iniuſtum: ⁊ ꝓ paſſione qua alius patitur iniuſtũ: ⁊ pro operatione qua quis operaẗ iuſtum. Et ſic poteſt cõcedi ꝙ opatio iuſta non mediat inter predicta/ niſi ſm denominationẽ extrinſecam ab ipſis opatis: vel quãtũ ad aliquas eoruz ꝓprietates: vtputa quantũ ad eſſe voluntarium ⁊ inuoluntariũ. Alio modo poſſunt accipi pro iuſto vel iniuſto quod ex huiuſmodi actiõe/ vel paſſione/ vel operatione relinquitur in agente/ vel patiente/ vel operante: ⁊ ſic operatio iuſta eſt media: id eſt iuſtum quod prouenit ex operatiõe iuſta/ in faciẽte iuſtũ vl̃ patiẽte/ ẽ mediũ iter iniuſtũ qđ ex opatiõe iniuſta ꝓuenit in faciẽte iniuſtũ: ⁊ inter iniuſtũ qđ ex operatione iniuſta ꝓuenit/ in patiẽte. Et hec iniuſta ſunt plus ⁊ minus: iuſtum vero nec plus nec minus.

Reſponſio ad dubium

Iſto notato dicitur ad dubiuz primo ꝙ iuſta operatio ẽ media per abnegationem inter iniuſtũ facere et ininiuſtuz pati. Patet: qꝛ iuſta opatio/ nec ẽ iniuſtũ facere/ nec iiuſtũ pati. ¶ Diciẗ ſecũdo ꝙ iuſta operatio formaliter ⁊ ſcđm ſe/ non mediat inter iniuſtum facere ⁊ iniuſtuz pati: vt bene probat prima ratio ante oppoſitum dubij. ¶ Dicitur tertio ꝙ iuſta operatio non mediat inter iniuſtum facere et iniuſtũ pati/ tanq̃z inter vitia extrema: quia iniuſtum pati/ aliquando non eſt vitium. ¶ Dicitur quarto ꝙ iuſta operatio ſcđm proportionem arithmeticam vel geometricam ⁊ ſm rectam rationem/ mediat inter iniuſtum facere et iniuſtum pati. Probatur: quia omnis operatio iuſta eſt elicita conformiter ad dictamen prudẽtie dirigens ipſum operantem ad medium tenendum inter plus ⁊ minus ſm alterã dictarũ proportionum.

Tertiũ dubium

Dubitatur tertio vtrum iuſticia ſit medium duarum maliciarum extremarũ. ¶ Pro ſolutione dubij aduertendũ ẽ qđ ad iſtđ dubiũ communiter reſpõdetur ꝙ medietas iuſticie differt a medietatibus aliarum virtutum in duobus. Primo: qꝛ medietas in alijs virtutibus/ conſiſtit inter duas malicias. Iuſticia autem non ꝯſiſtit inter duas malicias/ ſed inter maliciam et penam. Nam iniuſtum pati/ nõ eſt malicia/ ſed pena. Secundo differt vt aiunt: qꝛ medietas in alijs virtutibus attenditur ſcđm rationem ⁊ quo ad nos. Iniuſticia vero attenditur ſcđm rem ⁊ quo ad numeꝝ: quia ſumitur ſm ꝓportionẽ arithmeticam vel geometricam

Alia reſponſio

Aliter reſpondetur ad dubiuz ꝑ tres propoſitiones. ¶ Prima ẽ. Iuſticia ẽ medium inter duos habitus cõtrarios. Probaẗ: qꝛ nõ ois habitus ex opationibus medijs inter opatiões extremas oppoſitas genit⁹/ ẽ medi⁹ iter habit⁹ extremos oppoſitos: ſed iuſticia ẽ hmõi: gitur. Maior eſt nota: quia ex opationib⁹ generantur habitus/ ⁊ ex talib⁹ opationibus tales habitus. Et minor probatur: quia opatio iuſta mediat inter duas extremas operationes oppoſitas: quarum vna eſt ſibi plus debito tribuere/ et alteri minus. et altera eſt plus debito alteri tribuere/ et minus ſibi. ¶ Et aduerte ꝙ huiuſmodi extrema contraria: quorum habitus extremi ſunt electiui: et quorum medium eligit iuſticia: non ſunt plus ſibi accipere/ et minus alteri tribuere. Nam iſta non ſunt contraria: ſed ſe ſequuntur: ſed illa extrema ſunt plus ſibi accipere/ et minus ſibi accipere: vel plus alteri tribuere/ ſiue min⁹ alt̃i tribuere/ ſiue pl⁹ ſibi accipe: ⁊ minus alt̃i tribuere/ ⁊ min⁹ ſibi accipe: ⁊ pl⁹ alt̃i tribuere,

Scd'a ꝓpō ¶ Secunda propositio. Habitus ꝯtrarij inter quos mediat iusticia/ sūt malicie quedā siue vitia. Probat: qꝛ vbicūqꝫ mediū est laudabile et virtuosuꝫ/ excessus ⁊ defectus sunt vituperabiles ⁊ vitiosi: sed circa cōmutatiōes ⁊ distributiones/ medium quod ē iusticia/ est laudabile: et vnus dictorum habituum excedit: alterum ꝓ ꝯ deficit: igiꝰ. ¶ *Tertia propositio* Tertia ꝓpositio. mediū iusticie sumēdū est ꝫm ratiōnē/ ⁊ quo ad nos. probatur: qꝛ si mediū iusticie sumeretur ꝫm naturam rei: seqreꝰ ꝙ eisdē rebus existentibꝰ/ medium esset idē: sed hoc est falsum. Naꝫ isto tempore habebis ꝓ vno paruo albo/ quinqꝫ pintas vini: ⁊ alio tpe non habebis nisi vnam. ¶ Item: medium qđ in re variaꝰ: ꝫm exigentiam humane indigentie sumitur/ non ꝫm rei naturaꝫ quo ad nos: sed sic est de medio iusticie: igitur. ¶ Preterea iusticia distributiua attendit ad dignitatē ⁊ meritū psonarum. commutatiua etiam quantuꝫ ad voluntarias commutationes/ attendit ad circunstantias: ⁊ etiam ad humanā indigentiā: igiꝰ. Primo em̄ in iusticia necesse est rerum distribuendarū ⁊ meritorum pro quibus distributio facienda est/ aut rerū ad inuicē commutandarum/ estimare valorem: sed post huiusmodi estimationem/ bene verum est ꝙ valoris rerum distribuendaꝝ ad valorem meritorū: vel etiaꝫ valoris vniꝰ rerum commutandarū ad aliam/ medium et equale firmandū est ꝫm rem: ⁊ hoc intēdit prima opinio. Sꝫ tamen non obstante ꝙ hoc modo mediū sumatur ꝫm rem: non est tñ negādū quin etiam sumaꝰ ꝫm rationē. Nam recta ratio sic ipsum sumere dictat.

Quō intelligenda est illa ꝓpō. iusticia autē ⁊c. Sed pro intellectu huiꝰ qđ dicit phs in vltimo capitulo huius scđi tractatus. Iusticia autē medietas est/ non ꝫm eundem modum p̄dictis ꝯtutibus. Potest dici ꝙ dupliciter in iusticia attendiꝰ medium. Uno modo attendiꝰ in cōsonātia operis ad dictamen recte rationis. et hoc est commune oī virtuti. Et de isto modo non est locutus phs in hoc quinto: qm̄ hoc sciri poterat ex diffinitione cōmuni virtutis: ⁊ per ea que dicta sunt de alijs virtutibus in speciali. Alio autem modo speciali/ medium attēditur in ipsa iusticia ꝫm ꝙ ipa est ad alterum distributiua vel commutatiua bonorum: quod quidem medium attēditur ꝫm equalitatē valoris rerum/ vel ꝫm proportionē valoris reꝝ ad valorem meritorum. Et de mō sumendi hoc modo medium/ loquitur hic phs: ⁊ nō de primo.

Questio tertia Queritur tertio vtrum iustum sit idē quod equale contrapassum. ¶ Pro solutione questionis sciendum est primo: ꝙ in proposito per pati/ nihil aliud itelligitur q̄ꝫ recipere ab alio lucrū vel damnū: ⁊ per facere/ nihil aliud est q̄ꝫ inferre lucrum vel damnum. Equale autē contrapassum/ potest intelligi dupliciter. Uno modo comparādo passionem vnius ad passionem alterius: vt quantū vnus recipit lucri vel damni/ tantuꝫ alius recipiat. Alio modo cōparando passionem alicuius in lucro ad passionem eius in dāno: vt quantū damnum recipit/ tantuꝫ lucrū recipiat.

Duplex iusticia ¶ Cū aūt duplex sit iusticia: scꝫ cōmutatiua ⁊ distributiua. Primo videndum est an cōtrapassum habeat locum in iusticia distributiua.

Pro quo est aduertendū ꝙ in distributionibꝰ duplex est habitudo ꝯsideranda: qm̄ supponitur ꝙ bona cōia distribuanꝰ psonis singularibꝰ: ꝓpter hoc ꝙ eis debentur. Nam si gratis distribuerentur: non esset ꝓprie iusticia/ sed liberalitas: vt priꝰ dictum est. Prima igiꝰ habitudo est cōitatis ad illos qbus fieri debet distributio. Alia vero est eorum quibꝰ debet fieri distributio ad inuicem. Quātū ad primā habitudinē/ iusticia nō videꝰ esse nisi ꝯmutatiua. Nā cōmunitas illis retribuit/ qꝛ ab eis suscepit: sed quantum ad secūdam/ nulla videtur esse commutatio: sed solum distributio. propter ꝙ a tali habitudine ipsoruꝫ ad inuicem/ iusticia dicitur distributiua: modo cōstat ꝙ scđm illam habitudinem/ contrapassum nō habet locum: quoniaꝫ contrapassum supponit ante factum/ vel antepassum: qđ ibi non reperitur.

Sciendum secundo ꝙ ꝯmutationes sunt duplices: scꝫ voluntarie et inuoluntarie: vt supra visum est. Uolūtarias cōmutationes enumerat phus plures: scꝫ venditionem/ emptionem/ mutuationem/ fideiussionem/ vsum/ depositionem/ ⁊ conductionem: ⁊ pōt addere liberalem donationem. ¶ Uenditio est per quam vendens transfert dominium sue rei in alterum/ recepto precio. ¶ Emptio autem est per quam in emētē transfertur dominium rei alterius/ dato p̄cio: ⁊ in istis manifestum est ꝙ non ē seruanda equalitas quantitatis: qm̄ precium datum/ est alterius cōditionis a re vendita vel empta: sed ista optꝫ equari ꝫm ꝓportionem. ¶ Mutuatio est per quam mutuās transfert dominium sue rei in alteruꝫ: vt equalem vel similem recipiat. Et in ista commutatione/ obseruanda est equalitas quantitatis: nisi forte qꝛ mutuans fecit gratiā indigenti re sua. In quo casu/ recipiēs non solum tenetur reddere equale rei mutuate: sed vltra tenetur ad gr̄arūactiones. Et sic iterū patet ꝙ iustuꝫ hic non ꝯsistit in equalitate quantitatis. Aliqñ potest ꝯtingere ꝙ hmōi mutuatio fiat ad vtilitatē vtriusqꝫ. ⁊ tunc sufficeret forte ad iustum equalitas quantitatis. ¶ Fideiussio est per quam quis se obligat ꝓ debito alterius/ si ille defecerit: ⁊ tunc manifestum est ꝙ si soluerit debitum: alter tenetur sibi in tanto/ ⁊ in tali: et vltra/ tenetur ei ad multas gratiarumactiones. *Qui: iuss: iusti:* ¶ Usum aūt videtur Aristo. vocare scđm quem quis alteri rem suam gratis concedit/ retento dominio: et tunc iustum consisteret in reddendo eam rem cū gratiarumactione. ¶ Depositio est scđm quaꝫ quis rem suam pro securitate/ in custodia alterius deponit: et tūc iustum est ꝙ eadem res sibi reddatur: nisi ꝙ deponens ad aliquod salarium tenetur/ vel ad gratiarumactiones. ¶ Conductio est qua quis pro certo tēpore vendit rei sue vsum: et manifestum est ꝙ ibi non seruatur quantitas vsus. Nam quātitas vsus ⁊ preciū inde receptū/ nō sunt cōmensurabilia ꝫm quantitatē. *[Condu]ctio* ¶ Donatio vero est scđm quam aliquis transfert suā rem in alium sine spe rehabēdi/ ⁊ sine pacto remunerationis. Et in ista/ iustum ꝯsisteret in gr̄arūactiones reddēdo/ vel seruitiū/ vel aliquid hmōi. ¶ Inuolūtarias etiā cōmutationes ibidē enumerat phs de qbus etiam ꝯstat ꝙ si damnū illatū alij/ sit restituendū ꝫm equalitatē q̄ꝫtitatis: tñ vltra optꝫ iniuriantem puniri. Propter qđ in ipis iustū nō est p̄cise ꝯtrapassum eq̄le ꝫm quātitatē: ideo dicūt quidam ꝙ in ꝯmutationibꝰ inuoluntarijs/ iustū non est idē qđ contrapassum: sed bene in voluntarijs. ¶ Hec opinio licet cōmunis sit/ non videꝰ vera/ nec de intētiōe Ari. qm̄ si loq̄mur de equali ꝯtrapasso/ equalitate q̄ꝫtitatis: ptꝫ ꝙ Ari. non solū in ꝯmutatiōibꝰ iuolūtarijs negat iustū eē ꝯpassū sꝫ ēt i volūtarijs. Dicit em̄ i sexto ca. Sꝫ i cōicatiōibꝰ quidē cōmutatiuis cōtinet tale iustū ꝯtrapassum ꝫm ꝓportionalit *Rep[robatur] opinio*

ꝓportionalitatē/ ⁊ nō ꝫm equalitatē. Si aūt loq̄mur de equalitate cōtrapassum equalitate ꝓportiōis: ptꝫ q: Aristo. non solū ponit iustū esse cōtrapassum in volūtarijs/ sed etiā in inuolūtarijs. ¶ Itē ꝫm p̄dictam opinionē nō videt̃ quō ꝯcordant duo dicta Ari. Primū est: ꝙ nihil differt si studiosus prauū priuauit/ vel ecōuerso. Alterū est. si principatum habēs ꝑcusserit: non optꝫ repcuti. ⁊ si ꝑncipē ꝑcusserit: nō solū repcuti optꝫ: sed etiā puniri. Ista em̄ dicta sunt de cōmutationib⁹ voluntarijs: et vident̃ contraria. Ideo aliter respondet̃ ad questionē ꝑ tres sequentes ꝯclusiones.

Responsio ad q̄stionē

Pria ꝯclō

Conclusio prima. Iustū non semꝑ fit ꝑ equale contrapassum equalitate q̄ntitatis rex cōmutabiliū. Probat̃: q: si domus tua valet centū solidos: ⁊ vnū calceamētū valet duos solidos: iustū erit dare q̄nq̄ginta calceamēta ꝓ vna domo: et tn̄ ibi nec est equalitas q̄ntitatis cōmutatiue/ nec discrete: igit̃.

Scđa ꝯclō

Conclusio secunda. Aliq̄n fit iustum (licet raro) ꝑ equale ꝯtrapassum. Patet ex deductione specieꝝ cōmutationis voluntarie in scđo notabili.

Tertia conclusio

Cōclusio tertia. Iustū semꝑ fit ꝑ equale cōtrapassum equalitate ꝓportiōis. ptꝫ inductiue.

Instātie cōtra ꝯclōnes

Cōtra ꝯclusiones sic instat̃. Iustū: est nec plus nec minus habere debito. Hoc aūt optime saluatur: si quātum mihi tradas/ tantū a me recipis: quod est equale contrapati: igitur.

Scđo arguit̃. Iustū: est ineq̄le ad eq̄le reducere: sed hoc fit per contrapassum: igitur.

Tertio arguitur. Minus videt̃ ꝙ iustū sit ꝯtrapassum in iusticia distributiua/ q̄ꝫ in ꝯmutatiua: ⁊ tn̄ in distributiua iustū est cōtrapassum: igit̃. Minor ꝓbat̃: quia in iusticia distributiua sic ꝓportio geometrica saluatur: ꝙ qui pl⁹ ad bonum commune egit/ plus de bono communi recipiat.

Ad primaꝫ rationem

Ad primā rationē ante oppositū questionis dicit̃: ꝙ nec plus nec minus debito habere/ saluat̃ ꝑ ꝯpassum ꝓportionale: sed nō semꝑ ꝑ equale.

Ad scđam

Ad secundam dicitur similiter.

Ad tertiam

Ad tertiā dicitur ꝙ licet cōtrapassuꝫ attendat̃ in distributionib⁹ ꝫm cōparationem eorum q̄bus fit distributio ad cōītatē: tamen nullum ē cōtrapassum ꝫm comparationem eorum quibus fit distributio ad inuicem: vt prius dictum est.

Primū dubium

Dubitat̃ primo vtrum oīa ꝯmutabilia sint eadē mensura cōmēsurabilia. ¶ Pro solutiōe dubij est aduertēdū ꝙ cōmutabilia dupl̃r p̄nt ꝯsiderari. Uno mō ꝫm suas substantias vel rōnes spēales. Alio mō ꝫm ꝙ cadūt i vsum humanū. ⁊ taliū quedā sunt que iuste ꝑmutari possunt. Alia vero sunt q̄ non iuste permutari possunt: et ista sunt duplicia. Nam q̄dam solum cōmutari non possunt: quia lege ꝓhibita. Alia vero sunt que ꝫm conditionem sue nature commutari non licet. ¶ Tunc dicit̃ ad dubiū: primo ꝙ cōmutabilia scđm suas substātias considerata: nō optꝫ esse commensurabilia: quia sic considerata/ sunt diuersorum generū. ¶ Dicitur scđo ꝙ omnia commutabilia scđo modo considerata/ que iniuste cōmutari p̄nt: sunt eadem mensura cōmensurabilia. probatur: quia nisi sic/ periret humana ciuilitas ⁊ cōmunicatio. Naꝫ cum vnus solus non possit sibiipsi super omnib⁹ quibus indiget/ prouidere: necesse est vt omnia commutabilia quibus indiget/ sint vna mensura commensurabilia/ vt possit homo ab alijs sibi super his prouidere.

Pria ꝓpō

Scđa ꝓpō

¶ Dicitur tertio ꝙ commutabilia ex lege solū ꝓhibita/ remota legis prohibitione: sunt eadam mensura cōmensurabilia. Patet: quia circunscripta legis prohibitione/ talia essent licite cōmensurabilia.

Tertia propositio

¶ Dicitur quarto ꝙ ea que ex sua natura non sunt cōmutabilia/ nulla eadē mensura sunt cōmensurabilia/ saltem cum alijs.

Quarta ꝓpositio

Questio

¶ Et si queratur. an talia ad inuicem sint cōmensurabilia. ¶ Forte potest dici ꝙ damnum vnius/ damno alterius: et lucrum lucro aliq̄n equari potest. Ut si vterq꜄ eorū vxorem alterius accipiat ꝫm omnes circunstantias pares: vel si vterq꜄ cōsimiliter alterum interfecerit: aut eius brachiuꝫ amputauerit. Sed lucrū damno/ saltem in communcatione voluntaria/ equari non potest: eo ꝙ anima damnificatur: et damno anime non potest equari lucrum corporale.

Scđm dubium

Dubitatur secundo vtrum indigentia humana sit mensura commutabilium.

Responsio ad dubium

Ad dubium breuiter respondetur ꝙ indigentia humana est mensura naturalis commutabilium scđm similitudinem proportionis: et non scđm equationem quantitatis. Nam scđm ꝙ plus vel minus indigemus: scđm hoc res est pluris vel minoris valoris. Uidemus enim ꝙ illo tempore quo vina deficiunt: q: ipsis plus indigemus/ ipsa sunt cariora ⁊c.

Tertiū dubium

Dubitatur tertio vtrum numisma sit necessarium ad mensurandū cōmutabilia.

Responsio ad dubium

Ad dubium dicitur primo ꝙ ad perfectam hominum communicationem et sustentationē/ numisma est necessarium in commutationibus. Naꝫ vt dicit philosophus primo politico. quia non est bene possibile res cōmutabiles transportari ad longinqua loca ad ea quibus idigemus/ numismatis vsus est ex necessitate adinuentus. Et sic ꝓpter distantiam locorum/ est necessarium ꝙ sit parue q̄ntitatis/ ⁊ bene portabile/ ⁊ magni valoris. ¶ Scđo propter distantiam tēporum. Uerbi gratia. Nūc habeo vinum: et anno futuro indigebo: nec vinum quod habeo/ seruare possuꝫ quin putrefiat: necesse est ergo aliquid accipiam pro vino meo quod facile seruare potero sine putrefactione: et hoc est numisma. ¶ Tertio ideꝫ patet ex nostra multiplici indigentia. Uerbi gratia. Iste pauper qui ex labore suo viuit/ laborat vni diuiti tribus diebus: et sibi desunt panis/ carnes/ sal/ ⁊ huiusmodi que non habet ille diues: sed habet lapides preciosos. quid igitur fiet? necesse est vt pro labore recipiat rem ad parua portabilem: pro cui⁹ vna parte habebit panē: et pro alia sal: et sic de alijs. idō a dbꝫ est necessariū numisma. ¶ Quarto patet ex quorundam commutabilium magni valoris indiuisibilitate. Uerbi grā. Equū habeo/ ⁊ indigeo veste/ calciamentis/ et cibo: ꝓ quorum nullo dabo equum meum: igitur necesse est pro equo pecuniam accipere: cuius vnam partem dabo pro panno: aliam ꝓ calciamentis ⁊c. Et pro istis necessitatib⁹/ numisma aliquas exigit ꝯditiōes. ¶ Prima est: ꝙ sit paruum. Nam sic nō potest fieri ei detractio: quin de facili perpendatur. ¶ Secūda est: ꝙ habeat imp̄ssionē caracteris alicui⁹ p̄ncipis: al's posset quilibet fingere ⁊ falsificare numisma. ¶ Tertia est: ꝙ sit certi ponderis: aliter nō posset ꝑ ipm̄ certū p̄ciū cōmutabilib⁹ imponi. ¶ Quarta est: ꝙ sit bene per-

mansiuum sine corruptione: quia aliter nō posset per ipam future indigentie puideri. ¶ Quinta est: ꝙ habeat materiam preciosam: vt magnus valor possit in paruo loco reponi: et ad loca distantia faciliter portari. ¶ Sexta est: ꝙ sit in parua diuisibile / specialiter ppter paupes: qui multis rebus indigēt parui pcij.

Scda ppō **Secundo dicitur ad dubiuz. Primo** ꝙ valor numismatis / indigētia hūana mēsurat. Deinde postq̄ valor pecunie mēsuratus fuerit ſm proportionem ad indigentiam humanam: omnia cōmutabilia poterunt appreciari ſm proportionem ad pecuniā. Qualem em̄ pportionem habebūt ad humanam indigentiam: talem proportionem habebunt ad pecunias humane indigentie.

Tractatus Secundus.

¶ Ca. j. Querit cuz quispiam iniuriam faciens / iniustus nōdum sit: per equales iniurias fit omnino iniustus. Atq̄ cōmemorat ad complementum iniusticie / electionis principium momenti plurimuz habere. Dicitq̄ se loqui de iusto simpliciter: hoc est ciuili / qđ est inter socios vite quibus ⁊ lex inter se ponitur. Nā herile iustuz ad paternum ciuile non est: lz illi similet.

Cum autem fieri possit / vt iniuriam quispiam faciat / ⁊ nondum sit ipe iniustus: qualesnam iniurias quispiam faciens vnaquaq̄ iniusticia iam est iniustus / fur inq̄ / vel adulter / vł latro: an hoc mō nihil iterfuerit: ¶ Etenim fieri potest vt quispiam coeat cum muliere sciēs cum qua coit. sed non ob electiōis principium / sed ob affectum. Atq̄ iniuriam quidez agit: sed iniustus nō est. veluti neq̄ fur: furat⁹ est tamen. neq̄ adulter: adulterium tamen fecit. et eodem de ceteris modo. Quomodo igit sese habet ad ipsum iustum repassio: dictuz est antea. ¶ Oportet autem nō latere: iustum qđ nūc queritur / id esse quod est simpliciter iustū: ipsum inq̄ iustum ciuile. hoc autem est inter socios vite: vt sit sufficientia liberorū / atq̄ equalium / aut in comparatione rationum cōsistens / aut in numero. Quare in quib⁹ hoc non est / inter eos ciuile iustum nō est: sed quoddam iustū ⁊ per similitudinem quandam. ¶ In ijs enim est iustum: quibus inter se ponitur lex. Lex aūt ijs poni solet: in quibus est iniusticia. iudicium enim diiudicatio est iusti atq̄ iniusti. in quib⁹ vero est iniusticia / in ijs est etiam iniuriam facere. sed non in omnibus est iniusticia: in quibus est iniuriam facere. Hoc autem est plus quidē ex simpliciter bonis / minus autem ex simpliciter malis sibi tribuere. ¶ Idcirco non sinim⁹ hominem dominari / sed rationem: quia sibiipsi id facit / et fit tyrannus. magistratus aūt custos est iusti. ꝙ si iusti: ⁊ eq. ¶ Atq̄ q̄ nihil sibiipsi plus tribuendum esse cēset / si est iustus (ex simpliciter em̄ bono plus sibi nō tribuit / nisi comparatione rationum sit ad ipsum accommodatū) iō alij nō sibiipsi laborat. ¶ Atq̄ ob idipsū: alienum bonum inquiunt iusticiam esse / sicut ⁊ antea diximus. merces ergo quedam tribuēda est ipsi: bonos inq̄ et premium. sed quibus hec non sufficiunt: ij fiunt tyranni. Herile autē paternumq̄ iustum non idem: sed his est simile. Nō est enim iniusticia ad sua simpliciter. id autem quod possidetur / et filius q̄diu sit tantill⁹ / ⁊ non separatus: vt pars ipsi⁹ est patris. ¶ Se vo nemo vult ledere. quapropter non est ad seipsum iniusticia. Neq̄ ergo iustum / neq̄ iniustū ciuile. ¶ Est eniz lege: atq̄ in ijs est / in quibus lex esse potest. Qui quidez ij sunt quibus inest equalitas imperandi atq̄ parendi. ¶ Idcirco magis ad vxorem iustum esse videtur: q̄ ad filios / ⁊ ea q̄ possidentur. Hoc enim est rei familiaris iustū. verum ⁊ hoc aliud est a ciuili.

Sextum capitulum vna questione ⁊ duabus conclusionib⁹ clauditur. ¶ Mouetur questio. Fit em̄ vt quispiam iniustum faciat qui nōdū sit iniustus. quales iniurias faciens / iniust⁹ censendus est ſm vnamquāq̄ iniusticiam particularē / puta fur / vel mech⁹ / vel latro. Vel nihil differt ad hoc ꝙ quis iniustus dicatur / qualia iniusta fecerit. Et hui⁹ questionis motiuum declarat exēplariter: scz ꝙ cōtingat iniusta opantē nō esse iniustū. Nā si q̄s ɔiūciat mulieri sciēs cui: non propter electionem / sed propter passionē licz iniustum faciat / tm̄ nō iniustus. Nec si capiens aliena est fur: licet furatus sit. Nec si mechans sit / est mech⁹: licet mechatus sit. ⁊ sic de alijs. ¶ Hanc questionem soluet phs in tertio cap. hui⁹ tractat⁹. Et subdit phs ꝙ qualiter se habet ɔtrapassum ad iustum / dictū est.

Prima conclusio est. Iustum simpliciter ⁊ politicum (de quo est hic sermo) soluz est inter liberos ⁊ equales. Probat phs quattuor rationibus. Prima ¶ Prima ratio est: quia iustum politicum / est quedā cōmunicatio ad sufficientiaz: scz vt ɔmunicātib⁹ nihil desit ad vitam necessarium: sed hmōi ɔmunicatio solum inest liberis et equalibus / vel scđm pportionalitatem / vel ſm numeruz: ⁊ quibuscunq̄ hec non inest / nec iustum politicum nisi ſm similitudinē: igit. ¶ Secunda ratio. Inter quos potest esse iustuz politicum / potest esse lex: ⁊ inter quos lex ⁊ iusticia / ⁊ inter quos iniusticia / ⁊ iniustum facere licet: non contra: sed solū inter liberos ⁊ equales est iustum facere: igitur solum inter liberos et equales est iustum politicum. Maior quo ad scđam partē pbat: scz inter quos potest esse lex / inter eos potest esse iusticia: q̄ iudiciuz qđ fit ſm legem / nō aliud est q̄ vindicta iusti et iniusti: igitur in quibus est iusticia pōt esse iniustū facere. Minor pbatur. Nam iniustum facere / est plus bonorū sibi simpliciter tribuere: ⁊ minus malorum / q̄ alteri: igit non est iustum facere nisi in cōparatiōe ad alterum: ⁊ hoc

inter

inter liberos ⁊ equales. ¶ Tertia ratio. Non ꝑmittim⁹ aliquē dominari ꝑ suo voto/sed solū rationem. Nam si dn̄aretur ꝑ sua volūtate: tunc plus de bonis sibi tribueret/⁊ min⁹ de malis: ⁊ esset tyrānus. Sed ꝓnceps est custos iusti: ⁊ si iusti: igit̄ et eq̄litatis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s iustum politicū est inter equales. ¶ Quarta rō. Iust⁹ politicus nō plus sibi tribuit de bonis/q̄ꝫ alteri: nisi qn̄ scđm ꝓportionalitatē plus ei debet̄: q2 alteri laborat sicut sibiipsi. Et ideo iusticia politica dicit̄ bonū alienum/et non proprium: et per cōsequens iustum politicum est inter bonos et equales. ¶ Correlarium infertur. Merces danda est iustis et equis ꝓncipibus: hec autem est honor et gloria: et illi quibus hec non sufficiunt/sunt tyranni.

Correlariū

Secūda cōclusio.

Scđa cōclusio. Licet iustū dominatiuū et paternū/ sint similia iusto politico: nō tamen sunt iustū politicū siue ciuile. Probat̄ tribus rōnib⁹. ¶ Prima ratio. Nulli ad ea que sunt eius/ ē iniustū: igitur nec iustuz politicū. Probatur antecedēs: quia nulli ad ea q̄ sunt eius/est iniusticia: q2 sibiipsi nullus eligit nocere: sed possessiones et filij/q̄ ꝑtinent ad iustū dominatiuū ⁊ paternū/sunt tanq̄ꝫ ꝑtes eius cui⁹ sunt: igit̄ respectu taliū non ē iusticia/neqꝫ iustū politicū. ¶ Scđa ratio. Iustū politicū solū est inter eos inter quos pōt esse lex: cū sit scđꝫ legē. Sed inter dominū ⁊ seruū/patrem et filiū/ nō pōt esse lex: q2 inter eos nō est equalitas dominādi ⁊ imperādi: igit̄ inter eos nō est iustum politicum. ¶ Tertia ratio. Viri ad vxorem magis est iustum q̄ꝫ ad filios ⁊ possessiones: et tamen ad vxorē nō est iustum ciuile: sed economicum/quod est alterū a ciuili: igitur ad filios ⁊ seruos non est iustum ciuile siue politicum.

¶ Ca. ij. Iustum ciuile in naturale/legitimūqꝫ ꝑtitur: vtrūqꝫ finiēdo declarat/reprobans eos qui nullū iustum naturale statuerunt ꝓpter iustorū motionem. Dehinc infert ipsum iustū vniuersale esse ⁊ vnum: sed que aguntur multa. Iustum atqꝫ iniustum natura esse vel instituto quod cum actum est/ius vel iniuria dicit̄. imo ipsam iuris actionez magis cōmune aliq̄d vocari: quāuis q̄d est iniurie singulorum emendatio.

Ciuilis autē iusti aliud est naturale/aliud legitimū. Et naturale quidem est quod vbiqꝫ vim habet eandem: et nō quia videtur/vel non videtur. Legitimū autē quod a principio quidem nihil refert /sic an aliter habet: cum vero positū fuerit refert. Quale est: mna captiuos redimi/vel capram diis/ sed nō duas oues mactare. et etiam ea q̄ de singulis lege iubentur. vt sacra Braside facere. ⁊ que publicis decretis instituuntur. ¶ Videntur autem quibusdam omnia talia esse. Propterea ꝙ omne quod natura constat immobile est: et vim eandem habet vbiqꝫ. sicut ignis hic/et apud Persas vrit: iusta autem moueri vident. Verum hoc non ita sese habet/sed aliquo modo. Atqꝫ apud deos quidē nihil vllo modo forsitā est quod ita sese habet: apud nos autem est quidem aliquid etiā natura cōstans/ mutabile. verum nō omne. Attamen aliud est natura/aliud nō natura. patet autē. ¶ Quidnam eorū que possunt et aliter se habere natura/constat: et quid non/sed lege ac instituto/ si ambo mutari similiter possunt: ¶ Et ad cetera eadem accōmodabitur definitio. Dextera nāqꝫ manus validior est leua/natura. Et tamē fieri potest: vt omnes euadant apti ad vtendū manu sinistra perinde ac dextra. Iustorū autem ea que ex instituto sunt ⁊ ob vtilitatem: similia sunt mensuris. Non enim omnibus in locis equales sunt vini/triticiqꝫ mensure. sed vbi quidem emunt/maiores sunt: vbi autem vendunt/minores. Simili modo ⁊ ea que non naturalia sunt/ sed humana iusta: non eadē sunt vbiqꝫ. Nam neqꝫ respublice/ sed vna tantum vbiqꝫ scđm naturam est ipsa optima. ¶ Vnūquodqꝫ autem iustorum/⁊ legitimorum vt vniuersale sese habet ad singula. etenim ea q̄ aguntur sunt multa. vnumquodqꝫ autem illorū est vnum. est enim vniuersale. ¶ Interest autem inter iniuriam ⁊ iniustum: ⁊ inter ius et iustum Iniustuz enim est natura/vel instituto. Id autem ipsum cum actum fuerit/iniuria est: antea vero ꝙ sit actum/nullo modo est iniuria / sed iniustum. pari modo et ius. Vocatur autē magis iusti actio ipsum commune: ius autem iniurie emēdatio. Que v̇o/⁊ quot species vniuscuiusqꝫ ipsorū sunt/et circa que versantur: considerandum est postea.

Sextū capitulū vna diuisione et duabus cōclusionib⁹ clauditur. ¶ Diuisio. Iusti ciuilis aliud ē naturale: aliud legitimū. Iustū/ē quod vbiqꝫ habere eādem potentiam: ⁊ nō q2 sic videatur vel nō videatur: id est. Iustum naturale/ est quod natura oēs gentes docuit: et nō ideo est iustū/q2 bonū visum est sic instituī. Iustū vero legale /est q̄d ab initio nihil differebat si isto vel illo modo esset: sed postq̄ꝫ lata est lex/ refert. Et istud diuidit̄ in ciuile/ ⁊ pōtificiū. Exēplū de iusto ciuili: vt ꝙ redēptiōes captiuorū certo ꝓcio fiant: puta mna. Exemplū de iusto pōtificio: vt ꝙ capra immoletur/nō due oues: ⁊ vniuersaliter quecūqꝫ in singularibus legem ponūt: puta sacrificare Brasi de: id est illi deo. et alia huiusmodi/que publicis decretis statuūtur. Et accipit philosophus iustū politicū large: ꝓ oi iure quo vtimur in politia siue cōmunitate (Videtur autem) ¶ Hic ponit philosophus obiectionē quorūdā cōtra predictā diuisionē cū eorꝫ motiuo. Dicebant em̄ oia iusta esse talia: id est positiua siue legalia. Quia oē naturale est immobile: et vbiqꝫ habet eandē potentiā: sicut ignis/hic et apud Persas ardet: sed omnia iusta sunt mobilia: ergo nullum est iustū naturale. ¶ Soluit philosophus ꝓdictā

Diuisio

obiectionē: dicens ꝙ in aliquibus/oē naturale est im-mobile: puta apud deos: i aliquibus aūt / puta apud nos/ ꝗuis aliqd sit naturale ⁊ aliqd nō: tñ omne est immobile. Et ita aliqd naturale est mobile. ¶ Hic philosophus circa ꝓdictam solutionē mouet vnū dubiū. Diceret eñ aliquis: si ambo iusta: scilꝫ naturale et legale/sunt mobilia: quale ipsorū cōtingentium/⁊ aliter se habere possibiliū/est natura: id est per naturā siue naturale: quale nō est naturale/sꝫ legale: et ex cōpositione ex lege/⁊ institutiōe humana. ¶ Hic respōdet phus ad ꝓdictū dubiū: dicēs ꝙ in his est eadē determinatio/ sicut in alijs naturalibus: vt ꝗuis dextra scd̄m naturā sit melior sinistra: tñ nihil ꝓhibet aliq̄s esse ambidextros: id est vtraqꝫ manu tāq̄ dextra potentes. ¶ Hic phus ostendit mutabilitatē iusti legalis: ⁊ ponit talē cōclusionem. Iusta legalia siue positiua/non sunt eadē apud nos. Probat phus dupliciter. Primo per simile: qꝛ mensure vini ⁊ frumēti non sunt equales apud oēs: sed vbi emūtur ꝓdicta/ sunt maiores: et vbi vēdūtur/minores. Scd̄o ꝓbat: quia nō est eadē vrbanitas siue respublica apud oēs: cū nō sit vbiqꝫ nisi vna respublica optima scd̄m naturā: ergo nō sunt eadē iusta positiua apud omnes.

Prima conclusio Prima cōclusio. Iustū naturale ⁊ legale se habent ad iusta oꝑata sicut vniuersale ad singularia. Probat phs: qꝛ vnius iusti naturalis siue legalis multa sunt iusta oꝑata: igit̄.

Secūda cō clusio. Scd̄a ꝯclusio. Iniustificatio siue iniuria/⁊ iniustū/nō sunt idem. Similiter nec iustificatio ⁊ iustū. Probat philosophus: qꝛ aliquid est iustū natura/vel ordinatione: etiā anteq̄ operatū sit. Idē vero qñ operatū est/est iustificatio: vt iniustū est occidere hoiem/etiā cū non fiat: sed cū factū est/dicitur iniustificatio siue iniuria: ⁊ similiter dicendū est de iustificatione ⁊ iusto. Et subdit philosophus ꝙ iustum oꝑatū cōmuniter acceptū/dicitur pragenia: id est iusti actio/siue operatio. Sed directio siue emēdatio iustificationis siue iniurie/dicitur iustificatio. ¶ Excusat se philosophus de ampliori determinatione de istis/dicēs ꝙ de speciebus iustorū/ quales ⁊ quot/⁊ circa que sunt/posterius vidēdū est: scꝫ in politicis.

¶ Ca. iij. Dissoluit questionē ante factam ꝑ quales iniurias quis sit iniustus: repetens ius ac iniuriā fieri a sponte agentibus et non inuitis: vt ignorantia/aut vi nisi per accidens. Que sponte fiunt/ nunc cum electione/nunc sine illa agi. Atqꝫ quum triplex sit lesio: ob ignorantiam: infortunium esse. vel peccatum quoddam ob affectum: iniuriā fieri etiam a non iniustis. Sed eū qui electione nocet/omnino iniustū esse: ideo ⁊ que per iram geruntur/sine prouidentia facta censeri. Similiter que electione ius agit/ iustū esse. Que ob ignorationem fiunt/venia plerumqꝫ digna potius q̄ȝ alia.

CUm autem iusta sint ⁊ iniusta ea que diximus: iniuriam qdem quispiā facit / et ius agit cum ea sua spōte agit. sꝫ cum inuitus: nō iniuriā facit: neqꝫ ius agit. Agit enim ea quibꝰ accidit vt sint iusta aut iniuiusta. Iniuria aūt atqꝫ iuris actio tunc est: cum a spōte agente fit. tunc enim vituperatur: ⁊ simul tunc iniuria est. Quare erit quid iniustum quidem: sed nondū iniuria/si non a sponte agente sit factum. Et qdem id a sponte agente fieri dico (quemadmodū et prius est dictum) quod quispiam in se situ sciens agit/et non ignorans/neqꝫ quē/neqꝫ quo/neqꝫ gratia cuius: vt quem pulsat/⁊ quo/ et gratia cuius: ⁊ vnūquodqꝫ illorū neqꝫ ꝑ accidens/neqꝫ vi. vt si quispiam vi mouens manū alterius / ipsum pulset. Sponte enim ipsetum sua nō pulsat: quippe cum non sit in se situ. Fieri etiam potest vt qui pulsatur sit pater. ipse autem sciat quidem illum hominem esse/ vel aliquem eorum qui assunt: ignoret autem esse patrem. Idem dicendum est et de eo gratia cuius agitur: et circa totum etiam actum. ¶ Quod igitur ignoratur / aut non ignoratur quidem / non est autem in ipso situm/sed vi fit: id omne agitur ab inuito. ¶ Et eorum enim que nobis natura competunt/complura scientes agimus atqꝫ patimur: quorum nihil aut nostra sponte/aut inuitis fit nobis. vt senescere/aut mori. ¶ Est autē in iustis ac in iniustis similiter id quod per accidēs dicimus. Nam si quispiam depositum inuitus/et ob timorem reddiderit: non est dicendum hunc iustum/aut ius agere nisi per accidens. similiter est dicendum et eum iniuriam facere atqꝫ iniusta per accidens agere: qui cogitur/atqꝫ inuitus non reddit depositum. ¶ Eorū autē que spōte agimus: alia cum electione agimus/ alia sine electione. Ea cum electione agimus: que antecessit deliberatio. Ea sine electione: que nō antecessit deliberatio. ¶ Cum igitur lesio sit in societatibus triplex: tunc sunt cum ignoratione pecccata/cum quispiam egerit aut circa quem/aut quod/ aut quo/ aut gratia cuius agere non putauit. Nam aut nō percutere/aut non hoc/aut non hunc/aut non gratia huiusce putauit. sed accidit id cuius gratia nō putauit: vt nō vulneraret sed vt pungeret / aut nō quē/ aut nō hoc modo. Atqꝫ cum extra rationē fit lesio: infortunium est. cum non extra rationem/ sine tamen vitio: peccatum. Etenim peccat qdem quispiam cum in ipso est principium cause. aduersa vero fortuna vtitur / cum est foris. ¶ Cum autem sciens qdem sed non deliberatione premissa qspiam ledit: iniuria est. cuius generis ea sunt vniuersa q̄ per iram efficiūtur/ aliasqꝫ animi perturbationes: q̄cūqꝫ necessario/vel natura hominibus accidunt. Hec eñ

iniurie sunt. ¶ Atqꝫ ij qui ob hec nocēt ac peccant/iniuriam quidem faciunt: tamen nonduꝫ ob hec ipsa sunt iniusti vel praui. ¶ Non em̄ nocent ob prauitatem:sed cum nocet quis electione iniustus est atqꝫ prauus. ¶ Quapropter perrecte ea que proficiscuntur ab ira/ non dijudicantur ex prouidentia fieri. Non enim is incipit/qui facit ira : sed is qui prouocauit ad iram. Preterea non fit in talibus controuersia si factum sit nec ne:sed si iure sit factuꝫ. Ira namqꝫ ob apparentem oriri iniusticiam solet. Non enim de facto perinde atqꝫ in commercijs contendunt vbi necesse est alterum improbum esse si non id faciat obliuione:sed de re cōuenientes/iure an iniuria sit facta disceptant. ¶ Qui auteꝫ fecit insidias/nō ignorat. Quare alter putat iniuriam pati:alter non putat. ꝙ si electione nocuerit/iniuriam facit. Atqꝫ his iam iniurijs est iniustus qui iniuriam facit: cū comparationē rationum/aut equalitatē trāsgreditur. pari modo iustus etiam est: cum ius agit electione. ius autem agit:si solum sua spōte agit. ¶ Eorum autem que ab inuitis fiunt/ alia sunt venia digna: alia non sunt venia digna. Nam ea que nō solum ignorantes / sed ob ignorantiam etiā faciunt: ignoscēda sunt. Sed ea que faciunt non ob ignorationem sed ignorātes quidē/ob affectum autem non naturalē/ neqꝫ humanum:non sunt venia digna.

Prima conclusio

Septimū capitulū quinqꝫ cōclusionibus clauditur. ¶ Prima conclusio. Cū iusta et iniusta sunt ea que dicta sunt: quicūqꝫ iustū vl' iniustum operatur/ illud opatur volens. Qui vero nolens operatur/nec facit iustū nec iniustū/nisi scd̄m accidēs: vt si opatur ea quibus accidit esse iusta vel iniusta: id est que iubētur vel prohibent a legibus. Probat philosophus: qꝛ iustificatio/ et iusti opatio/ siue iustum operatum:et similiter iniustificatio siue iniuria/determinant volūtario et inuolūtario:igit. Antecedēs ꝓbat de iniustificatione:quia quādo operatū/iniustum est:voluntariū vituperatur. ⁊ est iniustificatio. Quādo vero non ē volūtariū/iniustū qdē erit:nō aūt iniustificatio: igit.

Secūda cōclusio

Secunda cōclusio(per quam declarat quid dicitur voluntariū)talis est. Voluntarium: quēadmodū dictū ē in tertio libro:est qd̄ habēs ip̄m in se/ operatur non ignorans/ neqꝫ per violentiam. Probat philosophus:quia qui ignorat quē/vel quo/ vel cuius gratia operatur : non operatur voluntarie:vt si quis ꝑcutiat patrē/nesciens ip̄m esse patrē. similiter nec qui opatur vi: vt si quis accepta manu alterius/ꝑcutiat alium: ille cuius manus violenter accipitur/ non percutit volens. Similiter dicendum est de alijs circūstantijs circa totā opationē:igitur.

Primū correlarium.

¶ Hic infert philosophus duo correlaria. Primum est. illud quod est ignoratum ab aliquo/etiam si sit in eius potestate/vel quod est ignoratum/non existens in potestate operātis/sed potius illud opatur per violentiā: est inuolūtariū. ¶ Hic remouet philosophus vnum dubium. Nam potest aliquis credere ꝙ omne qd̄ nō est in nostra potestate/sit inuolūtariū. Hoc remouet philosophus dicens ꝙ multa opamur et patimur/que non sunt in nostra potestate: quorū nullum propriuꝫ est voluntarium/neqꝫ inuoluntarium:vt senescere ⁊ mori.

Scd̄m correlarium.

¶ Secundū correlarium est:ꝙ nullꝰ qui opatur ꝑ violentiā/aut qd̄ non est in eius potestate/iustū aut iniustū opatur: nisi scd̄m accidens. vt si quis reddat pignus ei cuius est/nolens:sed ꝓpter timorē reddiderit/ nō est ibi iustum opari/ neqꝫ dicet pragenia:nisi scd̄m accidēs. Similiter si coactus vel inuitus/pignus non reddiderit:non dicitur iniustum facere aut iniustum operari: nisi solū scd̄m accidēs.

Diuisio.

¶ Hic ponit philosophus vnā diuisionem dicens:ꝙ eorꝫ que voluntarie fiūt/qdam fiunt cum electione:q scilꝫ sine deliberatiōe ⁊ cōsilio.

Tertia cōclusio

Tertia cōclusio. Cum triplex sit nocumētū:scilꝫ ex ignorantia ⁊ passione/⁊ ex electione eorū que fiunt in cōmunicationibus. Nocumēta que fiūt ꝑ ignorātiam/sunt peccata siue errores. Probat: qui opatur ꝑ ignorantiam/nō putat facere/vel percutere/vel nō hunc/vel nō hoc/vl' non huius gratia: puta non vt vulneret/sed vt pungat/vel non hunc/vl' nō isto modo: sicut cōtingit taliter: igit errat ⁊ peccat.

Quarta cōclusio.

Quarta conclusio per quam diuidit nocumentū quod ꝑ ignorantiā talis/⁊ nocumētū qd̄ paralogice:id est preter intētionē fit infortuniū:quod vero nō paralogice/si sine malicia/peccatuꝫ. Probat philosophus:qꝛ principiū nocumenti quod fit nō paralogice/est in ipso operāte:et pricipiū illius quod fit paralogice/est iuxta operātem:igitur nocumentum quod fit paralogice/est infortunium:et quod fit non paralogice/peccatum siue error.

Quinta cōclusio.

Quinta cōclusio. Inferens nocumētum sciēs et precōsilians: puta propter irā/aut alias passiones necessarias vel naturales/nocet ⁊ peccat: et eius opatio iniustificatio est:ipse tamen nō est iniustus. Probat philosophus tribus rationibus. Prima:quia talis non propter maliciā:id est malū habitum infert nocumentum:igitur nō est iniustus. Scd̄a ratio:operatio qua quis dicitur iniustus ⁊ malus/est ex electione:sed qui operatur nō ꝑconsilians/nō operatur ex electione:igitur talis nō est iniustus. Minorē probat:qꝛ propter hoc/recte que fiūt propter irā/ iudicantur fieri non prouidentia:quia nō incipit qui ira aliquid facit:sed qui ad iram ꝓuocat. Tertia ratis. Cum facta ꝓpter irā/vel aliam passionē sine cōsilio deducūtur ad iudiciū/nō ē cōtrouersia de fieri vel non fieri:id est vtrū factū sit vel non/ sed de iusto: id est an iuste vel iniuste fecerit:ergo faciens aliqd sine cōsilio et ꝓuidentia propter iram vel aliam passionē: non est iniustus vel malus. Primā partem ꝓbat dupliciter. Primo:quia manifesta iniusticia/ē ira. Secūdo:qꝛ non est in factis per irā/sicut in cōmutationibꝰ in quibꝰ dubitant hoies an sit facta fraus vel non:qꝛ necesse est earū alterā partem esse malam:nisi forsan propter obliuionem illā/ fraudem aliquis cōmiserit: sed circa iram cōfitentes veritatem de ipsa re facta/ dubitant qualiter opatū sit iniustuꝫ:qui autē insidiātur et nocent/non ignorant se iniuste agere/et alterū iniuste pati:igitur.

Sexta conclusio.

Sexta cõclusio et principalis. Quicunqꝫ ex electione nocet/ ille iniustũ facit: ⁊ operatio eius est iniustificatio: et ipse est iniustus. ⁊ per oppositũ qui ex electione operatur iustũ/ est iustus. Primã partem probat philosophus: quia talis operatur p̄ter proportionale in distributionibus vel preter eq̄le in cõmutationibus: igit̃. Scd̃a ps posset similiter ꝓbari: quia talis operatur ꝓportionale ⁊ eq̄le. Dicit tamen philosophus ꝙ iustũ quis bene oꝑatur/ si solũ volens et non eligens operat̃. ¶ Hic ponit philosophus vnã diuisionẽ eorũ q̄ inuolũtarie fiũt/ dicens ꝙ inuoluntarioꝝ quedã sunt venialia: id est digna venia: scꝫ cũ aliqui peccant nõ solum ignorãtes/ sꝫ ⁊ ꝓpter ignorantiam. Alia sunt nõ venialia: scꝫ cũ aliqui peccant ignorantes: sed non propter ignorantiã/ sed propter passiones non naturales neqꝫ humanas. Ille autem passiones dicũtur naturales que sequũtur necessitatẽ nature: vt fames ⁊ sitꝫ. Et ille hũane q̄ sequũt̃ apphẽsionẽ hũanã: vt timor/ tristicia/ ⁊ hmõi.

¶ Ca. ij. Soluit questionẽ: vtrũ quis iniuriam patiatur sua sponte/ an omnes inuiti: quod idem de ius patiendo queri potest. Docetqꝫ sua quempiam sponte pati quodam modo iniusta: sed non iniuriam. Deinde alia duo querit/ finiẽs iniuriam facere eum qui preter dignitatem plus tribuit: non semper eum qui accipit. addit non esse facile iustum omnino esse: et iusta ab iniustis secernere. Non esse iusti iniuriam facere. His qui simpliciter bonorũ sunt participes/ varie iusta inesse.

Dubiget autem quispiã si determinatum sit satis: de faciẽdo/ patiendoqꝫ iniuriã. Atqꝫ si ita sit vt Eurypides inquit: absurde dicens.

Queris parentem quomodo occidi meam?
Sermo est breuis: non exitus longos habet.
Volens volentẽ: vel volentem non volens.

Utrum enim reuera sua sponte quispiam iniuriam patiatur an nemo/ sed omnes inuiti: quẽadmodum et omnes qui iniuriam agunt/ sua faciunt sponte? Et vtrum omnes hoc modo: an quidem inuiti similiter ⁊ cum patiuntur homines ius? nam omnes cum ius agunt: sua faciunt spõte. ¶ Quare cõsentaneum est rationi: similiter opponi eos qui iniuriã/ et qui ius patiuntur. vt aut sponte patiantur aut inuiti. at absurdum videbitur si omnes etiam ius pati sua sponte dixerimus. nonnulli namqꝫ non sua sponte ius patiuntur. ¶ Enimuero de hoc quoqꝫ quispiam dubitauerit si omnis qui passus est iniustum/ iniuriam patiatur: an vt in agẽdo sic et in patiẽdo res sese hꝫ? ¶ Etẽm fit vt ad vtrũqꝫ per accidens/ ipsa iusta accommodentur: et eodem modo iniusta. Non einm est idem iniusta agere/ ⁊ iniurias agere. Neqꝫ iniusta pati/ et iniurias pati. Similiter ⁊ in agẽdo/ patiẽdoqꝫ ius. Fieri enim non potest vt patiatur quisq̄ iniuriam: nisi quis iniuriã faciat. aut ius patiatur: nisi ius quispiam agat. ¶ Qꝫ si simpliciter iniuriam facere/ sit sua spõte quẽpiam ledere/ et idipsum/ sponte inquam ledere sit ledere sciẽtem et quem/ et quo/ atqꝫ quomodo/ incontinẽs autẽ ipse sibi sua noceat spõte: ipse nimirum iniuriam patitur sua sponte/ fieriqꝫ potest vt sibiipsi iniuriã faciat. atqꝫ hoc etiam ipsum/ vnum quid est eorum que dubitantur: si fieri inquam possit vt sibiipsi quispiam iniuriam faciat. ¶ Preterea fit vt sua sponte quispiam ob incontinentiam ab alio sponte nocente ledatur. Quare fit: vt sua sponte quispiã iniuriam patiatur. ¶ An definitio dicta non recte sese habet/ sed huic ledere inq̄ scientem quem/ et quo/ atqꝫ quomodo: hoc est addendum preter illius voluntatem? Leditur igitur sua quispiam sponte/ patiturqꝫ iniusta. Sed iniuriã sua spõte patit̃ nemo. nemo nãqꝫ vult/ neqꝫ incontinens ipse: sed preter voluntatem agit. Neqꝫ enim vllus id vult quod nõ existimat esse bonum: incontinens autem id agit/ quod non putat esse agendum. Qui vero dat sua: quẽadmodũ arma sua Diomedi Glaucus dedit: vt dicit Homerus. Hom.

Proqꝫ nouem/ centũ: ꝓ ferro tradidit aurũ.

Is iniuriã nõ patit̃. dare nã ẽ collocatũ in ipo. Sed vt iniuriã patiat̃/ nõ est in potestate ipsius situm: sed is sit qui iniuriaꝫ agat/ oportet. Patet igitur sua sponte neminem iniuriam pati. ¶ Insuper ex ijs que proposuimus/ hec duo restant deinceps dicenda: vter iniuriaꝫ faciat/ vtrum is qui plus p̄ter dignitatem tribuit/ an is qui illud habet? et si fieri possit vt sibiipsi quispiam iniuriam faciat? Etenim si sit illud quod prius est dictum/ ⁊ qui distribuit nõ qui plus habet/ iniuriam faciat si quispiam plus alij q̄ sibi tribuat sciens sponteqꝫ: quod quidẽ moderati homines facere videntur (bonus enĩ et equus/ minora sibi tribuere solet) is ꝑfecto sibiipsi iniuriam facit. ¶ An neqꝫ hoc simplex est? Ex alio nãqꝫ bono plus forte consequitur: vt gloriam/ aut absolute honestum. ¶ Soluitur preterea et per diffinitionem agendi iniuriam. nihil enim ipse preter suam patitur voluntatem. Quare non iniuriam patitur ob id ipsum. sed si minus capit: leditur tãtũ. ¶ Patet autem et distribuentem: iniuriam agere. sꝫ non eum semper qui plus habet. Non enim is iniuriam facit cui inest iniustum: sed is cui potestas

testas

testas inest id faciendi sponte. Hec autem est vnde est principiũ actus. quod quidem in ipo est distribuente: non in accipiẽte. ¶ Preterea cum facere multis dicaṫ modis / et modo quodam expertia anime / et manus / ⁊ seruus occidat hero iubente: iniuriam quidem non agit / iniusta autẽ facit. ¶ Insuper si iudicauit ignorans: non iniuriam facit legitimo iusto / nec est iniustum iudicium. est tamen aliquo modo iniustum. Aliud enim est legitimum iustũ: aliud primum. Sin vero cognoscens iudicauit iniuste: plus hꝫ ⁊ ipse vel grãm vel vindictã. ꝓinde igiṫ ⁊ is / q ob hec iudicauit ĩiuste plus hꝫ / atq̃ꝫ si quispiã acceperit iniurie partem. Nam in illis / qui fundũ peruerso iudicio tribuit: non fundũ cepit / sed argẽtum. ¶ Atqui putant homines in seipsis esse sitũ iniurias facere. quapropter ⁊ iniustũ esse facile arbitrãtur. hoc autẽ nõ ita sese habet. coire namq̃ꝫ cum vxore vicini / et pulsare proximum / dareq̃ꝫ argentum manu facile est / ⁊ collocatur in ipsis: sed hec agere sic se habentes / neq̃ꝫ facile est / neq̃ꝫ in ipis est situm. ¶ Simili modo cognoscere iusta atq̃ꝫ iniusta / nullam sapientiam esse putant. propterea ꝙ non est difficile / ea de quibus leges dictitant: intelligere. at non hec sunt ipsa iusta: nisi ꝑ accidens. Sed tunc sunt iusta cum quodam agũtur modo: et quodam distribuuntur modo. id autem difficilius est ꝙ̃ ea que sanitatẽꝫ efficiũt scire. Et ibi nãq̃ꝫ mel / vinum / veratrum / adustionem / incisionemve scire: perfacile sane est. sed quonam modo ad sanitatem efficendam / ⁊ cui / et quando sint tribuenda: tanta est difficultas scire / quanta est medicũ esse. ¶ Ob id autem ipsum / et iusti nõ minus esse putant iniuriam facere / quia vir iustus non minus / sed etiam magis horum singula facere potest: vitiare inq̃ꝫ vxorem cuiuspiam / ⁊ pulsare aliquẽ. et vir fortis in acie proijcere clypeum: tergisq̃ꝫ versis fugam surripere. At timide agere et iniuriam facere non est hec facere / nisi per accidens: sed sic se habentem hec facere. Quemadmodum ⁊ mederi / atq̃ꝫ curare non est incidere / vel non incidere / aut medicamenta dare / aut non dare: sed hoc modo sese habẽtem hec agere. ¶ Iusta autem in ijs sunt. qui participes sunt eorum que sunt simpliciter bona. Habent autem et exuperationem in his et defectionem. Nam quibusdam non est ipsorum exuperatio: vt dijs fortasse. quibusdam vero nulla pars est vtilis / incurabilibus inq̃ꝫ malis: sed oĩa nocent. quibusdam autem vsq̃ꝫ ad aliquem terminum: atq̃ꝫ hoc est humanum.

Mouenṫ due q̃stiões circa materiã ꝓcedẽtis capitis. ¶ Materia prime q̃stionis alicui in dubiũ cadere põt: an sufficiẽter in ꝓcedẽtibus determinatũ est de eo qꝺ est iniustũ pati / et iniustũ facere: presertim si ita sit vt Eurypides in persona cuiusdam inquit: absurde dicens. Queris quomodo matrẽ occidi meam. Breuis sermo: id est breuis responsio. Volens volentem / vel volentẽ non volens: supple illã occidi: ⁊ siue sic / siue aliter: videtur matrem iniustum velle pati. ¶ Mouet questionem: vtrũ scꝫ iniustũ pati / sit voluntariũ: sicut ⁊ iniustũ facere vel nõ. Et vtrũ omne iniustũ pati inuoluntariũ / vel omne volũtariũ sicut et oẽ iniustũ facere / vel hoc iniustũ pati: est volũtariũ / et illud inuoluntariũ. Et similiter dicit philosophus. Posset queri de iustum pati. ¶ Argumentatur ꝙ omne iniustũ pati / sit volũtariũ: quia omne iustũ vel iniustũ operari / est volũtariũ: ergo omne iustũ vel iniustum pati / est volũtariũ. Cõsequentiam probat: q: rationabile est similiter opponi scꝺm vtrũq̃ꝫ. ¶ Argumentatur philosophus in partem oppositam: q: quidaꝫ patiũtur iniustum non volentes: ergo inconueniens est dicere omne iniustum pati / eẽ voluntariũ. ¶ Hic mouet philosophus scꝺam questionẽ: vtrũ scilꝫ omnis q̃ patitur iniustũ / iniuriã patiatur. ¶ Hic philosophus pro solutione huius scꝺe questionis ponit talem ꝯclusionem. Dupliciter cõtingit aliquẽ pati iustũ vel iniustũ: scꝫ per se et per accidens. Probat philosophus: quia sicut est in oꝑari et facere / ita est in pati: scꝫ contingit aliquẽ oꝑari et facere iniustũ ꝑ se: puta si opetur sciens circũstãtias: scilicet quẽ / quo: ⁊ sic de alijs / ⁊ etiã volẽs. Contingit etiam aliquẽ iniustum facere ignorans / et nõ volens: ergo etiam contingit aliquẽ iustum vel iniustum dupliciter pati: scilꝫ ꝑ se et ꝑ accidens. Cõsequentiam probat: q: impossibile est aliquẽ iniustũ pati / nõ iniustũ aliquo faciente / vel iustũ pati / non iustum aliquo operante / et econuerso: igitur. ¶ Hic arguit iterum philosophus dupliciter: ꝙ aliquis patitur iniustuꝫ volẽs. Primo sic. Incõtinẽs nõ et sibiipsi facere ⁊c. Sed hoc est vnũ dubium de q̃ postea dicitur. ¶ Scꝺo probat ꝙ aliquis ꝓter incontinentiam potest ledi volens ab alio volente: igitur contingit volentem iniustũ pati. ¶ Hic soluit philosophus primã istarum rationũ / negando consequentiam: q: nocere alicui / nõ est sufficiens diffinitio hui⁹ quod ẽ iniustũ facere: sed oportet addere qua ⁊ quo / et vt et ꝓter illius voluntatem: licet igitur incõtinens sciat / et quo / et quid agat: nõ tamen scit aut vult se ledere. ¶ Hic soluit philosophus primã questionẽ / ponendo talẽ cõclusionem. Licet aliquis ledaṫ et iniusta patiatur volens: nullus tamẽ patitur iniustum: id est iniuriã volẽs. Probat: q: nullus vult pati iniuriã: immo nec incõtinens / de quo maxime videtur: igiṫ. Aña ꝓbat: q: nullus vult id qꝺ nõ existimat sibi bonũ: sed incõtinens bñ oꝑatur id qꝺ nõ existimat oportere oꝑari: ergo nõ vult pati iniuriã: sed ꝓter voluntatẽ iniustũ oꝑatur. ¶ Hic soluit ph̄us scꝺam rõnẽ negando cõsequẽtiã: q: ille q̃ dat sua vt Glaucus / q̃ aurea arma ꝓ ereis / ⁊ cẽtum boues ꝓ nouẽ dedit Diomedi: vt ait Homerus: nõ patiṫ iniustũ: hoc est iniuriã. qꝺ patet: quia in potestate dãtis est dare sua vel nõ dare: sed iniustũ pati / nõ est in ꝑtãte patiẽtis: cuꝫ opꝫ ꝙ sit aliq̃s faciẽs iniustũ qꝺ nõ est in ꝑtãte patiẽtis: igiṫ talis nõ patitur iniustum.

Prima questio.

Scđa qõ. **Scđa questio. An ille q̇ p̄ter dignitatē pl⁹ tribuat/an ille cui p̄ter dignitatē plus tribuat.**

Tertia qõ. **Tertia questio est: vtrū cōtingat ali**quem sibiipsi iniustū facere. Et hanc tertiam q̄stionē nō soluit hic ph̄s: sꝫ in sequēti tractatu. ¶ Hic arguit ph̄us ad partem negatiuā p̄me q̄stionis: q꞉ si distribuens preter dignitatem/ facit iniustum: sequitur ꝙ distribuens alteri plusq̄ȝ sibiipsi sciens et volens iniustū facit sibiipsi: sed hoc est falsum: q꞉ vir bon⁹ et modestus hoc facit. Nā vir modestus est minorati⁹: id est distribuēdo sibi et aliis/potius accedit ad minus circa se q̄ȝ circa alios: igitur. ¶ Hic soluit ph̄s p̄dictā rationē dupliciter. Primo negādo assumptū ꝓ ꝓbatione minoris: scꝫ ꝙ vir modestus hoc faciat: q꞉ vir modestus quantūcūqȝ distribuat aliis de vno bono: scilꝫ de vtili: tn̄ supabundat in altero bono: scꝫ in gloria et fama: vel in simpliciter bono: scilicet in virtute. ¶ Hic soluit scđo/negādo cōsequētiā: q꞉ dictū est prius: ꝙ iniustū facere/est sciēter ⁊ voluntarie alteri nocere p̄ter ei⁹ voluntatē. Distribuens autem modo predicto/nihil patit̄ p̄ter suā volūtatē: ergo nō patitur iniustum: nec facit sibiipsi iustum: licet dānum et nocumentum patiatur.

Prima conclusio **Prima cōclusio. Distribuens alteri** plusq̄ȝ debet/iniustū facit: et nō semꝑ ille q̇ plus habet. Probat ph̄us trib⁹ rōnib⁹. ¶ Prima ē. Nō ōis q̇ habet iniustū plusq̄ȝ debet/iniustū facit: sed ille tn̄ cui volūtarie inest iniustū facere: talis aūt est distribuēs: cū sit p̄ncipium actionis ⁊ nō acciplēs: igitur. ¶ Scđa rō. Cum facere dicat̄ multiplicitur/illi q̇ faciūt modo quo inaīata: vt man⁹ vel famulus p̄cipiētis: id est vt instrumēta: licꝫ faciāt iniusta: nō tn̄ faciūt iniustū: sed accipiēs velut instrumētū vt seruus: ergo distribuēs iniustū/iniustū facit: ⁊ nō accipiēs. ¶ Tertia ratio. Licet q̇s iudicās ignorāter/nō faciat iniustū/ sꝫ iustū legale/ neqȝ ei⁹ iudiciū sit iniustū / q̄ȝuis sit vt iniustū: q꞉ aliud est iustū legale/ ⁊ iustū p̄mū: id ē naturale. Nā iustū legale ignorari pōt/ nō aūt naturale. Ōis tn̄ q̇ cognoscēs iniuste iudicat/ male facit: et plus hꝫ vel grē vel vindicte/ac si patiat̄ iniustificationē/vel p̄ticeps sit iniustificatiōis siue iniurie: q꞉ sic iniuste iudicat/plus hꝫ. Nam iudicans iniuste alicui agrū: nō agrū sꝫ argētū/vel gratiā/vel vindictā accipit: ergo cū distribuēs iudicet: sequit̄ ꝙ distribuens alteri plusq̄ȝ debet/iniustū facit poti⁹ q̄ȝ accipiens. ¶ Remonētur errores. Prim⁹ est quorūdā dicentiū esse facile iniustū esse: q꞉ existimant in hoīs p̄tāte esse iniustū facere. Hūc errorē remouet ph̄s dicēs: ꝙ nō est ita: q꞉ licꝫ sit facile et in hoīs p̄tāte/vicini vxori cōmisceri/et ꝓximū p̄cutere/ ⁊ dare manu argentū: tn̄ hoc facere iniurādo/nō est facile/nec in p̄tāte facientis. ¶ Scđus error est eoꝝ q̇ existimāt nō esse magne sapiētie iusta et iniusta cognoscere: eo ꝙ non est difficile cognoscere ea que leges dictāt. Hūc errorē remouet ph̄us dicens: ꝙ licet non sit difficile cognoscere iusta et iniusta que leges dictāt/q̄ nō sunt iusta nisi ꝫm accidens: est tn̄ difficile cognoscere qualiter op̄ata et distributa sint iusta: et difficilius q̄ȝ scire sana. Secundā partē probat philosophus: q꞉ in medicina/facile est cognoscere mel/ vinum/ helleborum/ vstionem ⁊ incisionē: sed qualiter/quando/et cui hec ad sanitatē tribuenda sunt: est difficile cognoscere/ ⁊ tantum opus quantum esse medicum: igitur difficile est scire qualiter operata distributa sunt iusta: licet sit facile cognoscere ea que percipiuntur a legibus/que solum sunt iusta ꝫm accidens: scꝫ si fiant quando/ et gratia cuius oportet/et sic de aliis. ¶ Tertius error est. Multi existimant ꝙ non minus est facile iustum iniustum facere/q̄ȝ quēcūqȝ alium: immo magis videtur vnūquodqȝ iniustorū posse operari: puta cōmisceri vxori aliene/ et p̄cutere/et fortem dimittere clipeum/et in vtrāuis partem discurrere: cum non minus / immo magis sit sciēs iustū et iniustum: vt dicit Eustratius. Hunc errorem remouet ph̄us dicēs: ꝙ licet hoīes ita existiment: tamē iusti minus est iniuriam facere q̄ȝ iniusti. Probat philosophus: quia iustum vel fortem vel temperatū talia facere/nō est timere vel iniustum facere: nisi scđm accidens. Nā ꝑ se timere vel iniustum facere/est sic se habentem: id est sic habituatū: puta habitu timoris vel iniusticie talia facere: vt patet in simili. Nam incidere/vel nō incidere/vel pharmacum dare/non est medicari vel sanari: nisi scđm accidens: sed sic dare vel incidere: id ē certo modo: scilꝫ ꝫm directionem habitus medicine. ¶ Hic respondet philosophus cuidam tacite q̄stioni. Posset em̄ aliquis querere que sunt ea quibus insunt iusta. ¶ Respondet ph̄s ꝙ iusta insunt his quibus insunt bona simpliciter: scilꝫ honores/diuitie/ et huiusmodi. Ea autē circa que sunt iusta/in aliquib⁹ possunt superabundare/et deficere: in aliquibus vero non possunt superabundare: vt in diis. quia dii nō possunt iis male vti/in aliis nō possunt non deficere: scꝫ in malis ⁊ insanabilib⁹: q꞉ nulla portio eoꝝ ē eis vtilis: cum semꝑ male vtantur omnibus. In aliis ꝟo habent supabundantiam et defectum vsqȝ ad hoc: id est vsqȝ ad certam proportionē: quā si excedāt/superabundant: et si minus habeant/deficiunt.

Queritur vtrum ius politicum sit aliud a iure dominatiuo/paterno et vxorino. ¶ Pro solutione questionis sciendum est ꝙ ius politicum est ius seruandi debitum ordinem inter ciues. Sunt aūt ciues qui sunt sub eodem principatu commorantes: et sunt in viuendo et possidendo liberi et equales. Ius autem denominatiuum est ius seruandi debitum ordinem inter dominum et seruum. Ius vero paternū est ius seruandi debitum ordinē inter parentem ⁊ prolē. Sed ius vxorinū est ius seruandi debitum ordinem inter virum et vxoem.

Conclusio responsiua. Jus politicū est aliud a iure dominatiuo/ a iure paterno/ ⁊ a iure vxorino. Tum p̄mo: quia ius politicum est inter partes ciuitatis / et inter ciues. Alia aūt iusta/sunt inter partes dom⁹. Tū scđo: q꞉ ius politicum est inter personas diuisas in ꝓprietate et vsu bonorum. Alia ꝟo sunt inter personas coniunctas in vtroqȝ istorꝫ. Tū tertio: quia ius politicum est inter personas equales quantum ad principari et subiici. Alia vero inter inequales: igitur ⁊c.

Contra conclusionem sic instat̄. Ōē ius naturale est politicum: cum ius naturale sit species iuris politici: vt patet in littera. Sed ius dominatiuū/paternum et vxorinū/est ius naturale: vt p̄ꝫ in primo politice: igitur.

Secundo arguitur. Dicit philosophus in primo capitulo huius tractatus: ꝙ iustū politicum ē in quibus est lex ad ipsos: sed plures leges

dantur

dantur dominorũ ad seruos/patrum ad filios/ et viri ad vxorẽ/⁊ econtra:igitur.

Tertio arguitur. Principatꝰ despoticus/p̄ncipatꝰ regalis et p̄ncipatꝰ politicꝰ/vidẽtur includere iustum politicũ inter principãtem et subiectum:sed dominus principatur seruo despotice:⁊ pater filio regaliter:et viri vxori politice: vt dicitur primo politice:igitur.

Ad primã instantiam.

Ad primam potest dici ꝙ neq̄ omne ius naturale est politicũ/neq̄ omne genus positiuũ: ita ꝙ naturale et positiuũ non sunt differẽtie essentiales iuris politici scd̄m quod politicũ:sed sunt due differẽtie accidentales:sicut si homo diuideretur in masculum ⁊ femellaȝ/quibus etiam alie species animalis diuiduntur. Non solum enim ius politicum diuiditur in naturale et positiuum: sed etiã iustũ enomicũ.

Ad scd̄am

Ad secundã dicitur ꝙ licet leges per modum documentorum ferantur ad patrem et filiũ/ dominũ et seruum/virum et vxorem: non tamen per modum preceptorum:ita ꝙ propter earuȝ transgressionem/filius possit habere actionem contra patrẽ: aut vxor contra maritum: presertim vbi non habent diuisa bona.

Ad tertiã.

Ad tertiam dicitur ꝙ principatꝰ politicus non est principatus regalis simpliciter/sed secundũ similitudinem/siue scd̄m quid: neq̄ principis ad subditos est iustum politicum proprie/ inquantũ subditi sunt:sed inquantum quo ad aliqua sunt equales/et ab inuicem absoluti.

Primũ dubium.

Dubitatur primo vtrum sit aliquod iustum naturale. ¶ Pro solutione dubij est aduertẽdum ꝙ scd̄m aliquos/iustum naturale dicitur quod est iustum scd̄m ordinationem partis sensitiue circa vitam humanã/prout instinctu naturali dirigitur in debitum finẽ. Qd̄ vero neq̄ per sensum ex instinctu naturali/neq̄ ꝑ rationẽ est magis ex natura rei determinatũ q̄ȝ eius oppositum/⁊ per legislatorem determinat̃/et percipitur. Scd̄m Aristo. dicitur iustuȝ legale:⁊ scd̄m alios/ciuile:pro tanto quia est aliud ⁊ aliud/in alia et alia ciuitate. Alij dicunt ꝙ in operationibus humanis quantum ad intellectum practicum/quedam sunt principia naturaliter ab omnibus concessa/non ex inquisitione aliqua:sed quasi ex instinctu naturali intellectus ad ipsum verum et ipsum bonum. Et ista dicuntur iusta naturalia. Alia vero sunt que ex dictis p̄ncipijs ratiocinando possunt inferri. Et hec dicuntur iusta gentium. Alia sunt que non differt si sic vel sic fiant. Et hec cum per legislatores ad vnam partem determinantur/dicuntur iusta legalia scd̄m philosophum:et scd̄m legistas dicũtur iura ciuilia. Alij dicunt ꝙ de his que spectant ad regimen politicum / quedam expediunt omni ciuitati bene se habenti / propter quod iustum naturale cõsistit in eorum obseruatione. Quedam autem congruũt ciuitati defectuose ratione sui defectus que sibi bene habenti non congruerent:in quoruȝ obseruatione iustum cõsistit/non naturale simpliciter:sed naturale scd̄m quid. Alia autem sunt que sic vel aliter facta/ciuitati congruunt indifferenter:et si ad alterã partem per principem vel consuetudinem determinentur/ tunc in huiusmodi determinationis obseruatione consistit iustum legale siue ciuile.

Cõclusio.

Cõclusio. Est aliquod ius naturale.

Instantie

Contra cõclusionẽ sic instatur. Nulla est iusticia naturalis:ergo nullũ est iustũ naturale. Cõsequentia tenet a coniugatis.

Secũdo sic. Naturale (vt dicit Aristo.) est quod vbiq̄ habet eandẽ potentiã:sȝ nullũ iustum habet vbiq̄ eandem potentiam:quia (vt dicitur primo huius) bona et iusta (de quibus ciuilis intendit) tantam habent differentiam et errorẽ/ vt videãtur lege sola esse:natura vero non:igitur.

Ad primã instãtiam.

Ad primã rationẽ dubij dicitur ꝙ si obiectum alicuius habitus sit a natura:non oportet habitum ipsum esse a natura:sed per doctrinam vel assuefactionem. Vel potest dici ꝙ iusticia est naturalis:id est ꝯueniens humane nature. Vel ẽ naturalis scd̄m aptitudineȝ/licet perficiatur per assuefactionẽ.

Ad scd̄am.

Ad secundam dicitur ꝙ non omnia naturalia sunt apud omnes semper eadem:sed sufficit ꝙ in maiori parte/sicut est de hoc qd̄ est habere quinq̄ digitos in vna manu. Et sic potest dici ꝙ naturale est idem apud omnes:si instantia non prouenit ex aliquo accidentali impedimento:sicut dictum est de iusto naturali.

Dubium.

Dubitatur secundo vtrum iustũ politicum bene diuidatur in iustum naturale et in iustũ legale. ¶ Pro solutione dubij est aduertendum ꝙ ius ciuile et politicum idem significant. Ideo in ꝓpositio/qd̄ dicitur de vno/intelligendum est de alio.

Differentia iuris naturalis et humani.

Ius autem politicum vel ciuile/accipitur tripliciter: scilicet proprie/ communiter et communissime. Ius politicum cõmunissime acceptum/ẽ oẽ id qd̄ legislatores cõmune bonũ policie ꝯiectãtes precipiunt/vel exhortãt̃:et sic omne iustũ qd̄ est opus alicuius virtutis/diceretur iustũ politicũ. Et iustũ paternũ/et iustũ vxorinum/ et quodlibet aliud iustũ diceret̃ iustũ politicũ:cõiter acciplẽdo vocabulũ: q̄ꝛ sumit̃ scd̄m illud ꝙ ciuitas addit supra domum:et sic accipitur iustum politicum in primo capitulo huius tractatus/vbi distinguitur contra iustum economicum : puta paternum et denominatiuũ. Iustũ vero politicũ ꝓprie dictũ/est illud qd̄ attendit̃ penes precepta/seu statuta/ vel cõsuetudines alicuiꝰ spãlis politie / vel ciuitatis: ita ꝙ non optȝ ipm alibi esse iustũ. Similiter iustum legale capitur tripliciter:scȝ proprie/cõiter et cõmunissime. Iustum legale cõmunissime sumptũ/dicitur oẽ id qd̄ est scd̄m legem scriptam vel prolatã/ natã scribi aut proferri:et sic omne iustum est iustum legale:et est opus vel obiectum legalis iusticie. Iustum autem legale sumptum cõmuniter/dicit̃ omne id qd̄ est scd̄m legem scriptam vel prolatam : et illud iustum distinguitur contra iustum epyekes/ et contra omne iustum quod non est actu scriptum vel prolatum. Iustum legale proprie acceptum/ dicitur illud quod ex eo est iustum : quia preceptum lege scripta vel prolata:ita ꝙ si non esset lege preceptum/ ipsum non esset magis iustum q̄ȝ suum oppositum. Similiter iustum naturale dicitur tripliciter: scilicet proprie/communiter ⁊ communissime. Ius naturale ꝓprie sumptum dicitur instinctus quidam naturalis/ quo sine vsu rationis hoies diriguuntur sicut et bruta/in finem siue in bonum suum: aut oẽ cui intellectꝰ practicus absq̄ ratiocinatione naturaliter assentit,

Sic enim legiste accipiunt ius naturale: cuꝫ cōtra ipsum distinguūt ius positiuum/ vocātes ipsum oē illud vltra instinctum naturalem/ aut ꝑncipia practica naturaliter cōcessa. ¶ Concludi pōt ex dictis ꝑncipijs per inquisitionē ratiocinatiuā/ vel ꝙ tanq̄ꝫ ꝯsonū eis percipitur. Et ius positiuū diuidunt in ius gentium et ius ciuile. Jus gentium appellant omne illud qᷘ recta ratio iubet: qᷘ dicūt idē apud omnes. Jus aūt ciuile dicunt/ qᷘ est specialibꝰ cōsuetudinibꝰ/ necessitibus/ aut vtilitatibus introductum. Jus naturale cōmuniter sumptum/ est omne ens qᷘ ex se v im habet ante omnem legispositionem: qᷘ scilꝫ est ex vi nature vel morū: ⁊ illud diffinit Tullius in fine sue ꝑme Rhetorice dicens ꝙ nature ius est quod non opinio genuit/ sed quedam innata vis inseruit ⁊c. Sed ius naturale cōmunissime acceptū/ est omne ius recte positū/ siue sit innatū/ siue innatis consonum.

Isto notato respondetur ad dubiū ꝙ iustū politicū bene diuiditur in iustū naturale et legale: in qua diuisione/ iustū politicū accipitur cōiter vel cōmunissime: et iustum naturale etiam accipitur cōmuniter: sed iustū legale accipitur ꝓprie. ¶ Ex quo patet ꝙ diuisio politica in decreto est bona: et coincidit cum diuisione Aristo. et capit hoc nomē ciuile/ loco huius nois politicum. Similiter etiam diuisio legistarum est bona: qm̄ accipiūt proprie iustum naturale. Etiā bona est diuisio quaꝫ dat phus ꝑmo Rhetorice: qm̄ ꝑ ius cōmune/ intelligit idem qᷘ ius naturale cōiter sumptum. Tale enim commune dicitur: qꝛ est idē apud oēs. Et ꝑ ius ꝓpriū itelligit ius politicū ꝓpe sumptū. ¶ De diuisiōe aūt Tullij/ dicendū est ꝙ ꝯsuetudine approbata vtimur/ tāq̄ꝫ lege scripta: ideo quādoq̄ꝫ non distinguimus inter legem scriptam et ꝯsuetudinē: quia tamē non sunt idē penitꝰ lex scripta et consuetudo: ideo Tullius inter eas distinguens/ posuit tria mēbra per que forte non intellexerit tria iura realiter distincta/ sed scd̄m rationes diuersas.

Scd̄m dubium.

Dubitatur tertio vtrū nocumentum bene diuidat in nocumētū ex ignorantia/ et nocumētum ex passione/ et nocumentum ex electione.

Dubij solutio.
Distinctio ignorantie.

Pro solutione dubij aduertendū est ꝙ duplex est ignorantia: scꝫ sciētie iuris ⁊ facti. Ignorantiā iuris vocat Aristo. tertio huiꝰ/ ignorantiā electionis: et sic peccās/ non dicit ꝓprie peccare ꝑ ignorantiam: et hoc maxime qn̄ ignorantia illa est vincibilis: immo tale pctm̄ simpliciter est voluntarium: vt visum est tertio huiꝰ. Et ignorantia facti/ est duplex. Quedam est ignorantia huiꝰ quod quis pro tēpore pro quo agit/ scire tenetur: ita ꝙ non licet sibi agere/ nisi debita inquisitione prius facta. Et talis est duplex. Quedā est crassa et supina super quam non fertur actus appetitus: ita ꝙ licet ignoremus/ nec adhibeamus diligentiam quam tenemur: non volumus tamē ignorare/ sed mallemus scire. Alia est ignorantia affectata supra quam fertur actus appetitus: vt/ inēperatus bene vult ignorare esse ieiunium/ vt occasionem habeat non ieiunandi. Qᷘ autem fit secundū vtrāq̄ꝫ ignorantiā/ videtur nobis imputari ad penā. Nā in ignorātia crassa/ est in nobis culpabilis omissio diligētie. In ignorātia vero affectata/ omissio est nobis imputabilis ipsa affectione: et talis fit ī nobis aut ex passione. In ignorantia autē crassa/ licet omissio sit ex electione aut ex passione; operatio tamē positiua magis est ex ignorantia q̄ꝫ ex electione vel passione: qꝛ si non ignoraretur/ aliter operaremur. Alia autem ignorantia est eius qᷘ quis non tenetur scire ad hoc quod agat: nec de hoc inquisitionē facere ꝑfectam: vt in bello non semper tenetur miles inquirere q̄s sit in quē cōgredit: et talis ignorātia fit cū ignoramus quē/ vel q̄/ vel quid/ vel gr̄a cuiꝰ. Per talē autē ignorantiā/ dupliciter nocumētū infertur: scꝫ paralogice/ et non paralogice. Nocumentum infertur paralogice: quando nocumentum infertur preter intentionē: ita ꝙ agens nulli credit inferre nocumentū. Et tale nocumentum vocat Aristo. infortuniū: qꝛ res aduersa preter intentionem accidit. Et in hoc passu deficere videntur Gerardus Odonis et Buridanus/ qui dicunt ꝙ per nocumentum paralogicū intelligit phus nocumētum per ignorantiam inuincibilē illatū: qꝛ mens ignorantis/ ipso inuito ligata est/ vt mēs non potentis soluere paralogismū. Uincibilē autem ignorantiam non dicunt paralogicā. Hoc autem videtur falsum: primo per translationem Leonardi in qua vbi habemus paralogice: ponit preter propositū. Et Argyropilus habet extra rationē. Ad hoc etiam facit nomē qᷘ tali nocumēto ponit Aristo. scꝫ infortuniū. Ad hoc etiā exponit Eustratius dicens. Et eorū que fiunt cū ignorantia. Hec quidē paralogica ex inopinato fiunt. Dat exēplū: vt si ostiū aperiēte repente aliquo/ pater astans vulneratus est. Et eādem expositionē secutus est Albertus. Certum est eīm ꝙ error talis est vincibilis/ etiam faciliter. Nam si adhibuisset inquirendi diligentiā/ faciliter cognouisset ꝙ aliquis ibi latebat: sed qꝛ non opinabatur aliquē ibi latere/ nec de hᷓ dubitare/ et inquirere tenebat/ cū raro et in paucioribus hoc accidat: ideo talis bene errat: sed nō ex malicia peccat. Et ideo vbi hꝫ antiqua trāslatio/ peccat: habet Leonardus/ errat ⁊c.

Resp. ad ...

His visis respondetur ad dubium ꝙ predicta diuisio nocumenti est bona: nō sic tamen intelligi debet quin aliquando passio cum electione cōcurrere possit in illatione nocumenti. Similiter etiaꝫ possibile est ꝙ passio cum ignorantia in eadem operatione non cadat supra idem subiectum et scd̄m idē: sed debet sic intelligi diuisio ꝙ omne nocumentum infertur ex altera trium causarum/ vel ex pluribus earum: scilicet ex ignorantia/ passione vel electione: licet autem in eadem operatione plures similiter dictarum causarum concurrant: tamen operatio praua semper dependet principaliter/ et denominatur simpliciter ab vna illarum tantum. Nam nullus operatur prauum sciens et iudicans illud esse prauum. Ideo quicūq̄ꝫ operatur prauum/ ipse ignorat autem ex parte apprehensionis/ aut ex parte iudicij: et si huius ignorantie appetitus non fuerit causa positiue/ sed in potentia/ vel negligentia: tunc erit nocumentū ex ignorantia/ non ex passione/ vel electione: q̄ꝫuis passio vel electio in operatione cōcurrat. Sed si huiusmodi ignorantie causa fuerit appetitus positiue: tunc nocumentum amplius non dicitur ex ignorantia/ sed ex electione/ vel passione: cum vero simul electio et passio concurrunt/ eo ꝙ electio principalior est passione: nocumentum dicitur simpliciter esse non ex passione/ sed ex electione.

Sc...

Queritur secūdo: vtrum aliquis patiat iniustū volens. ¶ Pro solutiōe q̄stionis sciēdū ē

primo ꝙ

primo ꝙ dupliciter ꝯtingit facere siue pati iniustum: scꝫ per se/⁊ ꝑ accidēs. Ille autē facit iniustum ꝑ accidens/ qui vult se vel alium ea bona habere/que habendo de facto habet plusq̃ꝫ debet: licet non velit se vel alterum habere plusq̃ꝫ debet: vel vult alterum ea tm̄ habere/qui habendo de facto habet minus q̃ꝫ debet: licet nolit ex electione eum habere minus q̃ꝫ debet. Et hoc intelligendum est in bonis: contrario vero modo dicendū esset de malis. Ille vero facit iniustum per se/qui vult se habere talia bona: et cū hoc vult ex electione/ se vel suos habere plusq̃ꝫ oportet de bonis/et minus q̃ꝫ oportet de malis: vel alterum habere minus q̃ꝫ oportet de bonis/vel magis q̃ꝫ opꝫ de malis. ¶ Ex quo patet ꝙ volitio vel nolitio quā habet faciens iniustum per accidens/ non est mala. vel volitio vel nolitio quam habet faciens iniustum per se/ est simpliciter mala. Iniustum pati per accidens: est ea mala recipere que de facto habēdo/quis in rei veritate dānificatur: siue ea velit recipere/siue qui infert non voluntarie/neqꝫ scienter infert. Et accipitur ibi malum/vt se extendit ad priuationem boni. Iniustum vero pati per se: est ea mala ab alio sciēte et volente recipere preter voluntatem suam/ que habendo de facto damnificetur recipiens.

Est tamen aduertendū ꝙ ad hoc ꝙ aliquis iniustū faciat ꝑ se/nō semꝑ requirit talis volitio actualis: sed sufficit interpretatiua. Nam qui tenentur cognoscere ꝙ hoc vel illud habendo/ proximus damnificatur/⁊ non cognoscit nec adhibet sufficientem diligentiā vt cognoscat: ille interpretatiue vult proximum damnificari. Similiter aliquando quis habet volitionem actualem ꝙ non damnificetur/et de facto damnificatur: et tamen non patitur iniustum per se. vt cum quis imprudenter emit vel vendit/ita ꝙ si adhibuisset diligentiam quam potuisset de facto/non fuisset damnificatus.

Gerardus Odonis Buridanꝰ.

Sciendum secundo ꝙ opinio Odonis et Buridani est ꝙ in quattuor casibus quis pōt pati iniustum volens. Primo: si eius voluntas sit tacita/non expressa: vt si quis velit ꝙ vicinus suus occidat equum suum/vt inde satisfactionem recipiat: et vicinus detrimentum patiatur/non ipse. Secundo: si volūtas sit ꝑtialis/non integra: vt si quis velit ledi/eo ꝙ estimat hoc sibi bonū: nolit tñ ꝙ alter eū ledat: q̄ estimat actionem illam lesiuā eē malā ledēti: et sic iniuste passi sunt christus/apl̄i/⁊ alij martyres. Tertio: si voluntas nō sit simplex absoluta/sed cōditionata et inuolūtario ꝑmixta: vt contingit ī eo qui se obligat ad vsurā. Quarto: qñ voluntas est ligata/et non libera: vt puero/vel grauiter infirmo/cui iniuria fieret si scd̄m voluntatem suam ligatam et non liberam regeretur. ¶ Ista opinio videtur in multis deficere.

Pro quo aduertēdū est ꝙ nocumētū patimur aliqñ ꝑ violētiā. Aliqñ ꝑ timorē et metū. Aliquando ꝑ ignorantiam. Aliquando ꝑ passionē. Aliquando ex electione q̄ patimur per violentiā/illa inuolūtarie patimur: quia violentia causat inuoluntarium. Que patimur per timorem/ licet mixta sint: illa tamen magis volūtarie q̃ꝫ inuoluntarie patimur: vt supra in tertio visum est. Et in istis aliquando patimur iniustum/aliquando non. Nam contingit aliquando ꝙ ad vtrumqꝫ nocumētum/scilꝫ ad illud qđ eligimus ꝓpter timorem: et illud qđ propter timorē vitare intendimus/necessitamur per illum a quo iniustum patimur. Ut/consentio dare pecunias meas predoni/quasi non id faciam/mortem minatur. Aliquando vero non necessitamur per illum iniustum facientem nocumentum quod vitare intendimus/ sed ab alio: vt in eo qui egestate coactus/pecunias capit ab vsurario. Idem patet de egroto a quo (vt sanet) magne pecunie extorquentur preter equitatem. Per ignorantiam autem patimur nocumentū tripliciter. Aliquando em̄ que patimur ꝑ ignorantiam/sunt talia: que postq̃ꝫ cognita sunt/generant nobis penitudinē et tristiciam. Et talia/ simpliciter dicēda sunt inuoluntaria: nisi causa fuerimus talis ignorātie. Alia sunt que passa ⁊ cognita non generant tristiciam: sed postq̃ꝫ cognita sunt/generant delectationem: ita ꝙ si ante cognouissemus qualia erant/libentius ea passi fuissemus. Et quēadmodum multiplex ꝯtingit ignorantia ex parte oꝑantis: scꝫ ignorātia electiōis/ignorantia principiorū vniuersaliū/ moralis honestatis/ et ignorantia ꝑticulariū circūstantiarū: quarꝫ ignorātia/dum modo talis ignorantie non sumus cause nec vere nec interpretatiue/ causat inuoluntarium. Ita istis oībus modis contingit ignorantia ex parte patientis: et proportionaliter reddunt tales ignorantie passionē nocumēti inuoluntariā. Aliqñ etiā patimur nocumentū ꝑ passionē amoris/odij vel desperatiōis.

Istis notatis sit cōclusio prima. Qui ꝑ violentiā damnū patitur/iniustū: id est iniuriā patitur: ptꝫ ꝑ diffinitionē huiꝰ qđ est iniustum pati. — Prima conclusio

Conclusio secunda. Qui nocumentū patiuntur timore maioris mali aut minoris in cuius necessitatem inducūtur per illū a quo patiūtur/patiūtur iniuriā. Probat: q̄ licet in eo q̄ dat pecuniā suam p̄doni (ne vitā auferat) sit absoluta volitio de dando pecuniā p̄doni: tñ est ꝯditionata nolitio: q̄ nollet eā dare/nisi timeret aliud nocumētū maius scd̄m veritatē/vel scd̄m estimationē: ⁊ est absoluta nolitio illiꝰ ꝯditionis. que quidē ꝯditio/ē in ꝑtāte ipius inferētis nocumētū. Et hoc est intelligēdū qñ talis oꝑatio (q̄ patiēs in talē necessitatē ⁊ cōditionē inducit) est ꝓhibita/⁊ non ꝑmissa scd̄m legē: q̄ si esset ꝑmissa/ tūc dānificatio sequēs nō esset iniuria/si esset volita tali volitione (que dicta est) a patiēte. Uerbi gratia: licet victori captiuum suum cui velit/ vendere. Captiuus ne inimico suo vendatur/ magno precio et maiore q̃ꝫ ceteri/se ipsum redemit: certum est ꝙ in isto captiuo est nolitio conditionata qua nollet se tanto precio redimere/si non venderetur inimico: et est i eo nolitio cōditionis. ⁊ conditio talis/est in ꝑtāte victoris. Quia tamē victori hoc licꝫ ꝑ legem: ideo nullam facit iniuriā captiuo. ¶ Ex quo ptꝫ ꝙ Gerardꝰ ⁊ Buridanus deficiunt in tertio casu dicētes: ꝙ si volitio esset inuoluntario permixta/non simplex/ nec absoluta: tunc patiatur aliquis iniustum: id est iniuriam volens: nec causa propter quā recipiens pecuniā ad vsurā/iniustū patitur: est q̄ eiꝰ volitio circa suū damnum sit conditionata: immo talis habet cathegoricam volitionem circa damnum vsure: cū scd̄m Aristotelem in principio tertij huius: tales operationes magis sint voluntarie q̃ꝫ inuoluntarie. Sed hoc ideo est: quia iste damnificatur in ea re in qua lex prohibet eum damnificari. Posset tamen dici ꝙ Gerardus et Buridanus non intelligunt casuꝫ vniuersaliter: sed solum quando talis damnificatio est — Secūda cōclusio

a lege prohibita. Secundus etiam casus quem assignant/non est verus: nec bene assignāt causam quare christus et alij martyres/non obstante ꝙ volebāt pati ea que sibi inferebantur: nihilominus patiebantur iniustum: id est iniuriam: sed causa hui⁹ sumenda est ex ista scđa ꝯclusione. Tales enim patiebātur detrimenta timore maioris mali/in cuius necessitatem et cōditionē per ipsos inferentes violentiam/inducebantur: et opatio qua inducebantur in talem cōditionē/sine qua nocumentum patiebantur/ erat cōtraria vere legi et vere iusticie. Ideo quantūcūq martyres perfecte volebant pati ab istis tyrannis: nihilomin⁹ iniuriam patiebātur. Nec valet euasio/ ꝙ martyres volebant pati: sed non ab altero. Nam eorum voluntas erat rationabilis. Quid autē irrationabilius/ q̄ velle pati/et velle a nullo pati? Et licet ista lesio martyrum sit nociua tyranno: malunt tamē martyres ꝙ lesio ista sit futura in detrimentū tyrannis/ q̄ ꝙ ipsimet sint idolatre: aut ꝙ fides patiatur detrimētum.

Tertia conclusio

Conclusio tertia. Qui per passionē patitur iniustum/non patitur iniuriam. Probatur: q2 passio nō impedit voluntariū. Propter quod/que ꝓpter iram aut cōcupiscentiam fiunt/non sunt inuoluntaria: vt tertio huius visum est: ergo nocumentū qđ per passionem patimur/ ē voluntarium: et ꝑ ꝯsequēs eius passio non est iniuria.

Quarta cōclusio.

Conclusio quarta. Qui patiūtur dāna per ignorantiam electionis aut principiorum vniuersalium moralis honestatis/ nō patiuntur iniuriā. Probatur: quia tales ignorantie non causant inuolūtarium: vt patuit in tertio libro: igitur.

Quinta cōclusio.

Conclusio quinta. Qui per ignorantiam circunstantiarum, quas scire non tenentur/patiuntur nocumenta: q̄ cognita generant leticiam/vel saltem non generant tristiciam: et hoc nullius alterius vtilitatis (quam se putant in recōpensatione dāni consecuturos) gratia: non patiuntur iniuriam. ptz: q2 talia damna non sunt inuoluntaria: igitur.

Instātie cōtra ꝯclones

Contra conclusiones instatur. Quicūq facit iniustum/facit iniustum volens: ergo quicūq patitur iniustum/patitur iniustum volens.

Secundo arguitur sic. Contractus vsurari⁹ est iniustus: et tm̄ est voluntarius: igitur.

Tertio sic. Uir bonus p̄eligeret iniustum pati/ q̄ peccare: si alterum esset ei necessariū. Sed omne preelectum/est voluntariū: igitur.

Solutiones harum rationum patēt ex notabilibus.

Primū dubium.

Dubitatur primo vtrum omnis iniustificans sit iniustus. ¶ Pro solutione dubij est aduertendum ꝙ omne iniustificare/est alteri nocumentum inferre/sed non omne nocumentum inferre/ est iniustificare. Iniustificare enim ꝓprie/ idē est quod iustum facere: modo non omne nocumentum siue dānum illatum/ est iniustum. Suspendens enim latronē siue homicidā/nocumentum ei infert: sed nullum iniustum ei facit.

Trib⁹ modis ꝯtingit nocumentū inferri.

¶ Nocumentū autem (vt dictū est) tripliciter ꝯtingit inferri: scz ex ignorātia ⁊ passione/ et ex electione. Et ex ignorātia tripliciter: scz ex ignorantia inuincibili/ ex ignorātia crassa et supina. et ex ignorantia affectata. Sed quia nocumentū ex ignorātia affectata/reducitur ad nocumentum ex electione vel passione scđm ꝙ ignorantia volita est propter passionē vel electionē: ideo duplex tm̄ remanet nocumētum ex ignorantia distinctum cōtra alia duo. Nocumentū aūt ex passione pōt esse duplex: scđm ꝙ duplex est passio. Scilz naturalis vel humana siue necessaria/⁊ habitualis. Dicitur aūt passio habitualis que ex habitu prauo innascitur/ scđm quam scz homo statim (obiectio presente) propter habitum inclinantem/ passionatur repentine/ vehementer/ diuturne: et nocumentum ex tali passione illatum/reducendū est ad nocumentum ex electione et habitu. Sed passio naturalis dicenda est quecūq/non propter habitum/sed q̄ ex sensibilibus naturalibus causatur: vt timor/spes/ gaudiū/et huiusmodi. Et potest passio naturalis subdiuidi. Quedā retinet sibi nomē cōmune: et dr̄ naturalis: que iam dicta est. Alia dicit̄ humana siue necessaria: que in ipsa hōis natura necessario habet originē: vt sitis/fames/infirmitas/⁊ huiusmodi. Et ambaruz duplex potest esse gradus. Quedam enim sunt adeo vehemētes/ꝙ innate sunt cadere in constantem virum: vt timor mortis/extrema fames. Alie sunt debiles que non mouerent constantē virum ad peccandū. Similiter potest distingui de nocumento ex electione: quoniā electio quandoq ē ꝑm habitū firmatū: et aliqñ scđm dispositionē et habitū.

Istis notatis dicitur ad dubiū. Primo: ꝙ omnes iniustificationes ex electiōe vel leui passione/sunt iniuste. ptz: q2 per habitum iniusticie/ quilibet dicitur iniustus: sed sic operantes/ operantur habitu vel propinqua dispositione ad habitum: igitur. ¶ Secūdo dicit̄ ꝙ iniustificās ex graui passione cadente in constantem virū/vel ex ignorantia crassa/vl̄ supina/non est iniustus scđm habitū iniusticie: quia talis/neq per habitum/ neq ꝑ dispositionem ꝓpinquā ad habitū opatur: igitur non est iniustus. Cum hoc tamē stat ꝙ iniustificans ex ignorātia crassa aut supina/peccat ⁊ iniustū facit: nā vt dictū est: ad iniustū facere/nō requirit̄ volitio actualis sup illationem nocumenti: sed sufficit interpretatiua.

Se[…] biu[…]

Dubitatur secundo vtrum iudex corruptus ferēs iniustā sentētiā ꝓ pte corrūpente/ grauius delinq̄t q̄ pars corrūpēs. ¶ Pro solutione dubij est aduertendū ꝙ homines cōiter iustificant q̄tuor de causis: scz timore/cupiditate/odio et amore. In duabus ꝑmis causis iudex respicit ad seipm̄: in alijs vero ad alium. Et i duab⁹ ꝑmis/iudex dr̄ corrūpi per partē: q̄ vel cōminatur aliquid terribile/vl̄ dat seu promittit aliquid cōcupiscibile. In alijs autē duabus/iudex non proprie corrūpitur per partem: ideo de istis duab⁹ causis nihil ad ꝓpositū dubiū. Nā iniusticia tota/in iudice esse videtur.

Pon[…] ppo[…] Prim[…] posit[…]

Ad hoc dubium solet responderi per tres propositiones. ¶ Prima est. Iudex cupiditate corruptus/plus peccat q̄ iudex timore corruptus. Probatur: quia peccatū tāto est grauius/quāto est magis voluntarium. modo peccatum ex cupiditate/est magis voluntarium q̄ peccatum ex timore. Nam qui operatur ex timore/ ipse quasi inuitus et cum displicentia operatur: igitur. Posset tamen obiectum timoris esse ita debile/ et obiectum cupiditatis magnum: ꝙ ille qui ex timore iniustificaret/ plus peccaret.

Sec[…] posit[…]

¶ Secunda propositio. Iudex corruptus ex cupiditate/plus peccat q̄ pars corrūpens. Probatur: quia iudex plus obligatur ad nō

operandū

operandum iniuste q̃ pars: cum iudex obligetur iure communi/ sicut et pars: et cum hoc/ iure speciali tanq̃ iudex: igitur plus peccat. Possibile tamen est q ex tanto affectu malicie pars corrumpens operaretur/ q multo magis peccaret q̃ iudex corruptus: non autem si equali affectu cupiditatis et equali motiuo vterq̃ operetur. ❡ Tertia ꝓpositio. Iudex timore corruptus/ minus peccat q̃ pars corrumpens. ptz: q2 eius pctm̄ est magis voluntariũ: est tamē ista ꝓpositio moderāda: qm̄ si non fuerit timor causatus ex his obiectis q̄ innata essent mouere constantē virum/ et scd̄m illas circunstantias scd̄m quas mouerent constantē virũ: propositio non haberet veritatē/ ꝓpter hoc q iudex valde plus est obligatus ad iustũ faciendũ ⁊ tuendũ/ ⁊ obulatoribꝰ viriliter resistendũ.

Tertia propositio.

Tertiũ dubium.

Dubitat̃ tertio vtrũ difficiliꝰ sit esse iustũ/ q̃ esse bonũ medicũ. ❡ Pro solutione dubii est aduertēdũ q difficultas opatiōis pōt attendi vel ex pte obiecti/ vel ex pte operātis. Et ex parte obiecti dupl'r. Vno modo: ꝓpter excessum et improportionē obiecti ad intellectũ. Alio mō: propter obiecti variabilitatē: q2 ꝓpter obiecti excessum/ diuina sunt difficiliora naturalibus et moralibꝰ: econuerso tamē ꝓpter obiecti variabilitatem.

Tũc dicitur ad dubiũ p̄mo: q ex pte operātis difficilius est esse iustum q̃ bonum medicũ. Probat̃: q2 in operatione vel habitu/ prouenit ex parte nostra difficultas: ex eo q ps sensitiua innata est aduersari rōni/ et eius subuertere iudiciũ: scz circa obiectũ iusticie/ magis est innatus appetitus aduersari rationi/ et eius subuertere iudiciũ/ q̃ circa obiectũ medicine. Est enim maior honor/ maius lucrũ ⁊ maior delectatio medico in sanando/ q̃ interficiēdo: sed sepe lucra/ honores/ amici/ delectationes sensuales/ timores/ tristicie et inimicitie/ ⁊ huiusmodi/ trahunt ad ineptũ iudiciũ: igitur.

Dicunt secundo quidā q scd̄m obiecti excessum/ latētius ⁊ difficilius est esse iustum / q̃ bonũ medicũ: q2 voluntas humana est valde latens. Nā sepe hoīes vnũ pretendunt/ ⁊ aliud excogitant. Natura autē nō sic: sed quicquid intendit/ illud manifestat per operationē. Propter quod facilius ē de naturalibus de quibꝰ est medicina/ q̃ de voluntariis circa q̄ est iusticia/ iudicare. Sed hoc nō videtur verum/ qm̄ non ad omne iustũ requiritur q sciamꝰ hominũ mentes occultas: cũ hoc sit impossibile. sed sufficit ea cognoscere que exterius nobis apparent: vel probari possunt ꝑ iuramēta/ per testes/ ꝑ litteras/ aut aliquo alio modo: talia non sunt nobis ita occulta/ sicut interiores egritudinũ cāe/ ⁊ herbaꝝ ꝓprietates.

Tertio dicunt q scd̄m obiecti variationē/ difficiliꝰ est esse iustum q̃ medicum: q2 in actibus humanis circa quos est iusticia / est maior varietas q̃ in complexionibꝰ circa quas est medicina. ❡ Dicunt enim q in his circa que est medicina/ solũ est varietas ex parte materie: scz ex diuersa ꝓportione rerũ elementariũ/ ex diuersa cōmensuratione humorũ/ et hmōi: sed in actibꝰ humanis/ est variabilitas ex pte materie/ ex pte finis/ et oīm aliarũ circunstātiarũ. Sed ista ratio nō videt̃ verũ assumere: nam medicus nō solũ aspicit ad cōplexionis ⁊ humorũ variabilitatē ⁊c. sed etiā ad infirmi virtutē/ etatē/ nutrimētum/ ⁊ vite exercitii assuefactionē/ ad locũ egritudinis/ ad tēpus/ ad aeris qualitatē/ ad influxũ celestem/ et alia hmōi: et sic valde difficile est/ ⁊ esse bonũ medicũ/ ⁊ esse iustũ: tũ ꝓpter difficultatē in cognoscēdo/ vniuersali rōne iusta ⁊ sana: ⁊ ea q̄ ꝑtinēt ad iusta et sana. Tum propter difficultatē in sciendo particulares applicationes medicinarum et iurium scd̄m exigentiam et cōbinationē oīm ꝑticularium circunstantiarũ. Et iste due difficultates se tenent ex parte intellectus: nec in his Aristo. dicit difficilius esse iustum q̃ medicum. Alia difficultas est ex parte appetitus que specialiter habet locum circa obiectum: et de ista difficultate loquendo/ difficilius est esse iustuz q̃ medicum: vt supradictum est.

Tractatus tertius.

❡ Capi. i. Agit de equalitate et bonitate: declarans equum/ bonũq̃ iustum esse/ et aliquo iusto melius: quum sit emendatio legitimi iusti. Emēdat enĩ legez ea ex parte qua deficit ob vniuersale. Equum/ bonumq̃ describit/ concludens reuera habitum hũc non alium esse q̃ iusticiam quandam.

DEinceps autem dicendum est de equitate et bonitate/ atq̃ equo et bono: quonā modo sese habet equitas quidem et bonitas ad iusticiam/ equum autem et bonum ad iustum. Nam considerantibus neq̃ simpliciter idem/ neq̃ genere diuersum esse videtur. atq̃ interdũ laudamus equũ et bonum virumq̃ talem. Quare et ad alia laudantes transferimus pro bono: ipsum equiꝰ declarantes melius esse. Interdum rationem sequentibus absurdum videtur: si equum et bonum (si sit quid preter iustuz) laudabile sit. nam aut iustum non est studiosum/ aut equum et bonum/ si aliud sit a iusto: aut idem sunt/ si vtrumq̃ est studiosum. Hec igitur dubitatio ob ea fere que dicta sunt: emergit de ipso equo et bono. ❡ Recte autem aliquo modo sese habent omnia: et nihil prorsus ipsis aduersatur. Nam equum et bonum iustum est: ⁊ est aliquo iusto melius: et non vt aliquod aliud genus/ melius est ipso iusto. Idem est ergo iustũ/ atq̃ equum et bonum. ❡ Et vtrumq̃ quidem est studiosum: prestabilius autem est ipsum equũ et bonum. Fit autem hec dubitatio: quia equũ et bonum iustum quidem est/ non autem legale: sed emendatio legitimi iusti. Causa autem est: quia lex quidem omnis vniuersalis est/ fieri autem non potest: vt de qbusdam vniuersaliter recte dicatur. In quibus igitur vniuersaliter qdē dicere necesse est/ fieri autē non pōt vt recte dicatur: in iis lex id accipit/ qđ fit plerũq̃ haud

ignorans peccatum. Et est nihilominus recta. peccatum enim non est in lege/ nec in legislatore: sed in ipsa rei natura. Continuo nāqꝫ rerum earū que sub actionem cadunt: materia talis est. ¶ Cum igitur lex quidem vniuersaliter loquitur/ in iis autem preter vniuersale quippiā accidit: tū recte sese habet/ vt ea parte qua legislator omisit/ atqꝫ peccauit absolute locut⁹/ emendetur defectus. quod et ipse legislator si adesset/ hoc modo dixisset: et si sciuisset/ iubentem legem tulisset. Quapropter iustum quidē est/ et prestabilius aliquo iusto/ non tamen simpliciter iusto: sed eo quod peccat/ propterea ꝙ simpliciter dictum est. ¶ Atqꝫ hoc est natura ipsius equi et boni: emendatio legis ea ex parte qua deficit ob vniuersale. Hec enī est causa/ et vt nō omnia sint lege: qꝛ de quibusdā īpossibile est ponere legeꝫ. Quare decreto est opus. indefinite nāqꝫ rei: indefinita et regula est. sicut et edificationis Lesbie plumbea norma. Ad lapidis enim figuram mutatur/ et non manet. et decretum ad res ipsas simili modo. patet igitur quid est equum et bonū/ et esse iustum: et quo iusto prestabilius est. ¶ Ex quo etiā emergit: quisnam sit homo bonus et equus. Est enī is qui talia eligit/ atqꝫ agit: et qui non exacte iustū in deteriorē exequitur partem: sed imminuit tametsi legē adiutricē ad illud habet. ⁊ habitus hic equitas et bonitas est. q̄ qdē iusticia quedā/ et non alius quisqꝫ habitus est.

Questio. Circa istud capitulū mouetur questio q̄liter se habet equitas ad iusticiā et equū ad iustū: qꝛ neqꝫ sunt simpliciter idē cū equo et iusto/ neqꝫ diuersa genere.

Et primo argumentat̄ Aristo. equitatē esse virtutē maiorē iusticia: quia qn̄qꝫ laudam⁹ equū ⁊ bonū virū/ etiam magis q̄ꝫ iustum: qꝛ nomen equi/ quasi maius bonum ad talia opera/ ea laudantes/ transferimus: ergo equitas est virtus maior iusticia. ¶ Hic arguit philosophus ad partem oppositā: quia inconueniens est rationem sequētibus/ equum esse aliquid laudabile preter iustum: id est distinctuꝫ a iusto: ergo equitas non est virtus distincta a iusticia. Antecedens patet: quia vel equum et iustū sunt ambo studiosa: et tunc sunt idem. Uel iustum nō est studiosum: et hoc est incōueniēs. vel equum est aliud a studioso/ siue non studiosum: quod est etiam inconueniens: igitur. ¶ Et subdit philosophus ꝙ propter predicta/ fere dubitatio emergit circa equum: quia ex vna parte videtur esse idem quod iustum: ex alia vero non.

Hic respondet philosophus ad predictam dubitationem dicēs: ꝙ predicta scd̄m aliquē modum/ vera sunt: nec habent inter se contrarietatē: quod declarat per quattuor conclusiones.

Prima cōclusio. Equum est aliquo iusto melius: sed non vt differens genere a iusto. (Prima conclusio) Primam partem relinquit notam per rationem factā ad partem affirmatiuā: et secundam per rationem partis negatiue.

Scd̄a ꝯclusio. Equum nō est iustum legale: sed directio et emēdatio iusti legalis. (Secunda conclusio) Probat philosophus: qꝛ cuiuslibet legis vel renūciātis de his in quibus aliquid aliquando accidit preter id quod enūciatur vniuersaliter/ vel in quibus non est possibile recte dicere vniuersaliter/ rationabile est esse aliqd̄ directiuū et emendatiuū defect⁹ et omissionis: sed oīs lex vniuersaliter enūciat/ et vt in plurib⁹ accidit: non ignorat tamē legislator peccatū vel instantiam accidere posse: et in aliquibus non est possibile recte dicere vniuersaliter: ergo necesse est esse aliquod directiuum et emendatiuū iusti legalis: illud autem est equitas: igitur. ¶ Hic remouet philosophus vnum errorem. Posset enim aliquis credere/ quia equitas est directio legis: ꝙ propter hoc lex non esset recta: et ꝙ legispositor non recte legem posuisset. ¶ Hunc errorem remouet philosophus dicens: ꝙ nihilomin⁹ lex est recta: nec est peccatum in lege/ neqꝫ in legislatore: sed in natura rei: quia aliquorum operabilium natura talis est: vt non possint precipi lege/ a qua nō debebat aliquādo exceptio fieri: cū ergo lex precipit vniuersaliter/ et accidit aliquid preter id qd̄ vniuersaliter preceptum est: rationabile est dirigere et emendare qd̄ omisit/ et peccauit legispositor simpliciter: id est vniuersaliter loquens: quia sic esse faciendum diceret legislator ipse/ si presens adesset: ⁊ si sciuisset/ [illegible] lege posuisset.

Tertia cōclusio. Equum est iustum quoddā aliquo iusto melius: nō quidē iusto simpliciter: id est omni iusto vel iusto ſm naturā: sed iusto qd̄ deficit: qꝛ vniuersaliter enūciat: ptꝫ ex dictis. (Tertia conclusio)

Quarta cōclusio. Preter leges positus/ necessaria ē sentētia iudicis. (Quarta conclusio) Probat phus dupliciter. Primo: qꝛ hec ē natura ⁊ rō equi: ꝙ sit directio legis vniuersaliter enūciātis/ vbi deficit ꝓpter pticulare: ergo p̄ter legē/ necessaria est snīa iudicis q̄ legē emēdet. Scd̄o: qꝛ nō ē possibile oīa esse scd̄ꝫ legē determinata. Nā de q̄busdā/ īpossibile est ponere legē: ergo p̄ter leges positas/ necessaria ē snīa iudicis. Cōsequētiā ꝓbat: qꝛ indeterminati indeterminata ē regula: vt ptꝫ de regula Lesbie edificatiōis/ q̄ plūbea erat: vt scd̄m exigētiā ⁊ figurā lapidū mutari posset. Sic enī nō manet lex iusta: nisi scd̄m diuersos casus cōformet̄ ad res ꝑ equitatē. ¶ Epilogat phs dicēs: (Epilogus) ꝙ ex dictis manifestū est q̇d sit eq̄tas/ et qd̄ iustū/ et melius iusto. Manifestum est etiam quis est equus. Est enim taliū: scꝫ bonorū ⁊ equorū electiuus ⁊ opatiu⁹ et nō acribodikeos ad deterius. i. nō exacte exq̄rens/ siue amplectens ius in deteriorē partē/ in puniēdo: sꝫ potius est minoratiuus penaruꝫ: q̄uis habeat legē adiuuātē ad puniēdū. talis aūt ē epiekes: ⁊ ei⁹ habit⁹ epiekia/ iusticia quedā existēs ⁊ nō alter habitus saltē scd̄m genus. ¶ Et sic ptꝫ ꝙ equū qn̄qꝫ accipit̄ ꝓ subiecto epiekie: hoc ē ꝓ hoīe opante ſm epiekiam: siue ꝓ habēte eā. Et qn̄qꝫ pro obiecto/ siue pro eo quod dictatur ꝑ dictamē directiuū ⁊ emendatiuū legis/ vel pro tali dictamine.

Tres 9clo-nes phi
Prima 9clo

Pro ampliori tamen eius solutione ponit philosophus tres conclusiões. ¶ Pria est. Qui propter iram seipsum occidit volens/ iniustum patit. Probat philosophus duabus rationibus. Prima est. Interficere seipsum/est a lege prohibitũ: ergo est iniustum. Pro probatione antecedentis premittit philosophus q̄ iustorum quedam sunt a lege ordinata ẽm omnem virtutem/saltem large accipiẽdo prohibitionem: prout omne nocumentũ quod non est preceptũ/ dicitur prohibitio: tunc probat sic antecedẽs. Interficere seipsum/nõ est ordinatum a lege q̃ ordinat ẽm omnem virtutem: ergo est ꝓhibitum. Consequentiã probat: quia lex que non iubet/prohibet: qđ intelligitur de damnis et nocumentis: quia nemini licet sine auctoritate legis nocumentum inferre. Secunda ratio. qui contra legem nocet/iniustum facit si sit sciens et volens hoc/et quem/et vt: ⁊ sic de alijs circunstantijs: sed qui seipsum propter iram occidit/agit 9tra legem volens ⁊ sciens ⁊c. igitur iniustum facit

Scđa 9clo

Secunda conclusio. Qui seipsum volens occidit/iniustum. i. iniuriam facit ciuitati ⁊ nõ sibijpsi. Secũdam partem primo probat philosophus quia nullus patitur iniustũ nolẽs/ sed patitur volẽs: ergo non facit sibijpsi iniustum. Primam partem ꝓbat: quia ciuitas occidenti seipsum/penam instituit: scʒ inhonoratione ⁊ ignominiã/ tanq̄ ciuitati iniuriã facienti: ergo talis iniustificat ciuitatem.

Tertia con-clusio

De ipsis igitur rursus di cam⁹ op3: alti⁹ initio sumpto. Sint itaq; ea quibus verum anima dicit affirmando/ aut negādo numero quinq;. Hec autem sunt ars/ scientia/ pru=dentia/ sapientia/ intellectus. Fieri em̄ potest: vt falsum existimatione/ opi=nioneq; dicat. ¶ Scientia igitur quidnam sit hinc perspicuum est: si exacte dicere oportet/ et non similitudines sequi. omnes em̄ putamus id quod scimus/ aliter sese habere non posse. que vero possunt aliter se habere/ post contem=plationem latent si sint an non sint. ipsum ergo scibile necessario est: ergo est eternum. que em̄ necessario simpliciter sunt: eterna sunt omnia. ¶ At eterna ingenita/ ⁊ incorruptibilia sunt. ¶ Preterea omnis scientia doceri/ et scibile disci posse videtur. ¶ At ex antea notis (vt in solutiuis etiam diximus) fit omnis doctrina. Nam alia per inductionem/ alia per ratiocina=tionem efficitur. atq; inductio quidem princi=pium est ipsius vniuersalis. Ratiocinatio au=tem est ex vniuersalibus. sunt em̄ principia ex quibus ipsa ratiocinatio constat/ quorum non est ratiocinatio: ergo inductio. Scientia ergo demonstratiuus est habitus: et cetera que in resolutiuis determinauimus. ¶ Tum enim quispiam scit: cum aliquo modo credit/ ⁊ sunt ipsi principia nota. si enim non sint magis q̄3 cõ=clusio nota: per accide̅s habebit scientiam. De scientia igitur sit hoc modo determinatum.

Prima ꝯclo

TErtiũ caplm quattuor conclusionibus z duobus correlarijs clauditur. ¶ Prima conclusio. quinqꝫ sunt habitus intellectuales quibꝰ anima affirmãdo aut negando verũ asserit: scz ars/prudentia/sciẽtia/sapientia z intellectus: de quibus prius determinatum est in generali: sed hic specialius est determinandum. Probat Aristo. non esse plures ꝙ quinqꝫ. Nam si essent alij habitus intellectuales preter eos quos diximus/essent suspitio z opinio: sed illis duobus habitibus contingit falsum dicere sicut verum: igitur sunt solum quinqꝫ habitus intellectuales quibus solum contingit verum dicere.

Scda ꝯclo.

Secunda conclusio. Diffinitio sciẽ erit nobis aperta z manifesta/si dicat̃ sciam esse noticiã certam et euidentem/non sequentem similitudines. Qꝫ sit noticia certa/ptz. Nam omnes arbitrãtur id qđ scimus/aliter se habere non posse: igitur est noticia certa. ¶ Correlarium. Scibile est eternum/ingenitum z incorruptibile: quia omnia cõtingentia aliter se habere/latẽt nos vtrũ sint vel non sint: cum extra cõtemplationẽ. i. intuitiuam noticiam ponuntur: igitur nullũ tale est scibile: z per ꝯsequens omne scibile est eternũ/ingenitũ z incorruptibile.

Correlariũ.

Tertia ꝯclo

Tertia cõclusio. Omnis scientia potest doceri/z omne scibile disci: ptz. Nam omnis doctrina ex precognitis gignitur: vt in libris posteriorꝫ visum est. Alia eñ doctrina. i. cognitio/fit per inductionem. Alia per syllogismũ. Nam inductio est principium ꝑpositionis vniuersalis: z syllogismus fit ex vniuersalibus principiorũ: igitur ex quibus fit syllogismus: et quorum non est syllogismus/est inductio. igitur scientia doceri potest: z scibile potest disci.

Quarta cõclusio.

Quarta ꝯclo. Scientia est habitus demonstratiuus/z quecunqꝫ talia que in posterioribus edocẽtur: hoc est. Scientia est habitus genitus ex primis veris z immediatis: z cetera que in anneleticis dicta sunt. ¶ Ex dictis infertur correlarium. Necesse est principia esse magis cognita ipsi scienti/conclusione: ptz. quia nisi principia magis sciretur ꝙ conclusio/tunc conclusio nõ sciretur nisi per accidẽs. hoc est. Sciens habebit cognitionem conclusionis alio modo ꝙ per demõstrationẽ. ¶ De scientia igit̃ hoc modo determinatum est quidnam sit. Quid autem sit demonstratio/declaratum est in anneleticis.

Correlariũ.

Annotationes.

¶ Annotationes textus.

¶ Contingens/necessarium/perpetuum/eternum/ingenitum/incorruptibile/capiuntur in proposito vt sunt termini scđe intentionis/z non prime.

¶ Ca. ij. De arte agit discernens inter actũ cuius est prudentia z effectionem cuius est ars qui est habitus faciendi cum vera ratione. Docet artem z fortunam circa idem quodã modo versari. Contrariũ artis esse habitum faciendi cum ratione falsa circa contingens.

COrum autem que aliter sese habere possunt: est z aliquid quod sub effectionem: et aliquid quod sub actionem cadit. Diuersa vero sunt effectio: atqꝫ actus. de his autem ipsis et externis sermonibus credimus. Quare et habitus qui cum ratione actiuus est: diuersus est ab eo habitu qui cum ratione est effectiuus/neqꝫ alterum ab altero cõtinetur. neqꝫ eñ effectio actus est: neqꝫ actus effectio. ¶ Atqui cum extruẽdarum edium facultas/ars quedam sit/ac habitus quidez faciendi cum ratione/nullaqꝫ sit ars que non sit habitus faciendi cum ratione/nec vllus habitus talis qui nõ sit ars: fit vt idẽ sit ars/atqꝫ habitus faciẽdi vera cum ratione. ¶ At vero circa generationem ars omnis versatur: z inuẽtionem/cõtemplationẽve/quonã pacto fiat eorum aliquid que et esse/et non esse possunt/et quorum principium nõ in eo quod efficitur/sed in ipso est faciente. ¶ Nam neqꝫ eorũ que necessario sunt/vel fiunt est ars: neqꝫ eorum que sunt scđm naturam. Hec enim in seipsis habent principium ipsum. ¶ Dum autem effectio/atqꝫ actus diuersa sint: artem effectionis esse/non actus/necesse est. ¶ Atqꝫ circa eadem quodam modo versatur ars/et fortuna: quemadmodum z Agatho dicit.

Quippe ars/fortunam: fortunaqꝫ diligit artẽ. Ars igitur (vt diximus) habitus est quidem faciendi/vera cum ratione. Contrarium autẽ artis habitus est faciendi/falsa cũ ratione: circa id quod sese aliter habere potest.

Prima ꝯ

IStud caplm tribus conclusionibus enodatur. ¶ Prima conclusio. Habitus actiuus. i. prudentia/ab habitu factiuo. i. ab arte distinguitur. Probatur duabus rationibus. Nam cõtingentiũ z aliter se habere potentium/quoddam est factibile: aliud ꝓo est agibile. Sed agibile et factibile distinguuntur sicut effectio z actio: vt claret in externis sermonibus. i. in nono metaphysice: igitur habitus effectiuus. i. ars: z actiuus. i. prudentia/distinguuntur. Secũda ratio: qꝛ nec habitus actiuus sub effectiuo: nec effectiuus sub actiuo cõtinetur: nec actio est factio/nec contra: igitur ad inuicem distinguuntur.

Scda ꝯ

Secunda conclusio. Ars est habitus cum ratione actiuus. Probatur: nam ars z habitus cum ratione factiuus/idem sunt: igitur. Antecedẽs patet per inductionem. Nam ars edificandarum domorum est habitus cum vera ratione factiuus: z nulla est ars que nõ est habitus cũ vera ratione factiuꝰ: nec est aliquis habitus cum vera ratione factiuus/que non est ars: igitur sunt idem.

Terti

Tertia conclusio. Omnis ars est circa generationem. i. constitutionem operis/et inuentionem/et considerationem/siue contemplationem modi operandi: z hoc in contingentibus/quorũ principium est in faciente z non in facto. i. in opere. Probatur: nam ars non est eorum que fiunt scđm naturam: nec est necessariorũ. Talia eñ habẽt in seipsis principia et causas: igitur omnis ars est circa generationem

rationem ꝛ inuentionem operis que in seipsis nō habent principium sue generationis. ¶ Correlarium. Ars non versatur circa actionem: sed circa effectionem. Probatur. Nam actio et factio distinguuntur: vt prius dictum est: igitur oportet artem esse doctrinam effectionis ꝛ nō actionis. ¶ Scdm̄ correlariū. Ars et fortuna quodāmodo circa idem versantur. probatur auctoritate Agathonis poete sic inquientis. Ars fortunam dilexit / ꝛ fortuna artem.

Correlaria.

Scdm̄ correlarium.

Quippe ars fortunam / fortunaqꝫ diligit artem.

¶ Ex dictis concluditur diffinitio artis / habitusqꝫ arti oppositi. Ars est habitus cum vera ratione factiuus circa contingentia ꝛ aliter se habere potētia. Habitus arti oppositus / est habitus cū ratione falsa opatiuus circa ea que aliter se habere possunt: et greco vocabulo dicitur athechma: ꝛ potest dici inertia: capiendo contrarie ꝛ non priuatiue. Si enim capiatur priuatiue / importat abnegationem habitus qui nat⁹ est intellectui practico inherere: ꝛ supponit pro ipsa anima. Sed si contrarie capiatur / importat habitum positiuum ab anima distinctū / qui arti contrariatur / ꝛ ad contrarias operationes impellit.

Diffinitio artis ꝛ habitus cōtrarij

Annotationes.

Inertia capitur cōtrarie et priuatiue.

Athechma.

¶ Cap. v. De prudētia docet prudentem esse qui ad consultandum est aptus circa ea que ad bene viuendum omnino conducant. Prudentiam a scientia ꝛ arte distinguit: eamqꝫ finiens apertius ab arte secernit. Infert prudēti inesse virtutem partis opinatiue / sed non cum sola ratione.

De prudētia vō quenā sit hoc percepimus pacto: si contemplabimur quosnam ipsos prudentes dicimus esse. ¶ Videt itaqꝫ prudentis esse / bene consulere posse circa ea que sibi sunt bona / ac prosunt: non aliqua ex parte / vt quenam ad sanitatem vel vires / sed quenam ad bene viuendum omnino conducant. Argumento est id ita esse: eos etiam qui circa aliquid versant prudentes dici / cum bene ad finem studiosum aliquem / excogitauerint ea / quorum nulla est ars. quare ꝛ omnino prudens is est / qui ad cōsultandum est aptus. ¶ Consultat autem de ijs nemo: que aliter sese habere non possunt / aut de ijs que ipse agere nequit. ¶ Quare si scientia quidem est cum demōstratione (quorum autē principia aliter sese habere possunt: eorum non est demonstratio / cuncta enim ꝛ aliter sese habere possunt) neqꝫ de ijs q̄ sunt necessaria / consultatio fieri potest: ipsa prudētia profecto / neqꝫ scientia / neqꝫ ars esse potest. sciētia quidem: quia quod sub actionem cadit / aliter sese habere potest. ars autē: ꝙ aliud actionis / aliud effectionis est genus. ¶ Restat ergo habitum ipsam esse agēdi / vera cum ratione: circa ea que sunt bona homini atqꝫ mala. ¶ Finis enim effectionis: est quid aliud preter ipsam effectionem. actionis vero non semper. est enim ipsa bona actio / finis. ¶ Quocirca Periclē ꝛ viros tales arbitramur esse prudentes: quia que sibiipsis / ꝛ que ceteris hominibus sunt bona / perspicere possunt. esse autē eos tales putamus / qui ad rem familiarē atqꝫ ad rempublicam administrandam sunt apti. ¶ Unde et temperantiā conseruatricem prudentie appellamus. Conseruat autem talem existimationem. Uoluptas enim et dolor non omnem existimationem corrumpit / atqꝫ peruertit. non enim hanc triāgulum tres angulos equales duobus rectis habere. sed eas que circa id habentur: quod cadit in actionem. nam principium quidem rerum agendarum. i. gratia cuius sunt ipse. ei vero qui corruptus est ob voluptatem aut dolorem: continuo non videtur: principiū ipsum / nec huius gratia ac propter hoc ipsum / expetenda esse vniuersa atqꝫ agenda. Uitium enim: principij corruptiuum est. Quare prudentiam habitum esse agendi circa humana bona / vera cum ratione: necesse est. ¶ At vero artis quidem est virtus: prudentie vero non est. Et in arte quidem qui sua sponte peccat / magis est expetendus. circa vō prudentiam minus. quemadmodum et circa virtutes. patet igitur prudētiam virtutē quādam esse: non artem. ¶ Cum autem due sint anime partes rationem habentes: alterius erit ipsa prudentia virtus. ipsius inq̄ opinatiue. nam opinatio circa id versatur / quod aliter sese habere potest: ꝛ prudentia ipsa. Atqui neqꝫ habitus est cum ratione solum. huius autem indicium est / talis quidem habitus obliuionē esse: prudentie vero non esse.

Quintum caplm̄ quinqꝫ conclusionibus clauditur. ¶ Prima conclusio que prudētis diffinitionem complectitur. Prudens est qui recte cōsulit circa ea que sibi sunt bona ꝛ prosunt / non aliqua ex parte. i. scdm̄ aliquem particularem finē: vtpote ad sanitatem vel fortitudinē: sed ad totius vite humane statū recte ac bene ꝛ laudabiliter dirigendum. Probatur conclusio a signo. Nam eos qui ad aliquem bonum finem consequendum aliquid operantur / vel ratiocinātur / siue consultant / circa quem non est ars: dicimus prudentes circa aliquid: igitur qui bene ꝛ recte consulit circa ea que ad totius vite statum cōferunt / censendus est simpliciter prudens.

Prima ɔclo

Secunda conclusio. Prudentia / nec est scientia / nec est ars. Prior pars quattuor rationibus probat. Prima ratio. Nemo de his ɔsultat que fieri nequeunt: nec que ipse facere non pōt: igit prudentia non est scientia: cum scientia sit de impossibilibus aliter se habere / ꝛ de his que a nobis fieri non

Scda ɔclo.

possunt: vt sunt necessaria. ¶ Secunda rõ. Eorũ nõ est demonstratio/quorum principia aliter se habere possunt: scientia vero est cum demonstratione: q2 per demonstrationem paritur: igitur prudentia non est scientia. Nam eorum quorum est prudentia/contingit principia aliter se habere: in talibus enim contingit omnia aliter se habere. Nam si principia sunt cõtingentia/oportet conclusionem esse contingentem. ¶ Tertia ratio. De his que de necessitate eueniunt/non est consilium: igitur nec prudentia: cum consiliũ ⁊ prudentia circa idem versentur: ⁊ tamẽ de illis est scientia: igitur prudentia non est scientia. ¶ Quarta ratio. Id circa quod est prudentia/contingit aliter se habere: non autẽ id circa quod est scientia: vtpote obiectum scientie/quod est necessarium: igitur prudentia non est scientia. ¶ Secunda pars conclusionis probatur. Aliud est genus actionis que per prudentiam dirigitur. Aliud est genus effectionis que per artem dirigitur: igitur prudentia non est ars.

Probatio secũde partis cõclusionis.

Tertia 9clo

Tertia cõclusio que prudentie diffinitionem complectitur. ¶ Prudentia est habitus verus cum ratione actiuus circa hominis bona ⁊ mala. Ultima particula tribus rationib9 suadetur. Prima. finis effectionis est alius ab ipsa effectione: finis vero actionis/quã quidẽ actionem dirigit prudentia non semper est alius ab ipsa actione: sed aliquando est bona hominis actio siue operatio: igitur prudentia que est circa hominis bona et mala: bona quidẽ/ea persequendo: ⁊ mala vitando/non est ars. ¶ Secundo probatur a signo. Nam Periclem ⁊ alios philosophos existimamus prudentes: q2 possunt consiliari circa que sibi ⁊ alijs sunt bona: ⁊ tales dicimus aptos ad res publicas ⁊ priuatas agendas. ¶ Tertio probatur. Nam propterea q prudentia est circa hominis bona ⁊ mala/dicimus temperantiam esse prudentie conseruatricẽ: saluat enim ⁊ conseruat iudicium prudentiale circa operabilia humana/bona et mala. Antecedens deducitur: quia temperantia non saluat omnem existimationem: quia nõ omnem talem peruertit/siue corrumpit delectabilia vel tristia circa que est tẽperantia: nõ enim corrũpit existimationem huius propositionis: omnis triangulus habet tres angulos equales duobus rectis: sed eam existimationẽ solum corrumpit que est circa operabilia humana: et que nata est corrũpi ⁊ peruerti per delectationem et tristiciam: cuiusmodi est existimatio de fine qui se habet in operabilibus sicut principium in speculabilibus. Corrupto enim per delectationem aut tristiciam iudicio rationis/nullus verus finis homini apparebit: nec propter debitum ⁊ honestum finem operabitur: quia vitium est corruptiuũ principij: quod quidẽ principiũ sumitur a fine ex quo peruertit iudicium/siue rectam existimationẽ finis: igitur oportet prudentiam esse habitum cum ratione vera circa humana bona vel mala operatiuũ.

Quarta cõclusio.

Quarta cõclusio. Prudentia est virtus: ars vero nequaq̃ inter virtutes connumeranda venit. Suadet̃ duabus rationibus. ¶ Prima. Nam ars indiget virtute ipsam dirigente in debitum ⁊ honestũ finẽ: vtpote prudentia. Prudentia aũt non indiget: quia eius operatio semper est bona: igitur prudentia est virtus ⁊ non ars. ¶ Secunda ratio. Nam peccans voluntarie per artem/est eligibilior eo qui peccat inuoluntarie per artem. Secus autem est de prudentia. Nam peccans voluntarie circa prudentiam/est minus eligibilis q̃ peccans inuoluntarie: quemadmodum contingit circa virtutes morales.

Quinta

Quinta conclusio. Licet opinio et prudentia ad eandem partem anime pertineant: non tamen prudentia est opinio. Prior pars conclusionis probatur: quia vtraq̃ ad intellectum pertinet. Secunda pars probatur. Nam opinio est habitus cum ratione solum. Sed prudentia non est habitus cum ratione solum: sed etiam cum potentia que dinotica dicitur: de qua in sequentibus perspicietur. Minor probatur. Nam illius habitus qui est cum ratione/solum est obliuio: sed prudentie non est obliuio: igitur prudentia non est opinio.

¶ Annotationes textus.

Annotationes.

¶ Ars non est virtus moralis. Quia indiget virtute ad hoc q operatio ei9 sit bona ⁊ laudabilis. Operatio enim facta scd̃m artem/de se non est laudabilis/nec bona: sed indiget circunstantijs prudentie. Sed hec ratio est parue efficacie: quia scd̃m triciorem opinionem/nulla operatio humana est bona moraliter/nisi habeat prudentiam actualem tanq̃ obiectum: et per consequens operatio temperantie non est censenda bona scd̃m mores: sicut nec operatio artis. Sed de istis in questionibus clarius intuebitur.

¶ Capi. iiij. De intellectu ostendit eum esse principiorum rei scibilis/non scientiam/nec prudẽtiam/artemve/neq̃ sapientiam.

Cum autem scientia existimatio sit de vniuersalibus et ijs que necessario sunt: sintq̃ demonstrabiliũ/scientieq̃ omnis/principia (est enim ipsa ipsa scientia cũ ratione) principij rei scibilis/nec est scientia/nec ars/nec prudentia. sciẽtia: quia ipsum scibile demonstrabile est. ars et prudentia: quia in ijs versantur) que sese aliter habere possunt. At neq̃ sapientia est. est enim sapientis/de quibusdam demonstrationem habere. ¶ Q2 si ea quidem quibus verum dicimus/et nunq̃ falsum in ijs que possunt aut non possunt aliter sese habere/hec sunt/scientia/prudentia/sapientia/intellectus: horum autem trium habituũ nullus esse potest/atq̃ tres dico/prudentiam/scientiam/sapientiam: restat intellectum esse principiorum.

Quartum capitulũ vna conclusione et duabus suppositionibus clauditur.

Prima

Prima cõclusio. Principiorum scibilis: id est conclusionis vel scientie habitus/est intellectus. Probatur: et primo duobus premissis.

Due suppositiones.

bus premissis. Primum: ꝙ omnis scientia est existimatio: id est iudicium de vniuersalibus: et de his que sunt ex necessitate. Secundum est: omnium conclusionum que demonstrātur/et omnis scientie: sunt quedam principia/ex quo omnis scientia est cum ratione demonstratiua.

His suppositis suadetur conclusio.

Omnes habitus quibus verū dicimus/et nequaꝙ̄ mentimur: siue sint contingentia/siue circa non contingentia: sunt scientia/sapientia/prudentia et intellectus/ comprehendendo artem sub prudentia: sed nullum trium primorum est habitus principiorum: igitur eorum habitus est intellectus. Minor probatur de scientia. Nam omne scibile est demonstrabile: principia autem sunt indemōstrabilia: igitur. De prudentia et arte patet: quia sunt contingentium et aliter se habere potentium: igitur. De sapiētia. Nam sapientis est de aliquibus habere demōstrationem: principiorū autem non est demonstratio: igitur principiorum non est sapientia/sed potius intellectus.

Annotationes.

¶ Annotationes textus.

¶ Principia sunt propositiones note per se vel per inductionem/ ex quibus deducitur conclusio demonstrabilis.

¶ Capi. v. Duplicem partitur sapientiā. Unam que alicuius artis est virtus. Alteram qua dicimus aliquem omnino sapiētem. Hanc exactissimam esse cognitionum ostendit: intellectū scilicet atqꝫ scientiam eorum que honorabilissima sunt. Eam vt studiosissimam a ciuili facultate/atqꝫ prudentia secernit: que quidem humanorum est contingentiū/quorum finis agi potest. Et actiua circa singula: ideoqꝫ potius ꝙ̄ sapientia necessaria.

SApientiam autem in artibus ijs tribuimus/qui in ipīs sunt exactissimi. Phidiam enim sapientem sculptorem lapidum dicimus: et Polycletum statuarium idētidem sapientem. Atqꝫ hic sapientiam nil aliud intelligimus ꝙ̄ ipsius artis virtutem. At quosdam etiam esse sapientes omnino/non aliqua ex parte/nec aliquid aliud ꝙ̄ sapiētes arbitramur. vt in Margite dixit Homerus.

Diuū is munere: nec fossor nec durus arator.
Nec sapiens alia vlla nimirū extitit arte.

Quare constat exactissimam scientiarū ipsam sapientiam esse. ¶ Sapientem ergo non solum ea scire que ex principijs cognoscuntur: sed etiam circa principia dicere vera oportet. quare sapientia/intellectus est ⁊ scientia: ⁊ (vt caput habens) scientia eorum que honorabilissima sunt. ¶ Perabsurdum est autem si quispiam facultatem ciuilem / aut prudētiam studiosissimam esse putet / si non sit homo eorum optimum que sunt in mundo. ¶ Q si sanum quidem / ad bonum aliud est hominibus / aliud piscibus / album autem et rectum semper est idem: et sapiens omnes idem profecto / prudens vero diuersum dixerint esse. Singula namqꝫ quod suū perspicit bonum: id prudens dixerint esse / eiqꝫ seipsa gubernanda commiserint. Quapropter et nonnulla mutorum animaliū prudentia dicunt esse: quecunqꝫ sua in vita prouidendi vim habere videntur. Constiterit autem eandem non esse sapientiā ⁊ facultatē ciuilem. ¶ Nam si eam facultatē sapientiā esse dicent / que circa commoda propria versatur: multe sane sapientie erunt. non enim vna circa omnium animaliū bonum: sed alia/atqꝫ alia circa vnumquodqꝫ versatur/nisi de omnibus que sunt: vna sit et facultas medēdi. ꝙ si homo prestantissimum esse ceterorum animaliū diceretur: nil refert. etenim homine sunt alia longe diuiniora natura. vt hec manifestissima/ex quibus ipse constitit mundus. Patet igitur ex ijs que diximus: sapientiam scientiam esse ⁊ intellectum/ eorū q̄ honorabilissima sunt natura. ¶ Quapropter Anaxagorā/⁊ Thaletē/et similes sapientes quidē: at non prudētes inquiunt esse. cum vident ipos propria commoda ignorare: et superflua quidem/⁊ admiranda/⁊ difficilia cognitu/diuinaqꝫ scire ipos/sed inutilia dicūt quia non querunt bona humana. prudētia autem circa humana versatur: ⁊ in quib⁹ habet consultatio locum. prudentis enim hoc maxime opus dicimus esse/beneqꝫ inꝙ̄ consulere. ¶ Consultat autē de ijs nemo: que aliter sese habere non possunt: ⁊ quorum non est aliquis finis/atqꝫ is bonum agendum. Is autem ad bene consulendum est simpliciter aptus: qui coniectura quod est homini optimum eorum que cadunt in actionē: excogitando mente capere potest. ¶ Neqꝫ prudentia est vniuersalium solum. sed singula etiam oportet cognoscere. est enim actiua: et actio circa singula ipsa versatur. ¶ Quapropter et nescientes nonnulli / magis ꝙ̄ nonnulli scientes: idonei sunt ad agendum. et in ceteris ij qui sunt experti. Nam si quispiā sciat leues carnes facile concoqui/ac esse salubres: que vō sint leues ignoret: non efficiet sanitatem. sed qui scit auium carnes leues esse/atqꝫ salubres: is efficiet magis. prudentia autem est actiua. quare vtrāqꝫ cognitionē / aut hanc potius habere oportet. fuerit autem quedam et hec architecture subiens rationem.

Prima 9clo

SEptimum capitulum duabus cōclusionibus/vna obiectione/duobus correlarijs clauditur. ¶ Prima conclusio. Sapientia est omnium scientiarū certitudo. probat philosophus cōclusionem/insinuans duplicem sapientiam. Unam scđm quid siue particularem. Alteram vniuersalē siue simpliciter dictam.

His suppositis suadetur conclusio. Nam peritissimos artifices dicim⁹ sapiētes: vt Phidiam sapientem lapidum sculptorem: ꝛ Policletū sapientem statuarium: per sapiētiam nihil aliud intelligentes/q̄ȝ supremum artis gradum vel perfectissimum/atqȝ excellentissimū gradū in arte compertibilem. Secunda ratio. Existimamus aliquos sapientes simpliciter ꝛ sine addito qui omnino sapiētes dicuntur: quēadmodū Homerus in Margite. i. in illo poemate de quodā sapiente dixit. Dij hunc neqȝ sapientem fossorem tm̄/neqȝ sapientē aratorē tm̄/neqȝ aliter sapientē scđm quid fecerūt/sed omnia sapientem. Et hos existimamus simpliciter sapiētes: quia sunt in singulis rebus agendis excellētissimi. ¶ Sapientia igitur est scientiarum certissima/vel ipsa certitudo. Inferuntur duo correlaria. ¶ Primū est. Sapientia est intellectus et scientia: patet. Nam sapientia est omnium scientiarum exactissima: igitur oportet sapientē scire non solum conclusiones que ex principijs deducuntur: sed etiam ipsa principia: igitur sapientia est intellectus ꝛ scientia. ¶ Secundum correlarium. Sapientia est scientia habēs principatum eorum que sunt honorabilissima. Est enī nō solū conclusionum: sed etiam principiorum. Sed quonā pacto intelligēdum est sapientiā esse scientiam ꝛ intellectum/in questionibus prospicietur.

Phidias

Quid sapiē tia scđm qd

Duo correlaria.

Scđa 9clo.

Secunda conclusio. Sapientia non est prudentia/siue scientia politica. ¶ Probat quinqȝ rationibus. ¶ Prima ratio. Sapiētia est studiosissima ꝛ optima virtutum: sed perabsurdum est asserere prudētiam vel scientiam politicam/optimam virtutum. Si homo circa cuius operationes ꝛ actus versatur/non est optimum eorum que sunt in mūdo: igitur sapientia non est scientia politica siue prudentia. Consequentia tenet: quia homo non est optimū eorum que sunt in mundo: igit̄ prudentia que est virtus hominis scđm ꝙ homo/non est optima virtutū. ¶ Secunda ratio. Sapientia est vna respectu omnium circa que est: prudentia ꝟo non: igitur sapientia non est prudentia. Nam quēadmodum sanum et bonum est alterum in hominibus et piscibus/album ꝟo ꝛ rectum semper idem: ita sapiens est idem apud omnes: prudens ꝟo non. Is enim prudens censetur qui circa seipsum singula considerat atqȝ speculatur bene. ¶ Propterea quasdam bestias dicimus prudentes per quandam similitudinem/quia sibijpsis prouident de singulis que ad vitam tuendam necessaria sunt sine rōne/ex solo instinctu nature. Atvero ea virtus que est circa vtilia ipsi prudenti/non est sapientia: quia tunc multe essent sapientie. Non enim est vna ratio siue scientia respectu omnium bonorum ꝛ animaliū/sed circa singula alia ratio: nisi quis vellet asserere eādem medicinā esse respectu omniū/qđ non est proclamandum.

Solutio obiectionis.

Soluit̄ dubitatio. Posset enī quispiam asserere hominē esse optimū animalium: igit̄ prudentia que est circa actus hominis/est optima virtutum: et per consequēs est prestantior sapientia.

Respondet philosophus multa esse animalia digniora scđm naturam/ipso homine: vt ea que manifestissima sunt ex quibus mundus conflatur: vt sunt corpora celestia/capiendo corpus celeste pro aggregato ex orbe ꝛ intelligentia. Etiam ea que nō sunt manifesta sensu: vt deus ꝛ intelligētie. ¶ Ex dictis patet sapientiam esse intellectum et scientiam eorū que honorabilissima sunt scđm naturā. ¶ Tertia ratio. Anaxagoram et Thaletem/et consimiles philosophos dicunt homines fuisse sapientes/ꝛ non prudentes: propterea ꝙ ignorabāt ea que erant ipsis vtilia ꝛ conferentia: superflua ꝟo admiranda ꝛ diuina/difficiliaqȝ cognitu ipsos scire dicebant. Non enī querebant humana bona/sed diuina: igitur sapientia non est prudentia. ¶ Quarta ratio. Prudentia est circa humana bona/et potissimū circa ea de quibus consultamus: sed nullus consiliatur de his que aliter contingere non possunt de quibus est sapientia: nec de his quorum non est aliquis finis operabilis a nobis: igitur sapientia non est prudētia. Is enī ad bene consultandum est aptus/qui per coniecturā (que est homini optima operationum) intelligere potest. ¶ Quinta ratio. Prudentia non est vniuersaliū/sed etiam singularium: sapientia ꝟo est precise vniuersalium: igitur sapientia non est prudentia. Antecedens probatur. Nam omnis actio est circa singularia: prudentia ꝟo est actiua. Nam habitus prudentie ad actionem inclinat̄: actus ꝟo prudentie est formaliter actio: igitur. Maior suadetur a signo. Nam videmus quosdam nescientes/magis aptos ad operandum q̄ȝ scientes. Nam si quis sciat leues carnes cito in stomacho decoqui/ac salubres esse/ꝛ ignoret quenam carnes sint leues: talis sanitatem minime operabitur. Si autē cum predicta maiore sciat carnes volatilium leues esse: talis facile sanabit. Ipsum autem vtrāqȝ cognitionem habere oportet: vtpote vniuersalem ꝛ particularem: sed potius particularē q̄ȝ vniuersalē. Talis nāqȝ prudēs subit rationē architecture: id est principalis prudentie: vtpote politice.

Nota

¶ Annotationes textus.

Annotationes.

¶ Mundus pro aggregato ex omnibus rebus/in proposito accipit̄: ꝛ nō eo modo quo in primo Metheororum. Necesse est hunc mundum ꝛc.

¶ Cap̄. viij. Prudētiam ciuili facultati componit. Prudentiam quādam in ciuitate legum latricē esse: alterā ciuilem: que in singulis ciuitatibus de illiberandis agendisqȝ versatur. Eam qua sibi quisqȝ bonum prospicit/maxime videri prudētiam: q̄ȝq̄ȝ reuera proprium cuiusqȝ bonum non est sine gubernatione rei familiaris atqȝ ciuilis: quum plurima ac ciuili experientia sit opus/rem etiam suam perfecte administraturo: qđ signo de iuuenibus ex peccato in consulendo probat. Demum prudētiam ad scientiam ac intellectum confert.

AT qui ciuilis facultas/et prudentia idem est habitus: esse tamen ipsarū non idem est. Eius autē que in ciuitate versatur: ea quidē (que est vt architectura)

chitectura) prudentia/legū est ferendarū facultas. que vo in singulis versatur: ciuilis/nomine cōmuni vocatur. ❡ Hec autem est actiua/⁊ deliberatiua. decretum em̄ in actionē venit vt vltimum. iccirco rem ciuilem hos solos gerere dicūt. hi namq; soli agunt: perinde atq; ij qui suis manibus artis conficiunt opus. ❡ Videtur aūt ea maxime prudentia esse: qua sibijpsi quispiam vni querit ac prospicit bona. atq; hec ipso communi nomine prudētia nuncupatur. Illarum autē alia gubernande rei familiaris: alia ferendarū legum facultas/alia ciuilis vocatur. atq; huius alia est deliberatiua: alia iudicialis. ❡ Cognitionis igitur quedam species fuerit: ea que bona sunt sibi scire. sed magnam differentiam habet. Atq; qui sciunt ea que sibijpsis sunt bona in illisq; versant̄ / prudentes esse videntur. ciuiles autem negociosi. Quapropter et Eurypides dixit.

Qui namq; prudens sum: negocio sine.
Licebat inter milites cui viuere:
Equamq; partem habere/cunctis ex bonis?

Querunt enim quod sibijpsis est bonū/et hoc arbitrātur esse agendū. ex hac igitur opinione est ortum/prudentes hoc esse. ⁊ tamē propriū vniuscuiusq; bonū: non est fortasse sine rei familiaris gubernatione/atq; ciuilis. ❡ Preterea enim quonam modo sua cuiusq; administranda sit res: non est manifestū/atq; considerandum est. Indicatur id quod dicitur illo signo. Geometre enim iuuenes/⁊ mathematici/ac sapientes in talibus fiunt: prudentes autem fieri non videntur. causa autem est/ꝙ ⁊ singularum rerum est ipsa prudentia: que quidē per experientiam note fiunt. Iuuenis autem non est expertus. experiētiam enim: temporis efficit longitudo. Nam et hoc quispiam considerauerit: cur puer mathematicus quidē fieri potest/sapiens autem/aut naturalis non potest? An quia mathematica quidem sunt per abstractionem: horum vero principia experiētia innotescunt. et hec quidē adolescentes non credunt/sed dicunt: illorum autē diffinitiones non sunt obscure. ❡ Preterea peccatum qḋ fit in consulendo: aut circa vniuersale/aut circa singulare fieri solet. ignorare namq; quispiam potest/aut omnes aquas ponderosas esse prauas/aut hanc ponderosam esse. ❡ Prudentiam autem non esse scientiam patet: est enim (vt dictum est) ipsius extremi. Tale enim id/quod cadit in actionem. opponitur igitur intellectui. hic enim est terminorum/quorum ratio non est. Hec autem est vltimi cuius non est scientia/sed sensus/non propriorum quidem/sed qualis est is quo sentimus id quod vltimū in mathematicis est/triangulum esse. stabitur enim ⁊ ibi/sed hic prudentia magis est sensus/illius autem est alia species.

Octauū capl'm aliquibus conclusionibus absoluitur. ❡ Prima conclusio. Prudentia ⁊ virtus politica sunt idē genere: licz ratio specifica earū non sit eadem. Hec ꝯclusio in sequētibus ꝓbabit̄.

Prima ꝯclo

Secunda cōclusio diuisionē prudētie politice continens. Prudentiarū politicarū quedam est legispositiua/que dicit̄ architectonica. Alia est directiua singulariū/que actiua ⁊ consiliatiua dicitur. Ultima pars cōclusionis dupliciter probatur: Primo. Nam sententia siue decretum/est ipsius operabilis tanq; finis: igitur ⁊ ipsius singularis. Omne em̄ operabile est singulare: igitur huiusmodi prudentia est actiua et consiliatiua. Secundo probatur. Hi soli rem ciuilem siue politicā agere dicuntur/quēadmodū qui suis manibus artis cōficiunt opus/vt sint artifices: igitur prudētia politica est actiua.

Scḋa ꝯclo.

Tertia ꝯclusio. Omniū specierū prudentie/ea precipua videtur que est circa seipsum: que cōmuni nomine prudētia nuncupari solet. Sed aliarum quedam rei domestice gubernande. Alia legispositiua. Alia ciuilis. ❡ Ciuilis aūt diuiditur. Naz alia est consiliatiua. Alia iudiciaria. Prudentia proprie accepta/a prudētia politica distinguitur: qḋ tribus rationibus elucidatur. Prima: quia cognoscere que sunt sibijpsi bona/est species habitus cognitiui qui tantam differentiam habet ab habitu cognitiuo multitudini conferente: vt is dicatur prudēs/qui est sciens ⁊ cognoscens circa seipsum. Alij ꝟo: vtpote politici/negociosi ⁊ circa multa ꝟsantes dicunt̄. ❡ Secūdo probat̄ auctoritate Eurypidis poete q̄ in persona cuiusdā militis se prudentē nō posse eē ostēdentis/dixit. Qualiter prudēs esse possem: q̄ per longū tempus sine negocio ⁊ labore persiscebam: ⁊ quē inter multos numeratū necesse erat equali militia cuz eis participare: quasi dixisset nullo modo.

Tertia ꝯclo

Nota diligenter.

Pollergmones greco vocabulo dicūtur.

Qui namq; prudens sum negocio sine.
Licebat inter milites cui viuere.
Equamq; partē habere cunctis ex bonis.

Eurypides

❡ Tertio probatur. Querētes ꝓprium cōmodū/dicūt eos qui respu. vtilitatē querūt/vanos ⁊ supfluos ⁊ operātes plusq; opz: igit̄ prudentia ꝓprie capta/que est solum circa seipsum/a prudentia politica distinguitur.

Quarta ꝯclusio. Quis negociosi circa ꝓpria cōmoda opinent̄ prudēter: nō tn̄ sunt vere prudentes sine politica ⁊ economica prudētia. Probatur tribus rationibus. ❡ Prima ratio. Nam sine his duabus prudentie speciebus/ignotū est homini ⁊ etiā difficile qualiter sua disponere debeat. ❡ Secunda ratio. Prudentia/q̄ circa singularia versatur: exigit experientiā rerū. Añs probatur a signo. Nam ꝯstat iuuenes posse eē geometras ⁊ mathematicos/et nō prudentes: q: multitudo tp̄is experiētiam rerū agibilium gignit. ❡ Remouetur dubitatio quam ob causam iuuenis potest esse mathematicus ⁊ non

Quarta cō clusio.

naturalis siue sapiens. Respondet hoc ideo cõtingere: qꝛ principia mathematica sunt a sensibilibus abstracta: ⁊ propterea nõ requiritur experientia ad ea cognoscenda. Principia ꝟo mathematica ⁊ physica siue naturalia/ per experientiã dinoscunt̃ quam non possunt habere iuuenes. ❡ Tertia ratio. In consulẽdo ꝯtingit peccare tam circa vniuersale/ q̃ȝ circa particulare/ siue singulare: igit̃ nullus potest esse prudẽs sine economica atq̃ȝ politica. Añs probatur: qꝛ quis potest ignorare ꝙ oẽs aque põderose sunt praue: aut ꝙ hec aqua/ demõstrata aliqua/ singulari/ est põderosa. Inferunt̃ correlaria. ❡ Primum est. Prudentia non est scia. Probatur. Nam prudentia est extremi. i. ipsius finis vel rei singularis cum sit circa operabile. Oĩe aũt operabile est singulare: scia ꝟo nõ est circa singulare: igit̃. ❡ Scd̃m correlariũ. Prudentia nõ est intellectus. Nam intellectus est terminoꝝ. i. principiorũ quorũ nõ est ratio demonstratiua. Prudẽtia ꝟo est extremi. i. singularis cuius non est scientia sed sensus/ non quidẽ qui est propriorũ sensibiliũ: vtpote sensus exterior/ sed interior: qualis est quo sentimus in mathematicis triangulũ extremũ esse: ⁊ in eo stãdum fore. Et hic sensus interior/ magis indiget prudẽtia ad recte opandũ et ad iudicandũ de singularibus: sed sensus interioris est alia species cognitiõis.

Correlaria.

Annotationes.

❡ Annotationes textus.

❡ Sensus exterior solas noticias simplices ⁊ intuitiuas hȝ. Sensus ꝟo interior format noticias ⁊ complexas et incõplexas: mõ ad prudentiã nõ sufficit noticia intuitiua incõplexa: sed requirit̃ noticia cõplexa qualis est ipsius sensus interioris.

Questio.

Circa tertiũ tractatũ quero an oĩe scibile sit eternum/ ingenitum et incorruptibile. ❡ Pro huius questionis enodatione est primo aduertendum ꝙ licȝ varia sit inter phos disceptatio q̃dnam sit scibile vel id qd̃ per actũ scientificũ scitur: tamẽ (vt vulgus nunc tenet) triplex assignatur scibile: scȝ scibile propinquũ: ⁊ est ipsa conclusio demõstrabilis. scibile remotũ: ⁊ est subiectũ vl' predicatũ cõclusionis. ⁊ scibile remotissimũ: ⁊ est res significata per extrema cõclusionis demonstrate vel demonstrabilis. Et hic terminꝰ scibile/ quocũq̃ȝ modo accipiatur: est terminus secũde intentionis: cuius oppositum quidã asserit in suis cõmentarijs. Quod sic declaratur. Nam semꝑ significat rem ea ratione qua est signum proportionale: vel ea ratione qua illa res est signatũ. i. que significatur per alium terminũ. Nam hic terminus scibile remotum/ de materiali significato significat illam rem que est homo/ connotando ꝙ significetur per extrema huius cõclusionis: omnis homo est risibilis: vel alterius cuius hic terminus hõ/ est extremũ. Et hoc sufficit (vt tenet cõis scola logicorũ) ad hº ꝙ terminꝰ sit scd̃e intẽtiõis: igit̃.

Aliud notabile.

Scd̃o aduertendũ est ꝙ isti termini ingenitũ/ incorruptibile/ sempiternũ/ possunt capi vt sunt termini scd̃e intẽtionis/ vt supponant pro signis: vt dictum est in annotationibus: vel vt sunt termini prime intentionis supponentes pro signatis. Si termini questionis accipiant̃ pro signatis: dicũt quidã vtpote ponentes vniuersalia extra oẽm intellectum ⁊ non esse terminos: ꝙ omne scibile est eternũ/ ingenitum ⁊ incorruptibile. Et hec opinio põt in varias opiniones diuidi/ scd̃m ꝙ varij sunt modi dicendi de vniuersalibus. Alij vt Gregorius Ariminensis et Andreas/ ponunt significatũ totale ꝓpositionis esse cõplexe significabile realiter distinctũ a significatis terminorum ⁊ a terminis. Et isti etiam asserunt scibile esse ingenitũ et incorruptibile. Sed he opiniones nullum habent stabilimentũ. Ponunt eñ multitudinem rerum sine quacunq̃ȝ necessitate: qd̃ natura abhorret. Ideo ꝙ capiendo predictos terminos pro signatis/ et vt sunt prime intentionis: nullum scibile aliud a deo/ est ingenitum ⁊ incorruptibile: cum oĩe tale aliquando inceperit esse. Si ꝟo capiatur scibile pro scibili propinquo/ vtpote pro cõclusione/ ⁊ alij termini prime intentionaliter: tũc nullũ scibile est eternum/ ingenitum ⁊ incorruptibile: ptȝ. Nam omnis cõclusio demonstrationis est corruptibilis: cum sit vox/ scriptura/ vel ꝯceptus vltimatus vel non vltimatus. Si ꝟo scibile capiatur pro scibili ꝓpinquo/ ⁊ predicti termini capiant̃ vt sunt scd̃e intentionis: tũc oĩe scibile. i. ꝯclusio scibilis/ est eterna/ ingenita ⁊ incorruptibilis: hoc est dictu. Omnis talis propositio est necessaria/ non potens falsificari/ vel non potens aliter esse q̃ȝ per ipam significatur. Et hoc est verum in sensu hypotetico/ vel ex suppositione: vt volunt aliqui: hoc est si res significate ꝑ extrema ꝓpositionis/ sunt in rerũ natura. Alij dicunt hoc esse verũ/ absoluendo copulam propositionis a certa connotatione temporis: vt vniat subiectũ cum predicato/ non importando aliquã certam mensuram temporis. Alij ꝟo asserũt terminos debere capi scd̃m suppositionẽ naturalem. Alij asserunt illas propositiones debere esse modales diuisas/ de hoc modo possibile. Et sic saluant necessitates talium propositionum que scd̃m eos aliter saluari non possunt.

Doctor subtilis.

Gregorius.

Opini... minal... losoph...

Burid...

Georg... Burid...

His notatis ponit̃ conclusio. Oĩe scibile est eternum/ necessariũ/ ingenitũ ⁊ incorruptibile: accipiendo terminos secunde intentionaliter. Probatur: qꝛ in hoc differt scia a prudẽtia/ ⁊ ab arte ꝙ propositio scibilis est necessaria ⁊ impossibilis aliter se habere. Ars ꝟo ⁊ prudentia sunt de conclusionibꝰ ꝯtingẽtibꝰ ⁊ possibilibꝰ aliter se habere: igitur.

Dubitatur primo vtrũ actio ⁊ factio distinguant̃. ❡ Pro solutione dubij est aduertendũ ꝙ actio ⁊ factio quandoq̃ȝ sumunt̃ cõiter. s. vt se extẽdunt ad omnẽ motũ ⁊ mutationẽ: ⁊ sic sunt termini synonimi. Et isto modo nõ accipiũtur in proposito. Alio modo accipiunt̃ ꝓprie: prout actio pertinet ad prudentiã: ⁊ factio ad artẽ. Et sic distinguunt̃ abinuicem. Sed de modo quo distinguuntur/ est diuersitas. Dicũt eñ multi ꝙ factio est que transit in materiam exteriorem: vt domificatio/ fabricatio/ ⁊ hmõi. Actio aũt est q̃ manet ĩ agẽte: vt volitio/ intellectio. ❡ Sed ꝯtra hoc arguit̃: qꝛ oẽs operationes virtutũ moraliũ sunt actiões: quaꝝ tñ multe transeũt in materiã exteriorẽ. Alij dicũt ꝙ Aristo. nono metaphysice/ ⁊ in ꝓhemio huiꝰ libri Ethicoꝝ/ ⁊ sir̃ in principio magnorũ moraliũ: distinxit duplices opationes. Nã quedã est opatio q̃ relinq̃t opꝰ opatũ aliud ab ipa opatiõe: vt edificatio domꝰ. ⁊ hmõi opationes dicũtur factiões circa quas est ars. Alia ẽ operatio post quã nõ manet aliquod opus operatum preter ipam operationem: vt volitio ⁊ intellectio. Et huiusmodi operationes vocat Aristo. ꝓprio noĩe operationes id est actiones/ circa quas est prudentia. Sed hec opinio videt̃ cũ priori opinione concidere: ꝯtra quã etiã sic instat̃. Aristote. primo magnoꝝ moraliũ/ ponit citharizare

Primi dubi... Sa... prim.

Varie opinio...

nit citharizare inter operationes quarũ nõ est aliud opus preter opationẽ: ⁊ tñ citharizare/nõ videt esse actio/sed magis factio: cũ pertineat ad artẽ/⁊ nõ ad prudẽtiã: igit differẽtia eoꝝ est insufficiẽs. Ideo aliter dr ꝙ omni habitui intellectuali cõis est opatio intellectus: sed differenter. Qm̃ ois opatio intellect⁹ ordinata finalr ad dirigendũ opationẽ exteriorẽ: vt ipa vel res opata sit in se bona ⁊ pfecta: dr factio siue opatio factiua/⁊ ptinet ad artẽ. Ois aũt opatio intellectus ordinata finalr ad dirigendũ electionẽ/ vt electio sit in se bona seu honesta: dr actio siue opatio actiue: ⁊ spectat ad prudẽtiã. Sed ois opatio intellectus q̃ nec ad dirigendũ opationẽ exteriorẽ finaliter ordinat: sz vel ad nullã opationẽ hois ordinat/vel solũ ordinat ad vlteriorẽ itellect⁹ opationẽ: dr speculatio siue opatio speculatiua: ⁊ spectat ad habit⁹ speculatiuos.

Primũ correlarium. ¶ Ex q̃ sequit ꝙ nõ ois electio dz dici actio vel ptinere ad prudẽtiã simplr: vt ptz de electione lignorũ ⁊ lapidũ/ad hoc ꝙ domus sit in se firma ⁊ stabilis: sed sola electio q̃ est de ordinatis in finẽ vltimũ simpliciter/spectat ad prudentiam simplr. alie ꝓo ad prudentiã scđm qd. i. scđm quã q̃s dr prudẽs domificator vel prudẽs rector.

Secundũ ¶ Sequit scđo ꝙ nõ est inconueniẽs idẽ ptinere ad artẽ ⁊ prudentiã scđm aliã ⁊ aliã rõnẽ: ⁊ per ꝯñs idẽ esse agibile ⁊ factibile/vel actionẽ ⁊ factionẽ. Dom⁹ eñ est factibilis ꝓut intenditur vt res extra operabilis: ⁊ sic domificatio est factio: sed dom⁹ est agibilis scđm ꝙ ordinabilis in finẽ vltimũ: puta i felicitatẽ. Et domificatio est sic actio.

Tertium ¶ Sequit tertio ꝙ nõ solũ opatio q̃ derelinquit op⁹ operatũ aliud ab ipsa operatione/dr factio: ꝓut factio spectat ad artẽ/⁊ nõ ad prudentiã. Quia citharizare/equitare ⁊ cantare/sunt factiones: ⁊ pertinẽt ad artẽ: sicut domificare vel fabricare.

Quartum ¶ Quarto sequitur ꝙ speculatio nõ est actio ꝓprie/ꝓut actio spectat ad prudentiã: nec ipsa spectat ad prudentiã tanꝙ actus eius: licet possit concedi ꝙ spectet ad prudẽtiam tanꝙ obiectuz eligibile per ipam: vel sicut finis volibilis/gratia cuius prudẽtia precipit eligere que ad speculationẽ ordinantur.

His notatis ponit conclusio. Actio ⁊ factio distinguunt. Ptz ex dictis in notabili.

Instãtia cõtra ꝯclonẽ. Contra ꝯclusionẽ primo sic instatur. Si actio ⁊ factio distinguerentur/facerẽt distincta: ⁊ agens ⁊ faciens distincta genera causarũ. Sed cõsequens est falsum: qr tunc essent plura predicamenta ꝙ decẽ: ⁊ plura genera causarũ ꝙ quattuor: igit.

Ad hanc rationẽ respondet ꝙ nõ est absurdũ ꝙ sint plura predicamenta ꝙ decẽ: vel plura genera causarũ ꝙ quattuor. ⁊ aliter respondet ad ꝑdicamẽta/ꝙ distinxerit Aristo. vt patuit in logica.

Scđo sic arguit. Agibile ⁊ factibile non distinguũtur abinuicẽ: ergo nec actio nec factio. Añs ptz: qr dicit Aristo. sexto metaphysice: ꝙ idẽ ẽ agibile ⁊ eligibile: ⁊ tñ factibilia sunt eligibilia: vt domus ⁊ lectus: cũ sint bona ordinata in finẽ: igitur.

Et ꝯfirmat: qr oẽs operationes virtutũ sunt actiones/cũ spectent ad prudentiã: ⁊ tamẽ sunt factiones: quia dicitur quarto huius. Virtutis est benefacere: igitur.

Ad secundam ⁊ eius confirmationẽ patet solutio ex dictis.

Scđm dubium. Dubitat scđo vtrũ prudẽtia sit virtus intellectualis. *Aduertendum.* ¶ Pro huius dubitatiõis enodatione respondet primo ꝙ prudẽtia est virtus. Probatur. Nam est habitus determinãs aliquã potentiam ad eius opus optimũ: igit est virtus talis potentie.

Propositiones. Prima propositio.

Secunda Scđo dr ꝙ prudentia est virtus intellectualis. Probat: qr prudentia determinat intellectum actiuũ ad opus eius optimũ: scz ad recte ratiocinandũ ⁊ cõsiliandũ de agibilibus: ⁊ cũ virtus sit dispositio perfecti ad optimũ: sequitur ꝙ prudentia est virtus intellectus.

Tertia Tertio dicitur ꝙ prudentia non est virtus moralis/proprie capiẽdo virtutẽ moralẽ: ꝓut distinguit cõtra virtutẽ intellectualẽ. Probat: qr prudentia est in intellectu/⁊ nõ in appetitu: igit est virt⁹ intellectualis ⁊ non moralis: põt tamẽ dici moralis: vel qr virtutibus moralibus necessario connexa est: vt postea patebit. Vel directiue: qr oẽs virtutes morales in suis opationib⁹ dirigit. ¶ Ex quo ptz ꝙ nõ ois ꝟtus cardinalis est moralis: vt ptz de prudẽtia.

Quarta Quarto dr ꝙ prudẽtia est virtus hominis scđm ꝙ homo. Probat: qr prudentia vel scđm se vel ratione adiuncti/reddit hoiem simpliciter bonum. Dirigit eñ oẽs eius operationes in finẽ vltimũ simpliciter: igit est virtus hois scđm ꝙ homo. qđ intelligendum est de prudentia simpliciter scđm quam quis dr prudens homo: de qua loquit Aristo. in tertio caplo huius secũdi tractatus/dicẽs. Videt autẽ prudentis esse posse bene consiliari circa ipsa bona ⁊ conferentia: nõ scđm partẽ/sed ad bene viuere totũ. Et non est hoc intelligendũ de prudẽtia scđm quid/scđm quam non dicitur quis prudens homo/sed prudens miles/vel prudens nauta.

His notatis ponit ꝯclo. Prudentia est ꝟt⁹ intellectualis. Probat: ois ꝟt⁹ q̃ est formalr i intellectu/est ꝟtus intellectualis: sz prudẽtia ẽ hmõi: vt ptz ex distinctionib⁹ virtutũ ex parte subiectorum. Scđo ꝓbat. Ois virtus inclinãs ad actũ cognitiuũ q̃ est ꝓprius actus intellectus/est ꝟtus intellectualis: cũ nulla virt⁹ moralis inclinet ad actũ cognitiuũ ex sua natura: sed prudentia inclinat ad actũ cognitiuum/cum inclinet ad recte iudicandum de fine et de medio: igitur est virtus intellectualis.

Instantia prima. Cõtra ꝯclonẽ primo sic instat. Habitus intellectuales videntur posse amitti per obliuionem: sed prudentie non est obliuio: vt dicit phs in tertio caplo huius scđi tractatus: igitur.

Ad primã dr ꝙ prudentie dr non esse obliuio: nõ qr nõ sit habit⁹ itellectualis: sed qr necesse est prudentem continue scđm eam operari. Ex quo eñ connexa est virtutibus moralibus/est actiua circa obiecta omnium virtutum moraliũ.

Scđa instãtia. Scđo arguit. Si sic/maxie esset habitus veridicus: sed hoc non: igit. Minor probat: qr habitu prudẽtiali contingit falsum dicere/ꝓpter scz inuincibilẽ ignorantiã alicuius circunstantie: igitur.

Varietas dubitationum. Ad scđaz ꝯcedit maior ⁊ negat minor. Et ad ꝓbationẽ dicit Eustrati⁹ ꝙ ars ⁊ prudẽtia sũt habitus veridici/ꝙtũ est ex se: sed ꝙ aliqñ falsum dicãt/ꝓuenit ex istabilitate obiectoꝝ. alit dicũt alij ꝙ virt⁹ potẽtie attendit scđm optimũ op⁹ i qđ potẽtia

potest non simpliciter: sed scd̄m exigentiā obiecti et circunstātiaꝝ: ⁊ sic in faciēdo de passibilibus qđ melius est/ singulis circunstantijs attentis. virtus igit̄ intellectus actiui non attenditur in iudicando quid melius simpliciter: sed quid melius vel peius scd̄m qđ est possibile scd̄m materiam subiectā cognoscere. Ideo si inuenta per prudentiā/ aliqñ recedant a ꝟo/ vel propter inuincibilē ignorantiā aliquorū consistē tium in facto vel aliter: hoc non obstat quin prudentia sit virtus. Sed he solutiones concedūt prudentiā esse habitū falsidicum. Ideo aliter dicendū est ꝙ dictamē erroneū inuicibile/ nō est prudētia/ sed est error prudentie oppositus/ licet inuincibilis. nam prudentia importat ꝟitatē iudicij: ⁊ licet idē habitus q̄ fuit prius verꝰ/ nūc sit falsus: vel inclinet ad false iudicādum/ tñ ꝭm prudentiā nostrā inclinat̄ intellectꝰ ad false iudicandū/ vel ad assentiendum falso.

Questio secunda.

Secūdo querit̄ an prudētia ab omi arte distinguat̄. ¶ Pro huius questionis enodatiōe

Aduertēdū

est primo aduertendum ꝙ artis ⁊ prudentie / multe possunt assignari differētie. ¶ Prima est: ꝙ obiectū

Prima differentia.

prudentie est agibile scd̄m ꝙ agibile: obiectū ꝟo artis est factibile scd̄m ꝙ factibile. Et licet eadem res sit agibilis ⁊ factibilis: hoc tamem est scd̄m diuersas rationes: vt domus est factibilis scd̄m factionē que est motus transiens in materiam exteriorē/ qua domus extra producit̄: ipsa ꝟo est agibilis scd̄m actionem que est interior electio ad faciendā domuū ꝓpter honestuz finem/ ⁊ per media honesta.

Secunda

¶ Scd̄a differentia est: ꝙ ars est directiua factionis vt res facta sit in se bona ⁊ perfecta. Prudentia autem est directiua actionis scz electiōis interioris/ vt sit mediū honestum ad honestū finem.

Tertia

¶ Tertia differētia est ex parte finis. Nam finis prudētie/ est honestū: finis aūt artis/ est vtile.

Quarta

¶ Quarta differentia (quā ponit Aristo.) est/ ꝙ artis ē ꝟtus: prudētie ꝟo nō est ꝟtꝰ. i. ars indiget prudētia dirigēte ip̄m artificē i finē debitū ⁊ honestū. Prudētia ꝟo nō indiget alia virtute eam dirigente.

Quinta

¶ Quinta differentia est: ꝙ prudentia necessario connexa est virtutibus moralibus: ars ꝟo non.

Sexta

¶ Sexta differentia quam ponit Aristoteles: ꝙ peccans voluntarie in arte/ est eligibilior: circa prudētiam aūt minus eligibilis.

Septima

¶ Septima est: ꝙ semper operandū est scd̄m dictamen prudētie: nō autem semper sicut ars docet.

Octaua.

¶ Octaua differētia est: ꝙ nulla est ars vna omniū factibiliū: sed est vna prudentia omnium agibiliū. Sed an hoc sit verum/ infra videbitur.

Nona.

¶ Nona differentia: ꝙ ars perficit intellectum factiuū: prudentia ꝟo intellectū actiuū: sed hec differentia sumenda est scd̄m rationem/ ⁊ nō scd̄m rem: quia scd̄m rei veritatem/ idem intellectus est actiuus ⁊ factiuus: sed alia ratione dicitur intellectus actiuus/ pro quanto respicit agibilia: ⁊ alia ratione factiuus/ pro quanto respicit factibilia.

Conclusio vnica.

His notatis ponitur cōclusio. Prudentia est ab omni arte distincta/ ad hunc sensum ꝙ nec prudentia est pars artis/ nec aliqua ars est pars prudentie. Hoc ptz ex distinctionibus prius positis.

Instantia ꝯtra ꝯclōnē

Contra cōclusionē sic instatur. Ars ⁊ prudētia fiunt circa idem obiectū/ ⁊ propter eundē finem: igitur nō distinguuntur. Consequentia est clara: quia ꝟtutes distinguūtur ex parte obiecti ⁊ finis. Et añs probatur. Nam circa idem operatur in bello/ fortis per prudentiam: ⁊ miles per artem. Et propter eundem finem: q2 propter victoriam.

Ad hanc rationē respondetur negādo añs. Ad cuius probationem dicitur ꝙ nec ars et prudētia sunt circa idem obiectū formaliter sumptū nec circa eundē finem propriū. Nam miles per artē militarem operatur in bello propter victoriam scd̄m ꝙ ipsa est factibilis exteriori factione: nec curat ad quem finem vlteriorē/ victoria ordinetur. Fortis aūt per prudentiam nō intendit precise victoriam tanꝗ̄ finem: sed aliquod bonū honestum: vtpote pacē. Vel conseruationem reipublice/ vel aliquid tale quod est per se bonum ⁊ honestum.

Secundo sic argumētor. Quicquid inclinat ad bene ⁊ recte cōsultandum/ est prudentia/ vel aliqua species/ vel pars prudentie: sed ars inclinat ad recte consultandum: igitur est prudentia/ vel pars prudentie. Maior est clara. Nam bene cōsultare/ est actus prudentie. Et minor probatur: quia ars militaris bene consultat de his que pertinēt ad bellum/ ⁊ ad victoriam obtinendā. Et similiter omnes alie artes consultant de proprio fine ꝯsequendo: igit̄ tales reducuntur ad prudentiā tanꝗ̄ partes ipsius prudentie. Similiter boni ⁊ docti artifices in sua arte dicuntur prudentes: igitur ars est prudentia/ vel pars prudentie.

Ad hanc rationē respondet̄ ꝙ argumentum procedit de prudentia improprie dicta/ siue scd̄m quid: ⁊ non de prudentia absolute dicta de qua est hic ad propositum.

Querit̄ tertio an intellectus sit virtus ab alijs distincta. ¶ Primo huiꝰ questionis enodatione est primo aduertendū ꝙ intellectus capitur duobꝰ modis. Primo mō ꝓ potētia intellectiua que est formaliter ipsa anima vel intellectus: ⁊ hoc modo non capitur in proposito. Secundo modo capit̄ pro virtute qua intellectus firmiter assentit principijs indemonstrabilibus: ⁊ hoc modo est hic ad propositū. ¶ Principium non capitur hic pro principio essendi: quo modo capitur in philosophia naturali: quēadmodum dicimus duo esse principia rerum naturaliū quorū altererū est actiuū: alterum passiuum. Nec capitur pro principio incomplexo: quēadmodum sunt termini cōstituētes propositiones que sunt premisse indemonstrabiles: nec pro principio complexo complexione indistante: vt est diffinitio. quia illud principium nihil dicit affirmando vel negando. Sed capiutr pro ꝓpositione q̄ est premissa indemonstrabilis: vel que componitur ex terminis cōmunioribus alicuius scientie partialis vel totalis. Et tale principium capitur duobus modis. Primo modo pro omni ꝓpositione que potest assumi ad aliā propositionem probandam: siue talis premissa sit demonstrabilis/ siue indemōstrabilis: ⁊ hoc modo multorū principiorum est scientia/ ⁊ similiter ars/ ⁊ intellectus generaliter captus. Alio modo capitur specialius pro propositione indemōstrabili. Et hoc modo capitur duobus modis. Primo modo pro propositione indemonstrabili: siue talis propositio sit nota per experiētiam/ siue per sensum/ siue fuerit per se notū/ siue fuerit vniuersale/ siue particulare/ siue necessarium/ siue cōtingens. Hoc modo principiū se extendit ad principia artis prudentie ⁊ scientie. Alio modo capitur specialiꝰ pro ꝓpositione vniuersali necessaria ⁊ indemonstrabili

mõstrabili: vtriusq3 est in libris posterioz. Et si hoc nomē intellect⁹ capiat stricte: solū videt esse principiorum necessariorum et indemonstrabilium. Sed quia nomina significant ad placitum: possumus longe extensius vti hoc nomine intellectus: et ipsum extendere ad noticiam propositionum indemōstrabilium artis et prudentie: vt eorum sit aliquis habitus quēadmodum principiorum discursus sciētifici. Hoc modo/intellectus non solum est necessariorum et indemonstrabilium: sed etiam aliquorum contingentium et particularium siue singularium.

Conclusio vnica

His suppositis/ ponitur talis conclusio. Intellect⁹ est virtus intellectualis: probatur. Nā virtus est habitus qui habentem perficit: et opus ei⁹ bonum reddit. Sed habitus qui dicitur intellectus/ determinat intellectum ad opus perfectissimum in quod potest in ordine ad principia indemōstrabilia. Nam determinat ipsum ad firmam adhesionem ipsorum principiorum indemōstrabilium: cū prius esset indifferens ad eorum assensum.

Instātia cō tra ɔclonem

Sed contra hanc conclusionem instatur. Intellectus est vna potentia anime: igitur nō est virtus. Consequētia est clara ƀm pħm scdo Ethicorum. Uirtus nec est potentia nec passio.

Solutio huius rationis satis patet ex dictis.

Scda instā tia

Secundo sic argumentor. Nulla virtus nobis a natura (vt dicit Aristoteles scdo Ethicorum) sed intellectus quo anima cognoscit principia indemonstrabilia/inest nobis a natura: igitur nō est virtus.

Ad hanc rationem respondetur ꝙ licet intellectus sit inclinatus suapte natura/ ꝛ determinatus ad aliqua principia contingentia: vtpote communia/ que sunt nobis nota ex solis terminis: vt sunt ista. Omne bonum est faciendum. Quodlibet est vel non est. Sed hoc non est mediante habitu acquisito: non tamen omnium principiorum est habitus naturalis nos naturaliter inclinans ad assensum omnium principiorum: sed tales habitus sunt acquisiti ex actibus assentiendi.

Dubitatur primo vtrum sapiētia sit formaliter intellectus et scientia. ¶ Pro huius dubitationis enodatione

Prima opinio quā multi sequunt.

Est aduertendum ꝙ circa quidditatem ꝛ essentiā sapiētie/ varie sunt opiniones. ¶ Prima est: ꝙ sapientia non est vnus habitus simplex: sed includit duos habitus partiales: scilicet intellectum et scientiam: a quorum quolibet differt/sicut totum a suis partibus. Et dicitur vnus habit⁹ vnitate aggregationis: quemadmodum tota logica dicitur vna scientia: que tamen non est vnus habitus simplex/nec vna res simplex. ¶ Secunda opinio: ꝙ sapientia est vnus habitus numero qui est intellectus et scientia: non formaliter/ sed per equiualentiam. Et generatur ex actibus frequentatis: quorum quilibet est tam circa premissas/ ꝙ̄ circa conclusionem: et scōm hanc opinionem /premisse et conclusio eodem actu concipiuntur. ¶ Tertia opinio est: ꝙ per intellectum assentimus principijs demōstrationis propter quid: ꝛ per scientiam assentimus conclusioni: et per sapientiam assentimus ꝙ conclusio est vera propter veritatem principiorum: sic ꝙ sapientia non est circa premissas demonstrationes absolute: nec circa cōclusionem: sed est circa earum connexionem.

Scda opinio

Tertia opinio

Cōtra hāc opinionem currit instantia

Sed contra hanc opinionem currit vna instantia. sequeretur ꝙ omnis scientia quantūcunq3 esset de rebus vilibus et inferioribus/ esset sapientia. Consequens est falsum: igitur et illud quod sequit. Falsitas ɔsequentis pʒ per Aristo. dicentē sapientiam esse de numero honorabilium.

Ad hanc rationem respōdent fauentes huic opinioni: ꝙ quēadmodum in homine est duplex prudentia. Una simpliciter dicta/scōm quam homo dicitur prudens homo simpliciter. Alia scōm qd ƀm quam homo dicitur prudens artifex: vt prius declaratum est. Sic etiam potest assignari duplex sapiētia in homie. Una simpliciter dicta: que est circa obiecta honorabilissima/ƀm quam homo dicitur sapiens homo. Alia ƀm quid/scōm quam quis dicitur sapiēs mathematicus/vel sapiens physicus/vel logicus. Et scōm hanc opinionem / sapientia non est intellectus ꝛ scientia: sed est suppositiue: hoc est/ supponit intellectum ꝛ scientiam ad hoc ꝙ generet. ¶ Quarta opinio est ꝙ metaphysica proprie est sapientia: quia inquantum versatur circa substantias separatas: se habet vt scientia respectu earum/inquantum non potest venire in noticiam earum nisi per sensibilia. Sed se habet per modum intellectus/ inquantum vltra sensibilium cognitionem/virtute proprij intellectus tendit in earum cognitionem. ¶ Quinta opinio asserit Aristotelem intellexisse per sapientiam/noticias habituales ex studio methaphysico acquisitas: qui sunt habitus circa prima principia / tam in essendo ꝙ̄ in cognoscendo: quarum alique sunt circa principia: et vocātur intellectus. Alique circa conclusionem: et dicuntur scientie. Et differt hec opinio a prima in hoc ꝙ non concedit quamlibet aggregationem noticiarum: quarum vna est intellectus / et altera scientia/ esse sapientiam: sed solum eam noticiaruʒ aggregationem que est de rebus honorabilissimis. Alij asserunt solam methaphysicam que versatur circa principia doctrine cōmunissima/esse sapientiaʒ. Nam metaphysica dupliciter se habet ad huiusmodi principia cōmunia. Uno modo per modum intellectus/pro quāto concedit ea sine probatione ex sola naturali inclinatione intellectus ad verum. Alio modo per modum scientie pro quanto habet viam argumentandi ex ipsis eleutice contra negantes ea. Hoc modo/ sapiētia est simplex intellectus et scientia/quā vnusquisq3 pōt cōsiderare: cui opinioni intellectus magis assentit. Uel potest breuiter dici ꝙ sapiētia est assensus totius demonstrationis procedentis ex noticijs rerum sensibilium/ ad noticiam rerum insensibilium et nobis occultarum.

Quarta opinio

Quīta opinio

Dubitatur secundo an prudentia sit vna circa obiecta omnium virtutum moraliū. ¶ Pro huius dubitationis enodatione est

Scōm dubium

Aduertendū ꝙ prudentia nihil aliud est ꝙ̄ habitus dictatiuus et iudicatiuus circa agibilia humana. ¶ Hoc supposito.

Quid prudentia

Respõdetur primo ad dubium ꝙ potest esse questio de connexione virtutum inter se/vel de connexione virtutum in ordine ad prudẽtiam. Si sit sermo de connexione virtutũ inter se: tunc clare patet quid sit dicendum ad dubium ex tractatu terminorum moralium/ vbi posuim⁹ virtutes distingui principlatiue/formaliter ⁊ inclinatiue. Sed de cõnexione virtutum cum prudentia/respondet per ꝓpositiones.

Pria ꝓpõ ¶ Prima propositio. Omnes virtutes sunt cõnexe cũ prudẽtia principlatiue: patet. Nam sunt aliqua principia communia ex quibus deducuntur conclusiones que sunt directiue cuiuslibet actus virtutis. Patet de hoc principio: omne bonum est faciendum. Nã ex illa propositione cũ vna minore subsumpta/ potest inferri hec cõclusio: est fortiter operandũ in bello: vel hec cõclusio: est temperate viuendũ. Uel hec: est caste viuendũ. ⁊ sic quẽadmodum omnes virtutes morales sunt inter se cõnexe principlatiue: sic etiam eidem habitui prudentie sunt connexe principlatiue.

Scd̃a ꝓpõ ¶ Secũda ꝓpositio. Nulla est eadem prudentia numero omnibus virtutibus vel operationibus virtutum cõnexa. Probatur: quia nõ est idem dictamen regulatiuum actus temperantie ⁊ actus fortitudinis: patet. Nam hoc dictamen prudẽtiale quo intellectus dictat ꝙ est fortiter pugnandum in bello/ nullo modo potest esse regulatiuum actus temperantie. Similiter idem dictamẽ differt specie ab hoc dictamine regulatiuo actus temperantie: est temperate viuendum: vel est caste viuendum: igitur non est idem dictamen prudentiale regulatiuũ actus temperantie/⁊ fortitudinis: ⁊ per consequens nec omnium virtutũ moraliuz.

Opinio Okam Et teneo (quẽadmodũ in terminis moralib⁹ declaraui) ꝙ ad actuz virtutis moralis requiritur prudentia actualis: ⁊ non sufficit prudentia habitualis: vt alij volunt.

Obiectio cõtra dicta Si dicas cõtra predicta ꝙ tot essent prudentie/ quot sunt virtutes morales vel actus virtutum moralium: cõsequens est falsum/ ⁊ ꝯtra communem modum dicendi: igitur ⁊ antecedẽs. Et ꝯña est clara ex his que diximus in secunda ꝓpositione.

Ad hoc respondetur concedendo cõsequentiam ⁊ consequẽs: vt clare patet ex dictis: et si qui tenent opinionem oppositam/ decipiuntur.

Alia obiectio Secundo contra eandem opinionez instatur/ auctoritate Aristo. in hoc tractatu dicẽtis. Simul eum prudentie vni existenti oẽs inerunt. Ubi videtur probare virtutum moraliũ insepabilitatem.

Solutio Ad hanc rationem respõdetur ꝙ Aristoteles hic loquitur de vnitate finis/ vel generica: ⁊ non de vnitate nũerali. Et vt istud clarius intelligat

Sciendum Est aduertenduz ꝙ omnes habitus prudentiales sunt vnum specie vel genere: q: omnes tales habitus habent pro obiecto/ agibile ꝟm ꝙ agibile. Naz quemadmodum diuersi habitus scientifici circa hic subiectum attributionis videntur vnum vnitate finis: id est subiecti attributionis/ vel vnum specie vel genere: sic diuersi habitus prudentiales videntur vnũ vnitate specifica/ vl' vnitate generica/ vl' finis.

Alia solutio ad rõnẽ phi Uel potest dici ꝙ prudentia capitur duobus modis. Uno modo non collectiue: ⁊ sic non est vna prudentia numero circa omnem materiam moralem. Alio modo capitur collectiue: ⁊ sic vna est prudentia circa omnem materiam moralem: ⁊ hoc clarius intelligit de istis terminis/ logica/ physica/ fortitudo/ temperãtia.

Questio quarta Queritur quarto an prudẽtia monostica/ ciuilis et economica/ sint idem habit⁹ an distincti. ¶ Pro huius questionis declaratione est aduertẽdum ꝙ circa hanc materiam varie sunt opiniones. ¶ Prima est: ꝙ predicti habitus sunt idez scd̃m subiectum: quia oẽs sunt in eodem subiecto: vtpote in intellectu practico. Et hoc ꝟm inseparabilem connexionem: sic ꝙ prudentia monostica nõ est perfecta sine economica ⁊ ciuili/ nec cõtra. Nam nullus perfecte adipiscitur bonum proprium sine bono communi domus ⁊ ciuitatis/ ⁊ licet dicti habitus sint idem ꝟm subiectum: non tamen sunt idem realiter. ¶ Alij volunt ꝙ iste prudentie sint idem habitus scd̃m rem: ita ꝙ non sint diuerse res: quia si essent diuerse res/ possent abinuicez separari. Sed non possunt separari: vt vult philosophus in quadam conclusione huius tractat⁹. Sed quicquid sit/ hec ratio parue est efficacie. Nam prudentia distinguitur a virtutibus moralib⁹, licet non possit ab eis separari. Si autem opinantes in expositione illius textus. Esse autem non idem ipsis. diuersificantur. Quidam enim eorum intelligunt ꝙ esse non est idem ipsis: id est ꝙ dicte prudentie nõ sunt eedẽ ꝟm formales ⁊ quidditatiuas rõnes, Ideo dicunt ꝙ differunt specie.

Alia ¶ Alij autẽ dicunt ꝙ cum dicitur. Esse autem non idem ipsis. debet intelligi nõ de esse essentiali ⁊ quidditatiuo: sed de esse sine ratione accidentali/ et ꝟm extrinsecam denominationem: scilicet qua alterum est bonum quod procuramus nobis/ ab eo quod procuramus communitati. Uel quia alteri sumus: ⁊ cõmunitas quibus illo bonum procuratur.

Alia op ¶ Alij volunt ꝙ prudentia monostica attendatur in posse bene consiliari ad bonum proprium acquirendum saluandum: ⁊ prudentia economica in posse bene consiliari ad bonum domus ꝓcurandum seruandum: et prudentia politica in posse bene cõsiliari ad bonũ ciuitatis vel cõmunitatis procurandum et seruandum. Et quia inter omnia bona hominis/ sole ꝟtutes anime sunt scd̃m se bone: ita ꝙ habitus quo quis scit bene consiliari ad acquirendũ sibi bona corporis/ vel bona externa absq3 eorum reductione in bona anime: non est prudentia/ sed quedam astutia. Bona autem virtutum quantum ad id in quo transeunt exterius/ consistunt in bene faciendo vicinis/ amicis et toti patrie. Et bene cõsiliari ad procurandum bona amicis et patrie: in quo consistit prudentia politica: est idem quod bene ꝯsiliari ⁊ operari ad bonum virtutis sibi acquirendũ: ideo iste prudentie sunt idem habitus scd̃m rem/ diuersa tamẽ ratione.

Alia op ¶ Alij dicunt ꝙ dicte prudentie non sunt idem habit⁹/ sed diuersi scd̃m speciem. Dicunt vlterius illum textum philosophi. Est ciuilis/ ⁊ prudẽtia habitus idez. Debet intelligi in sensu copulatiuo: ita ꝙ sit sit sensus. politica est idez habit⁹: hoc est/ omnes qui dicuntur politica vnius habitus genere et prudentia est idem habitus: id est omnes habitus qui dicũtur prudentia/ sunt vnus habitus genere. Esse autem nõ est idẽ ipsis: id est nõ sũt eiusdẽ speciei: vl' sic. politica ⁊ prudentia/ sunt idem habitus genere/ diuersi autez ꝟm speciẽ: ⁊ scd̃m hanc opinionem ponitur

Pria Cõclusio. Prudẽtia monostica ⁊ prudentia

dētia politica ⁊ prudētia economica sūt distīcti habit⁹ ꝭm spē. Probaē auctoritate Eustratij dicentis ꝙ prudētia monostica/economica ⁊ politica sunt differentes specie. Propter hoc ipse differunt ꝗ̄ vni ꝓprie conueniunt/⁊ que domui/ et que ciuitati: propter hoc ꝙ ipse curis indigēt ⁊ experientijs diuersis scd̄m speciem. ¶ Item: actus proprij illorum habituum differunt specie/sicut ⁊ eorum obiecta: ergo ⁊ dicti habit⁹ differunt specie. Consequētia patet. quia habitus distinguuntur per suos actus/⁊ actus per obiecta. Antecedens probatur: quia dicte prudētie habent diuersos fines speciales: puta bonum propriū/ bonum domus/⁊ bonum ciuitatis. Nec valet dicere ꝙ predicta bona ordinantur in bonum proprium: quia bonū melius ⁊ diuinius non ordinatur in minus bonū: sed cōtra/dictum est primo hui⁹ ꝙ bonum ciuitatis est melius ⁊ diuinius bono vnius: igitur.

Dubium Dubitatur primo an prudentia ciuilis ⁊ prudentia legispositiua sint vnius habitus.

Ad hanc dubitationem respondetur ꝙ predicte prudentie non sunt idem habitus ꝭm speciem: sed diuersi. Nam per prudentiam legispositiuā intelligimus eam que pertinet ad principem siue ad gubernatores reipublice: ⁊ per prudentiam politicā/ illā que ptinet ad subditos. Subijci aūt ⁊ domīari differunt specie: vt videtur velle Aristoteles primo Politicorum: hic etiam eas distinguit pbus.

Scd̄m dubium Dubitatur secundo vtrum prudētia sit circa singularia. ¶ Pro huius dubitationis declaratione est aduertendum ꝙ est idem iudicium de potentia ⁊ de habitu perficiente illam potentiā: siue talis potentia sit cognitiua/siue appetitiua.

Alia suppō Ulterius supponendum est ꝙ potentiam/habitum vel operationem aliquā esse circa singulare vel singularia/ est quando potentia/ operatio vel habitus respicit aliquod determinatum singulare ⁊ diuisim ab alijs singularib⁹: vel etiam plura determinata singularia diuisim ab alijs singularibus quantumcunq; fuerint eiusdem rationis.

Alia suppō Aduertendum tertio ꝙ potentia vel habitus potest dupliciter cōsiderari. Uno modo in ordine ad suos actus vel operationes. Alio modo in ordine ad se ⁊ absolute/non habēdo respectum ad act⁹ vel operationes.

Istis suppositis resonpdeť ꝑ aliquas propositiones. **Prīa ꝓpō** ¶ Prima ꝓpositio. Omnes nostre potentie/⁊ similiter omnes nostri habitus ꝭm se cōsiderati: sunt circa vniuersalia: patet/inducendo in omnibus potentijs tam corporalibus/ꝙ̄ animalibus/ tam materialibus ꝙ̄ immaterialib⁹. Similiter de potentijs rationalibus ⁊ irrationalibus. **Scd̄a ꝓpō** ¶ Secūda propositio. Potētia appetitiua ⁊ similiter eius habitus/potest esse tam respectu singularium ꝙ̄ respectu vniuersalium: et hoc quantum ad actus interiores et elicitos: sed quantum ad actus exteriores et imperatos/ solum respiciunt singulare. Prior pars ꝓbatur. Nam actus appetitiui sequuntur actus potentie cognitiue: ita ꝙ si potentia cognitiua fuerit circa aliquod determinatum singulare: tunc actus voluntatis qui illum actum sequitur/erit circa singulare. Si vero actus intellectus non fuerit circa singulare: tunc actus voluntatis non erit circa singulare. Secunda pars probatur. Nam quilibet actus exterior est circa aliquod singulare: cum nulla sunt vniuersalia extra intellectum. **Tertia ꝓpō** ¶ Tertia ꝓpositio. Prudentia quātum ad suos act⁹ iudicatiuos ⁊ ratiocinatiuos/ est tam circa singulare ꝙ̄ circa vniuersale: principalius tamen circa singulare ꝙ̄ vniuersale. prior pars probatur. Nam circa humana agibilia/multi casus dubij proponūtur vniuersaliter ⁊ indeterminate: et per prudentiā ad partem veram determinātur. Hoc etiam patet per Aristo. in textu: vbi habet ꝙ non solum vniuersalium/sed etiam singularium est ipsa prudentia. Secunda pars est sufficienter probata in textu. Tertia pars ꝓbatur. Nā licet prudentia sit circa propositionem vniuersalem: tamen non sistit in ea/nec in eius cognitiōe: sed ipsā accipit ad concludendum ex ea aliquam propositionem singularem que est immediate directiua operationis. Ideo prudentia principalius est circa singulare ꝙ̄ circa vniuersale.

Instantie Sed ꝯtra dictas propositiones instatur/⁊ potissimum cōtra tertiam ꝓpositionem quo ad vltimam partem. Nā habetur primo physicorum ꝙ vniuersale notum est ꝭm rationem: singulare autem notum est ꝭm sensum. Sed prudentia in ratione est/⁊ non in sensu: cum prudentia sit habitus actiuus cum vera ratione.

Responsio ad obiectionem Ad hanc rationem respōdetur ꝙ nihil concludit: quia queādmodum ratio est vniuersalium: sic etiam est singularium. Sēsus vero solum est singularium: ⁊ nullo modo vniuersalium.

Scd̄a instātia Secundo sic instatur. Habitus prudentie est indifferenter actiuus circa omnia singularia eiusdem rationis: igitur est circa vniuersale/⁊ non circa singulare. Consequētia est clara: q2 illud est aliquid esse circa vniuersale: cum aliquid confuse ⁊ non determinate est circa alicuius multitudinis quodlibet singulare: ⁊ non circa aliquod determinate.

Responsio ad instātiā Ad hanc rationem respōdetur ꝙ recte concludit de habitu prudentie in se considerato/ non tamen considerato in ordine ad suos act⁹ ⁊ operatiōes exteriores/que semp sunt circa singularia.

Tertiū dubium Dubitatur tertio vtrum prudētia sit idem habitus cum scientia morali. ¶ Pro huius dubitationis enodatione supponendum est duplicē esse scientiam/practicā ⁊ speculatiuā: similiter ipsam moralem disciplinam esse practicam: ⁊ nō speculatiuam.

Ulterius supponendū est scd̄m Aristotelem ꝙ ars differt a sciētia/in hoc ꝙ sciētia est circa necessaria: et ea que aliter se habere non possunt. Ars vero et prudentia sunt circa contingentia/et ea que aliter se habere possunt: quam quidem differentiam diuersi diuersis modis intelligūt. **Opinio prima** Dicunt enim aliqui ꝙ Aristoteles in hoc sexto/ solum intendebat distinguere scientiam speculatiuam ab alijs habitibus: et non scientiam practicā: ⁊ scd̄m istos/ moralis scientia non distinguitur ab arte et prudentia. **Alie opiniones** Alij vero asserunt oppositum: et horum quidem/ omnem scientiam et moralem et non moralem contra artem et prudentiam distinguunt/per hoc ꝙ ipsa est vniuersalium: ars vero et prudentia sunt singularium et non vniuersalium: sic ꝙ si alique conclusiones vniuersales pertineant ad artem vel prudentiam/hoc nō est

per modū conclusionū/ sed per modū principiorum ꝑ se notorum/vel per habitum sciētificum probatorum. Nam cū ad concludendā ꝯclusionem singularem artis vel prudentie indigemus propositione vniuersali/ subsumim⁹ aliquod singulare; ⁊ sic scđm eos/vniuersalis propositio pertinet ad artē vel ad prudētiā suppositiue: hoc est/inquantum ex ea deducitur cōclusio singularis directiua actus prudentie vel artis. Ideo dicunt ꝙ habitui scientifico subalternantur ars ⁊ prudentia/vt ars medicine subalternatur/⁊ prudētia morali scientie.

Alia opinio

Alij dicunt ꝙ nulla scientia concludit de re aliqua contingenti conclusionem singularez/ita ꝙ quelibet scientia ex necessarijs principijs conclusiones necessarias deducit. Conclusiones vero prudentiales non sunt necessarie: sed contingentes. ¶ Alterius dicunt ꝙ si habitus prudentialis sit ipsius propositionis vniuersalis habite per experientiam: tamē nō sistit in ea/sed eam accipit ad ꝓbandum ⁊ concludēdum ex ea aliquam singularem conclusionem directiuam operationis exterioris. Scientia vero/ etiam practica; qualis est scientia moralis/sistit in cognitione vniuersalium: ita ꝙ ex illis vniuersalibus concludatur conclusio particularis: ⁊ hoc non fit per illum habitum inquantum scientialis/sed prudentialis: ita ꝙ idem habitus numero diceretur scientia ⁊ prudentia Scientia quidē pro quanto acquiritur per demōstrationem. ⁊ quātum ad hoc/precise est circa necessaria. Prudētia vero/ſm ꝙ ex propositiōe vniuersali habitualiter mota/ ꝑticularē ꝯcludit dictantem de operatione. ⁊ talis habitus est circa contingens/ nō ꝙ propositio ad cuius assensum immediate inclinat/ sit contingens: sed qꝛ propositio ad cuius assensum inclinat/ ⁊ qua mediāte actu suo elicito ꝑtialiter inclinat/est cōtingens.

Doctor subtilis.

Hoc videtur velle doctor subtilis quando dicit ꝙ habitus partis ratiocinatiue est circa actū: inquantum contingenter elicitur: sed habitus scientificus est de eo/inquantū ꝯcluditur aliqđ necessariū.

Alia resolutio

Acceptiões prudentie

Aliter respondetur ꝙ hoc nomē prudentia/quattuor modis accipitur. Uno modo extensissime pro omni noticia directiua alicuius agibilis mediate vel immediate acquisita per doctrinam/per experientiam/aut ex per se notis. Secūdo modo capitur pro noticia euidenti immediate directiua alicuius agibilis particularis: vtpote pro noticia alicuius propositionis particularis que euidēter sequitur ad propositionem vniuersalem per se notam/ aut notam per doctrinā tanꝙ̄ ex maiore ⁊ alia propositione particulari accepta per sensum siue per experiētiam: sicut est noticia huius. huic benefactori est benefaciendū: que accipitur ex istis duab⁹: omni benefactori est benefaciendum/⁊ hic est benefactor. Tertio modo accipitur pro noticia alicui⁹ agibilis sumpta per experiētiam solum/ sicut est noticia huius propositionis: iste iracundus est per pulchra verba liniendus. Quarto modo accipitur pro aggregato ex omnibus noticijs siue acceptis per experientiam/ siue non immediate directiuis respectu agibilium.

Hoc supposito respōdetur ad dubiū ꝙ capiendo prudentiam primo modo: non distinguitur a scientia morali: sed accipiendo nomen prudentie alijs tribus modis. Per hoc possunt patere solutiones argumentorū q̄ possunt fieri circa hāc materiā.

Tractatus Tertius.

¶ Ca. j. De bona consultatione agit: ostendēs nō esse scientiā: nec bonam coniectationē/nec solertiam/ neqꝫ vllam opinionem. Postremo/inuestigato genere ac proprio describit.

At vero querere/ ac consultare differunt. Consultare nāqꝫ est aliqd querere. Oportet autem ⁊ de bona consultatiōe quidem sit/accipere: vtrū scientia quedaz sit/ an opinio/ an coniectatio bona/an aliquod aliud genus. ¶ Scientia igitur non est. Non enim de ijs q̄runt qui sciunt. At bona consultatio quedam est consultatio. qui vero consultat; querit/rationemqꝫ subducit. ¶ Atqui neqꝫ bona coniectatio est. Ipsa namqꝫ sine ratione/et cito fit: ad consultationem vero longum temporis spaciū adhibetur. atqꝫ aiunt celeriter quidem deliberata esse agenda / cum mora autem consulendum. ¶ Preterea diuersa sunt solertia/et consultatio bona. Solertia vero/bona quedam est coniectatio. ¶ At neqꝫ opinio vlla est. ¶ Sed cum is qui male deliberat/peccet: is autem qui bene consultat/recte deliberet: constat bonam consultationem rectitudinem esse quandam. nō autem scientie/neqꝫ opinionis. Scientie namqꝫ non est rectitudo/quippe cum neqꝫ peccatū sit: opinionis vero rectitudo veritas est. Et insuper determinatum iam est id omne: cui⁹ est opinatio. atvero neqꝫ sine ratione est ipsa consultatio bona. deficit ergo a mente. Hec enim nondum est enunciatio. Etenim opinatio non inquisitio: sed quedam iam enūciatio est. ¶ Qui vero consultat siue bene / siue male consultet: querit aliquid / rationemqꝫ subducit. sed ipsa cōsultatio bona: consilij quedam est rectitudo. Quapropter querendum est primum quidnā sit consilium: et circa quid ipsum versetꝛ. ¶ Cū vero multipliciter rectitudo dicatur: constat nō omnem rectitudinem/ bonam consultationem esse. Incontinens enim et prauus: id quod videre proponit/ attinget: cogitādo/ rationemqꝫ subducendo. quare recte quidem consultabit: malum autem magnum/existimabit. Bene vero consultasse/bonum quoddā esse videtur. talis enim rectitudo consilij/qua bonum quispiā assequi pōt: bona est consultatio. ¶ At potest quispiā ⁊ hoc ratiocinatiōe falsa attingere: atqꝫ id quidē qđ facere opꝫ/assequi autē ꝑ qđ opꝫ/ sed falsus medius termin⁹ esse pōt. Quare nec ipsa bona est cōsultatio/ qua q̄spiā adipisciꝛ q̄dem id quod oportet: non tamē per quot oportet.

Preterea

tet. ¶ Preterea fieri potest / vt alius longo deliberans tempore id consequatur: ali⁹ cito. igitur nec illa bona est consultatio: sed eadem rectitudo bona est consultatio / qua quispiam ratione conducentis assequitur / quod oportet / ꝛ vt oportet / ꝛ cum oportet. ¶ Insuper fit vt ꝛ absolute quispiam bene consultet: et ad aliquē finem. Atqꝫ bona quidem cōsultatio absolute est ea: qua ad eum finem qui est absolute finis pergit recte. quedā autē ea: qua ad aliquem finem. Qꝫ si bene consultare prudentium est: cōsultatio rectitudo est / qua ratione conferentis ad aliquem pergitur finem / cuius ipsa prudentia bona est existimatio vera.

Prīa ɔclō

PRimū ca. tertij tractat⁹ septē cōclusionibus claudit. ¶ Prima cōclusio. bona cōsultatio nō est scientia. Nā hic determinandū est an bona cōsultati quam Aristoteles vocat eubuliam: sit opinio / scientia / vel bona ɔiectatio / vł aliquod genus. Hoc supposito ꝓbatur ɔclō. Nā nullus habēs sciētiā / querit de his de quibus habet scientiā: sed habens bonā cōsultationē querit de his de quibus habet bonā consultationē: igit. Minor ꝓbat. Nā oīs consiliās querit vel ratiocinat: sed bona cōsultatio est quoddā consiliū: igitur.

Scđa ɔclō

Secunda ɔclō. Bona ɔsultatio non est bona cōiectatio: probatur. Nā bona cōiectatio subito fit ꝛ sine ratiōe. Atvero bona ɔsultatio eget tpe: igitur bona cōsultatio nō est bona cōiectatio. In cōmuni em̄ ꝓuerbio dr̄. Ea q̄ celeriter deliberant / esse agenda: cum mora aūt ɔsulendū esse. Secūda ratio.

Alia rō ꝓbās ɔclōnē.

Bona cōsultatio non est solertia. Si bona ɔiectatio ē solertia: igitur bona cōsultatio nō est bona ɔiectatio.

Tertia conclusio

Tertia cōclusio. Bona cōsultatio nō est opinio. Hec ɔclō non ꝓbatur a pħo: sed in sequētibus probabit. Potest tamē sic ꝓbari sicut prima cōclusio. Nam licet opinans assentiat cū formidine: tamen est determinatus ad vnum: consilians autem nō est determinatus cum inquirat.

Quarta cōclusio

Quarta cōclusio. Bona consultatio est quedā rectitudo: patet. Nā qui male cōsultat / peccat: qui vero bene consultat / recte operatur: igitur bona consultatio est quedam rectitudo.

Quīta ɔclō

Quinta cōclusio. Bona consultatio nō est rectitudo sciētie vel opinionis. Prior pars ptꝫ: Nam cuius est rectitudo / illius est peccatū. Sed sciē non est peccatū: igit neqꝫ rectitudo. Scđa pars ꝓbatur: quia rectitudo opiniōis ē veritas. Atvero rectitudo bone consultatiōis non est veritas / sed bonitas: igitur. Scđo ꝓbat. Illud cuius est opinio / est determinatum q̄ꝫtū ad opinantem. Atvero illud cuius est bona cōsultatio / nō est determinatū q̄ꝫtū ad cōsultantē. Minor ptꝫ. Nam bona consultatio deficit a mēte: id ē ab assensu intellect⁹: qꝛ est cū inqsitiōe ꝛ inuestigatiōe: igit illud cui⁹ est bona cōsultatio / nō ē determinatū. Assumptū ptꝫ. Nā bona cōsultatio nō ē enūciatio / sed q̄stio: ex quo ɔsiliās siue bene siue male q̄rit ꝛ rōcinatur. Opinio / est enūciatio ꝛ non questio.

Sexta ɔclō

Sexta ɔclusio. Bona consultatio est rectitudo ɔsilij. Hāc ɔclōnē relinq̄t pħus notā ex dictis. Nā ex q̄ bona ɔsultatio ē rectitudo: ꝛ non sciētie neqꝫ opinionis: igit est rectitudo ɔsilij. Propterea dicit pħs ꝙ querendū est quid sit ɔsilium / et circa q̄d: de quo satis ample in tertio libro dictū est.

Septia conclusio

Septima cōclusio. Nō oīs rectitudo cōsilij est bona ɔsultatio: sed illa tm̄ q̄ ē boni ꝛ ꝑ bonū mediū / ꝛ vt optꝫ / ꝛ q̄n oportet. Prior pars ꝓbat. Nā incōtinēs ꝛ prauus recte cōsultat ꝓ magno malo cōsequēdo: sꝫ h̄ nō ē ꝑ bonā ɔsultationē: igit bona ɔsultatio vel eubulia est rectitudo ɔsilij de bono. Minor ptꝫ. Nam incōtinēs aliq̄n adipiscit q̄d ꝓponit ex rōcinatiōe ꝛ deliberatiōe: igit. Scđa ps ꝓbat: scꝫ ꝑ bonū mediū. Nā fieri nō pōt ꝙ bon⁹ finis ꝑ malū mediū cōsequat / ita ꝙ syllogism⁹ ɔcludēs hoc ꝑ illud esse ꝓsequēdū / est falsus: igit ad bonā ɔsultationē requirit ꝙ sit adeptiua boni ꝑ bonū mediū. Tertia ps ꝓbat: scꝫ q̄n oportet. Nam pōt aliquis ɔsultando assumere pl⁹ temporis q̄ꝫ oportet / ꝛ alius minus q̄ꝫ optꝫ: igit bona cōsultatio que videtur omnimoda rectitudo consilij / est adeptiua boni quādo oportet.

Dubitatio

Soluit obiectionē. Diceret em̄ aliquis. Rectitudo cōsilij est circa finem simpliciter vltimū: igitur ad bonam consultationem non requirit ꝙ sit adeptiua boni per modum medium.

Respondet pħs duplicem esse bonā cōsultationē. Una est simpl'r dicta: ꝛ illi⁹ est bene cōsiliari ad finem simpliciter bonū ꝛ vltimū. Alia est bona consultatio ꝑticularis que ad bonū finē ꝑticularē ordinatur ꝛ tendit. ¶ Ex dictis infert Aristo. diffinitionem bone cōsultatiōis. Est rectitudo consilij circa conferens ad finē simpl'r bonum per media congrua et bona / ꝛ tempore conuenienti: vel cuius ipsa prudētia est existimatio vera.

Diffinitio bone consultationis

¶ Sequuntur annotationes textus.

Annotationes

¶ Recta consultatio / eubulia idē. ¶ Solertia est inuentio medij ad finem aliquem consequendum in nō perspecto tempore. ¶ Rectitudo consilij est ipsum cōsilium. Rectum / rectitudo scientie / ipsa scientia. rectitudo opinionis / ipsa opinio.

Solertia

¶ Capitulum secundū de sagacitate ostendit eam non esse scientiā / aut opinionem: sed nec omnino prudētiam. Uerum in opinationis vsu ad bene iudicanda ea de quibus est prudentia: alio dicēte consistere.

EStautē et ipsa sagacitas / cui cōtrarium est hebetudo / quibus sagaces dicimus / ac hebetes: nec idem omnino q̄d scientia aut opinio (omnes em̄ sciētes vel opinantes / sagaces essent) nec vna quedam scientia. vt aut medicina de sanis / aut geometria circa magnitudines. ¶ Neqꝫ em̄ de ijs ē que sunt semp: ꝛ nō mouētur / neqꝫ de ijs que a quouis fiunt / sed de quibus dubitauerit q̄spiā aut cōsultauerit. Quapropter est quidē de ijs circa q̄ versat / prudētia. ¶ Nō est aūt idē sagacitas / ꝛ prudentia. Prudētia nāqꝫ p̄ceptiua est. finis em̄ ipsi⁹ ē / q̄dnam

sit agendum/aut non agendum precipere: sagacitas autem iudicatiua est solum. Idem est enim sagacitas/⁊ bona sagacitas: quippe cū sagaces sint ⁊ boni sagaces. ¶ Neqꝫ autem habere/neqꝫ accipere prudentiam: est ipsa sagacitas/sed in opinationis vsu ad ea bene iudicanda de quibus est prudentia/alio dicente cōsistit. fitqꝫ hic pinde atqꝫ cum discipulus ea discit/ac cōprehendit que a sciētiam tradente precipiūtur.

Pria ꝯclo — Istud caput quinqꝫ ꝯclonib⁹ absoluit. ¶ Prima cōclusio. Non omnis sciētia aut opinio est sagacitas. Pro cuius probatiōe p̄mittit phs q̄ sagacitas et hebetudo sunt qualitates s̄m quas homines sagaces ⁊ hebetes dicuntur. ¶ Hoc supposito suadetur ꝯclo. Sequeretur enim hoc modo oēs homies esse sagaces: cum oēs sint aliquo modo scientes aut opinātes. Consequēs aūt relinquitur falsum: igitur non omnis scientia vel opinio est sagacitas vel synesis.

Scda ꝯclo — Secunda conclusio. sagacitas nō est aliqua particularis sciētia: vtpote medicina vel geometria: patet. Nam si esset scientia medica/esset circa sana: ⁊ si esset geometrica/esset circa magnitudines. Neqꝫ est scientia de sempiternis ⁊ immobilibus/sicut est metaphysica. Neqꝫ de quibuscūqꝫ factis: aut a natura/aut ab arte: cuiusmodi est physica vel alie artes: igit̄ nec est sciētia/nec opinio/nec aliqua particularis scientia vel ars.

Tertia conclusio — Tertia conclusio: sagacitas est circa consiliabile ⁊ dubitabile: ptꝫ. Nam sagacitas et prudentia sunt circa idem: sed prudentia est circa dubitabile ⁊ consiliabile: igitur et synesis siue sagacitas.

Quarta cōclusio — Quarta ꝯclo. sagacitas nō est prudē
Synesis — tia: ptꝫ. Nā prudētia est p̄ceptiua/cū finis ei⁹ sit p̄ci
Eusynesia — pere qd oporteat agere/vel nō agere: sagacitas vero est solū iudicatiua/cū idē sint sagacitas ⁊ bona sagacitas. omnes enim sagaces/boni sagaces sunt.

Quīta ꝯclo — Quinta ꝯclusio. Synesis non est habere prudentiam/nec eā accipere: sed est vti opinione
Eusynesi bene sagaces — in bene iudicando de his de quibus est prudentia: pꝫ. Nam sagacitas fit cū discipulus ea discit ⁊ cōprehendit que a scientiā tradente p̄cipiunt̄: et inde dicuntur bene sagaces. De istis multa in questionib⁹ videnda sunt: ideo non est opus aliqua annotatione.

¶ Ca. iij. Declarat sententiam iudiciū esse rectum equi: ⁊ boni viri p̄dictos habitus/vt sententiam/sagacitatē/prudentiam ac mentem ad idē tēdere. Infert intellectū: id est mentem/principium et finem esse.

Ea vero que vocatur sententia/qua bñ scientes homines dicimus sentētiamqꝫ habere: iudicium est rectum equi et boni viri. Cuius hoc indiciū est. Bonum enim ⁊ equum virum ad ignoscendum procliuem dicimus esse. ⁊ veniam in aliquibus dare bonum/⁊ equū esse. at venia sententia est iudicatiua recta equi ⁊ boni viri. recta aūt est ea q̄ ipsius veracis. ¶ Omnes autem habitus non sine ratiōe ad idem tēdunt. Nam sententiam/sagacitatem/prudentiam/et mentem ad eosdem afferentes prudentes illos atqꝫ sagaces/⁊ sententiam habere/mētemqꝫ dicimus. Omnes enim he potētie: extremorum sunt/ac singularium. Atqꝫ idem ea ratione qua est idoneus ad ea iudicanda de quibus est prudens: sagax est/beneqꝫ sentiens aut ad dandem veniam aptus. bona enim ⁊ equa omnibus sunt communia bonis: ea ratione qua ad alium tendunt. sunt autem singularia ⁊ extrema ea: omnia que agi possunt. ⁊ prudētem oportet ipsa cognoscere. ⁊ sagacitas ⁊ sentētia circa hec ipsa versatur. hec autem sunt extrema. ¶ Et intellectus extremorum est ad partem vtramqꝫ. etenim primorum terminorū/atqꝫ extremorū: intellectus est et non ratio. is quidē qui ad demonstrationes attinet immobilium terminoꝝ/atqꝫ primorum. is autem qui in agendis rebus versatur/extremi ⁊ contingentis/atqꝫ alteri⁹ ꝑpositionis. hec enim principia sunt eius/gratia cuius. ex singulis enim emergit ipsum vniuersale. horum igitur sensum habere oportet. hic autem est intellectus. ¶ Quapropter ⁊ naturalia hec esse videntur. Atqꝫ sapiens quidem natura est nemo: sententiam autem habet/et sagacitatem/et intellectum natura. signum autem est nos hec etates sequi putare: atqꝫ hanc etatem intellectum dare sententiamqꝫ habere/vtpote que a natura proficiscuntur. ¶ Quocirca principium/⁊ finis est intellect⁹. Ex his enim et de his: ipse demōstrationes efficiūtur. ¶ Quare nō minus eorum qui sunt experti/⁊ seniorū vel prudentium indemonstrabilibus sentētijs opinionibusve: q̄ȝ ipsis demonstrationibus mentē adhibere oportet. Quia nāqꝫ iā experientia visum habent: principia ipsa cernunt. Quid igitur prudentia/et sapientia est/⁊ in quib⁹ vtraqꝫ versatur/et diuersarū anime partium vtramqꝫ virtutem esse iam diximus.

Tertium capitulū huius tractat⁹ aliquibus conclusionibus clauditur. ¶ Prima conclusio. Sentential est boni et equi rectum iudicium: probatur a signo. Nam vir bonus et equus ꝓcliuus est ad ignoscendum: sed veniam dare/est sententia iudicatiua recti et ⁊ boni. Illa autem sententia recta est que est veracis: igitur sententia est eq̄ ⁊ boni viri rectū iudiciū. — Prim

Secunda cōclusio. Prudentia/sagacitas/sententia intellectus/rationabiliter in idem tēdunt. Probat phus duabus rationibus. Prima ratio. Nam dicimus prudentes ⁊ sagaces habere sentētiā — Scd

⁊ intellectū

⁊ intellectum inferentes prudētiam/sagacitatē/sententiam et intellectū in eosdē hoies. Scđa ratio. Dicte potentie sunt extremorū ⁊ singularium: igitur in idē tendunt. Antecedens ꝓbatur de sagacitate et sentētia/duob⁹ modis. Nam sagax ē in bene iudicando de his circa que est prudētia: similiter sententiēs in eisdē: igiꝉ sunt circa extrema ⁊ singularia circa q̄ est ipsa prudentia. Assumptū ꝓbatur. Nam equa et iusta circa que est sententia/cōmunia sunt oibus bonis inquātum ad aliū tendunt. Nam in oibus bonis humanis pōt cōtingere casus ꝑtinens ad equitatez. Iustū etiā dicitur in ordine ad alterū: vt dictum est quinto hui⁹: igitur sagacitas et sentētia ea parte qua iudicatiue/sunt de his agibilibus de quib⁹ est prudētia. Scđo ꝓbatur. Nā oia operabilia sunt extrema ⁊ singularia: sed sagacitas ⁊ sentētia sunt circa operabilia: igiꝉ sunt circa singularia siue extrema. Idem ꝓbat philosophus de intellectu. Intellectus em̄ est extremorū in vtraq; cognitione: id est practica ⁊ speculatiua. Antecedēs ꝓbatur. Nam primorū terminorū et extremorū est intellectus ⁊ nō ratio: id est noticia per discursum rationis siue ꝑ argumentationem acquisita: igitur. Istud p̄mo probat de intellectu speculatiuo. Nam intellectus speculatiuus est in demōstrationib⁹ immobiliū terminorū et primorū: hoc est primarū dignitatū/que ideo immobiles dicūtur: q2 earū veritas non pōt aliter se habere: hoc est necesse est ita esse sicut per eas significatur esse. Intellectus vero practicus est extremi/⁊ cōtingentis/ ⁊ alterius ꝓpositionis ab vniuersali. Cuius rationē assignat. Nam hec singularia sunt p̄ncipia eius quod est/cui⁹ gratia/practica cognitio singulariū est principiū operis: quod quidē opus tanq; finis intenditur. Ex singularib⁹ em̄ vniuersale colligitur. Ex maiore autem vniuersali cognita per experientiā et minori singulari/cōcluditur in syllogismo practico cōclusio singularis directiua operationis: igiꝉ singulariū oportet esse sensum: intellectus vero vniuersalia cognoscit.

Nota bene

Tertia conclusio

Tertia cōclusio. Licet nullus videatur sapiens natura: tamē p̄dicti habit⁹ videtur quodā modo inesse natura. Prima pars est nota: et scđa ꝓbatur. Nam p̄dicti habitus sequūtur etates: ⁊ scđz eas variātur/acsi natura esset causa p̄dictoꝝ habituū: igitur videtur aliquo modo naturales. ¶ Ex p̄dictis infert philosophus correlaria. Primū. Intellectus videtur principiū et finis demonstrationis siue syllogismi prudētialis. Nā ꝓpositiones prudētiales sunt ex his: id est ex ꝓpositionib⁹ singularib⁹: vel saltē ex altera singulari: et de his: id est de cōclusionib⁹ singularibus. que quidē cōclusiones sunt de singularibus a nobis operabilibus. ¶ Scđm correlariū cōtinens documētum morale. Nō min⁹ adherendum est opinionib⁹ et iudicijs expertorū/⁊ prudentium/⁊ seniorū/q; ipsis demōstrationibus. Tales em̄ propter experimēta rerū cognitarū/bene iudicant de principijs. ¶ Epilogat Aristo. quid prudētia/quid sapientia et circa quid vtraq; versatur/ et quonā pacto ad diuersas anime partes pertinent.

Primū correlarium.

Scđm correlarium.

¶ Annotationes textus.

Annotationes.

¶ Potētia in ꝓposito/capitur pro habitu et non pro potentia principali/cuiusmodi est intellectus/voluntas vel memoria.

Questio

Circa hunc tractatū quero an bona cōsultatio/bona cōiectatio/et similiter sententia/sint virtutes abinuicē distincte. Pro huius questionis clara intellectione.

Est aduertēdum primo q̄ p̄dicti habitus ꝑficiūt intellectū practicū: et sunt virtutes intellectuales. cum reddant operationes nostras bonas et laudabiles. Est enim bona cōsultatio (que eubulia scđm antiquam translationem nuncupatur) habitus inclinans ad recte cōsiliandū ad optimū finem attingendū ꝑ optima media/quādo/vbi/⁊ quāto tempore oportet: ⁊ sic de alijs circunstātijs. Habitus autē oppositus inclinans ad male consultanduz/dicitur mala cōsultatio: ⁊ scđm antiquā translationē dicitur cacobulia. ¶ Ex dicta diffinitione ptz q̄ proprius actus bone cōsultationis vel eubulie est bn̄ cōsiliari: non prout cōsiliari se extendit ad iudiciū de medijs intētis. Nam talis actus pertinet ad sagacitatem. ¶ Secūdo ptz q̄ bona ꝯsultatio nō est solertia. Nam bona cōsultatio est cum ratiocinatiua inquisitione intendens medium. Sed solertia est inuentiua medij sine discursu vel inquisitione. Differt autē solertia a bona coniectatione/que eustatia nūcupatur. Nam solertia est inuētiua medij sine ratione tam in sciētijs practicis q; in speculatiuis. Sed bona coniectatio est inuētiua medij sine discursu in speculabilibus solū. ¶ Ex quo patet p̄dictos habitus se hr̄e sicut superius et inferius. ¶ Tertio sequitur q̄ bona cōsultatio non est opinio: patet. Nam opinio sequiꝉ ratiocinatiuā siue discursiuā inquisitionē: ⁊ est determinate enūciatiua vnius partis contradictionis cū formidine. Sed bona consultatio est inquisitiua et non enūciatiua. Sagacitas (que alio noie synesis diciꝉ) est habitus inclinās ad recte iudicandū de medijs ꝑ bonam cōsultationē cōꝑtis: cuius habitus cōtrarius dicitur asynesis que mentem rudē reddit/ et non recte iudicatiuam. Et hinc deriuatur asinus aial rude et ineptū. ¶ Sentētia est habitus inclinans ad recte iudicandū de inuētis per bonam consultationez vel eubuliā pertinentibus ad equitatem. ¶ Ex quo ptz q̄ sagacitas est cōmunior bona sententia.

Eubulia bona ꝯsultatio

Cacobulia p̄ma consultatio.

Solertia.

Bona cōiectatio eustatia.

Sagacitas Synesis.

Nota bene

Quid sentētia.

Correlariū

Notandū scđo q̄ p̄ter predictas species prudētie/ad prudētiam ꝑtinet p̄cipere executionē eorū que per bonā consultationē inuēta sunt/ et ꝑ sagacitatē iudicata: ita q̄ sine proposito bona cōsultatio inquirit per inquisitionem cōsiliatiuam media oportuna per que talis finis attingi possit. Sagacitas vero iudicat quod mediorum inuētorū est honestius et vtilius: quo iudicato adhuc relinquitur prudētie dictare hoc esse faciendum. Et hoc vltimuū vocatur ab Aristo. preceptū: cum vocet prudētiā preceptiuā. Ideo scđz aliquos/bona ꝯsultatio/sagacitas/sentētia et prudentia/sunt habitus omnino distincti: cū habeant ꝓprios actus specie distinctos. Sed q2 illi actus necessariā habent inter se connexionem et ordinē/sic q̄ preceptū non potest fieri sine iudicio/nec iudicium sine cōsilio. Ideo Aristo. enumerans q̄nq; habitus intellectuales in hoc sexto Ethicorū/non distinxit bonā cōsultationē ⁊ sagacitatē a prudētia.

Aliquorum opinio.

Aliter respōdetur scđm alios q̄ prudētia simpliciter dicta scđm quā homo dicitur prudēs homo/et non solū prudens cōsiliator/vel iudicator/aut prudens p̄ceptor/vel executor: non est vnus

Alia opinio

habitus vnitate simplicitatis: sed vnitate ordinis et cōnexionis multarū ptiū adinuicē distinctarū: ita ꝙ prudētia nō tantum est habitus cōsiliatiuꝰ vel preceptiuus/ sed capitur terminus vt importat aggregatū ex oībꝰ illis habitibus simul collectis. Uel sic: ex illis tribꝰ habitibꝰ ꝯstituitur vnus habitꝰ vnitate ordinis et cōnexionis.

Tertia opinio. ¶ Alij asserunt ꝙ si prudētia accipiatur specialiter/ solū p̄cipit. Si vero accipiatur generaliter/ iudicat/ cōsultat et precipit.

Aduertēdū tertio.

Aduertēdum tertio ꝙ doctores varijs modis loquūtur de speciebus prudentie.

Nota quatuor pruden tie partes. Quidā dicunt ꝙ prudētie quattuor sunt opa p̄ncipalia quorū primū est inuentio mediorū ad finē statutū attingendū congruorū. Scdm: est iudiciū de honestate et cōgruitate mediorū ꝑ bonā cōsultationē inuētorum. Tertiū: est p̄ceptū iudicatorū. Quartū: executio p̄ceptorū: ⁊ sic quattuor sunt ptes prudētie: scʒ inuētiua/ iudicatiua/ p̄ceptiua et executiua.

Buridanꝰ. Buridanꝰ tamen asserit assecutionē nō eē opus elicitū a prudētia/ sed esse actū volūtatis vel alterius potentie exterioris.

Macrobiꝰ. Sed Macrobius sex partes prudētie assignat: scilʒ rationē/ intellectū/ circūspectionē/ prouidētiā/ docilitatē ⁊ cautionē.

Beatus Thomas. Sed beatus Thomas triplices partes virtutis assignat. Nam alique sunt ad silitudinē ptiū integraliū/ quas necesse est cōcurrere ad perfectū actū virtutis: et sic scdm eū/ octo sunt partes integrales prudentie: vtpote p̄dicte sex species: similiter memoria et solertia. quarū ptiū quinqꝫ dicit pertinere ad prudētiā inquātū est cognitiua/ vel habitus cognitiuus: scʒ memoriā/ rationē/ intellectū/ docilitatē et solertiā. Sed alie tres ptes: vtpote ꝓuidentia/ circūspectio ⁊ cautio (que ab alijs dicitur discretio) ptinēt ad eā scdm ꝙ est p̄ceptiua.

Partes subiectiue. Alie sunt partes subiectiue. Et ideo dicūtur subiectiue/ ꝓ quanto sunt species eius: et sunt prudētia monostica/ prudentia economica ⁊ politica.

Partes potētiales virtutis. Partes potētiales alicuius virtutis scdm istum doctorē/ sunt virtutes alicui virtuti cōnexe/ que ordinanꞇ ad aliquos scdarios actus vl' materias/ quasi nō habētes totam potentiā principalis virtutis cui annectūtur. et sunt bona cōsultatio/ sagacitas et bona cōiectatio: quoꝝ actus sunt minus principales. Prudētia vero est circa actū p̄ceptiuū tanqꝫ principalem.

Cicero pōit tres partes prudētie. Tullius vero ponit tres partes prudentie per respectū ad tres ptes tēporis: scilʒ ad p̄teritū/ pn̄s ⁊ futurū. Et he ptes sunt memoria ꝑ quā animꝰ respicit ea que fuerūt intelligētia/ ꝑ quā ꝓspicit ea q̄ sunt: et ꝓuidētia per quā aliquod futurū videtur anteqꝫ factū sit.

Tres ptes artis Rhetorice. Et scdʒ istas tres partes/ sumūtur tres partes artis Rhetorice scdm Aristo. scʒ pars iudicatiua que respicit preterita. Pars exclamatiua q̄ respicit pn̄tia. Et pars cōsiliatiua que respicit futura.

Aristoteles Aliter distingit Aristo. prudētiā ī hoc sexto: in monosticam/ economicā et politicā. Aliam etiā ponit prudētie diuisionē scdm diuersitatē officiorum que gerimus in cōmunitate ciuili. Quedā enim pertinent ad principem: que dicitur architectonica siue legispositiua. Alia vero spectat ad subditos/ que cōmuni nomine dicitur politica. Posset etiam diuidi prudentia econonomica in paternam et filialem / in virilem et vxoriam/ in dominatiuā et seruilem.

Triplex acceptio prudentie.

Aduertendū quarto ꝙ nomē prudētie potest tripliciter capi. Uno modo pro oī actu vel habitu bono pertinente ad genus prudentie. Secūdo modo ꝓ principalissimo actu vl' habitu inter actꝰ vel habitus pertinētes ad genus prudentie. Tertio modo pro aggregato ex omnibus actibus vel habitibus ptinentibus ad genus prudētie: quorum vnus est principalior: ⁊ alij in ipsum ordinati: scʒ pro aggregato ex actibus vel habitibus consiliatiuo/ iudicatiuo et preceptiuo: ita ꝙ prudētia hoc modo accepta/ dicitur vnus habitus vnitate ordinis ⁊ connexionis. Cōnectuntur enim adinuicem consilium/ iudiciū et p̄ceptum: sic ꝙ preceptum non possit fieri sine iudicio/ nec iudicium sine consilio.

His notatis ponuntur conclusiōes.

Prima conclusio ¶ Prima conclusio. Prudētia p̄mo aut scdo mō accepta/ non habet partes integrales specie distinctas: patet. Nam omnis talis prudentia est qualitas simplex non habēs partes intrinsecas diuersarū rationum. Prudentia enim vt est simplex qualitas/ habet partes subiectiuas specie distinctas. Similiter talis qualitas habet partes graduales ex quibus intrinsece cōponitur tanqꝫ ex ptibꝰ ꝓprijssime sumptis.

Secunda conclusio

Secunda conclusio. Bona consultatio/ sagacitas/ et bona coniectatio sunt ptes integrales prudētie/ capiendo prudentiā tertio modo. Probatur: quia prudentia hoc modo accepta/ nihil aliud est qꝫ aggregatum ex illis actibus vel habitibus: scʒ ex actu precipiendi/ iudicandi et consultandi: et ex similibus actibus ad prudentiam pertinentibꝰ. Sed cuiuslibet aggregati ea ex quibus aliquid aggregatur/ sunt partes integrales ipsius: igitur.

rnaturalem:ita ꝙ metaphysica (que de
s entiū considerat: ⁊ que de ipsa possunt
one conuinci) sapientia et prudentia di
ca agibilia humana (que sunt in potesta
vel non fieri) consiliatur/iudicat/⁊ pre
: agenda/et que omittenda/⁊ qualiter/
i:⁊ sic de alijs circunstantijs.

atis ponitur conclusio. Sa-
ge prestantior et melior prudentia/ ꝑdi
endo terminos. Probatur: et primo ra
Nam ille habitus est melior et honora
irca melius et honorabilius obiectum:
est huiusmodi: cum versetur circa deū/
es/qui sunt longe prestantiores q̃ ho-
mani/circa q̃ versatur prudentia. Pro-
hilosophus in secundo tractatu huius
e incontinentem qui dicit prudentiam
habitum: nisi homo sit optimū aialiū.

o probatur. Nam sapientia
u speculatiuo: et prudentia in intellectu
ntellect⁹ speculatiu⁹ prestantior est in-
ico: igitur sapientia prestantior est pru-
hec ratio parum valet: quia in duo-
rimo: quia asserit intellectum specula-
tiorem esse intellectu practico: quod fal
dem intellectus sit speculatiu⁹ et pra-
i dicatur ꝙ intellectus speculatiuus ea
peculatiu⁹ est/prestantior est seipso in-
cticus. Hoc nihil est dictu: sed est pete-
. Nam tantum valet acsi diceret ꝙ spe
ntior est praxi: qḋ non est vniuersaliter
uando cetera sunt paria: hoc est/ quan-
dem obiectum/et capiatur hoc pro se-
e.

obatur ex parte modi pro-
sapientia procedit ex necessarijs ⁊ im-
liter se habere: prudentia vero ex con-
t possibilibus aliter se habere.

atio. Illa virtus ē optima/
tione cōsistit humana felicitas que est
aliarum operationum: sed in operatio
nsistit principaliter humana felicitas:
huius clarius patebit. In operationē
is contēplatiue/tendit operatio felici-
nq̃ in finem: igitur actus sapientie ipa
onge prestantior.

tra conclusionem sic insta-
udēs nō metaphysicus/melior est me-
prudēte: igitur prudētia melior ē me-
sapientia. Antecedens probatur: quia
etaphysicus/est simpliciter bonus ho
citur in sexto huius. Impossibile est ali
dentem et non bonum: sed metaphysi-
ens/non est simpliciter bonus: quia vt
o tractatu huius sexti. Impossibile est
e bonum sine prudentia: igitur.

rationem respondetur se-
os: ꝙ prudentia non reddit hominem
num per se: sed ratione virtutum mora-
nnectitur.

pondetur ꝙ ratio supponit
ꝙ quispiam possit esse metaphysicus si
ne prudentia et virtute morali. Habens enim affectio
nes inordinatas circa sensibilia/false iudicaret de di
uinis. Oportet enī ex noticia istoꝝ sensibiliū ad noti-
ciā diuinoꝝ et supramundanoꝝ ascendere. Ideo ve-
rus metaphysicus est simpliciter bonus homo et ꝑ-
fectus: prudens vero non metaphysicus/est simplici
ter bonus hō: sed nō perfecte et cōsummate. ❡ Cum (Nota bene.)
hoc etiā putandū est ꝙ omnis prudēs plus habet de
metaphysica non falsificata in mente/q̃ maxim⁹ di-
sputator et malus homo.

Si dicas: sequeretur ꝙ malicia non (Obiectio.)
solum corrumperet estimationem praticam/ sed etiā
speculatiuam.

Ad hoc dicitur ꝙ ipa non corrumpit
directe et per se existimationem speculatiuam: sed so
lum per accidens et indirecte/inquantum corrumpit
media per que sumus nati ad estimationem specula-
tiuam ascendere.

Secundo sic argumentor. Illa noti-
cia est melior que est regula vite humane et omnium
operationum humanarum: sed prudentia est huius-
modi: cum dicatur auriga virtutum moraliū: igitur.

Ad hoc respondetur ꝙ licet pruden-
tia sit regula et mensura bonitatis humane politice:
non tamen vite humane simpliciter dicte: sed ad illā
preparat tanq̃ ministra.

Tertio sic argumentor. Illa virt⁹ est
melior/cuius finis est melior: sed finis prudentie me-
lior est fine sapientie: igitur. Maior est clara: et minor
probatur. Nam finis prudentie est operatio bona: fi-
nis autem sapientie est scire: igitur.

Ad hanc rationem respondetur ꝙ in
fine completo et consummato ipsius prudentie inclu
ditur actus sapientie: quia finis vltimus est bene viue
re simpliciter: quod non potest adipisci sine actu sapiē
tie: ipsa tamen prudentia talem finem non elicit: sed
ad ipsum adipiscendum ordinat. ❡ Finis autem sa- (Nota)
pientie est cognitio optimorum et supremorum bo-
norum/continens omnem bonitatem inferiorem vir-
tutum actiuarum/⁊ oēs fines operationū humanaꝝ.

Si dicas: prudentia est magis neces (Obiectio.)
saria q̃ sapientia: igitur est melior. patet antecedēs.
Nam sine prudentia non potest consistere ciuitas/ q̃
tamen sine sapientia consistere potest.

Ad hanc obiectionem respondetur (Nō semper magis neces saria sunt di gniora.)
ꝙ non semper magis necessaria/ sint digniora: quia
in prohemio metaphysices/dicit Aristo. omnes sciē
tias esse magis necessarias ipsa metaphysica: quam (Aristoteles)
tamen digniorem asserit.

Sed circa predicta vlterius dubita- (Dubium finale.)
tur an opinio/fides/ suspitio/ sint habitus veridici.
❡ Pro solutione notabis ꝙ habitus intellectiu⁹ et
veridicus se habent sicut superius et inferius. Nam
omnis habitus veridicus est intellectiu⁹: sed non oīs
intellectiu⁹ est veridicus. hoc ptꝫ. Nā opinio est habi
tus intellectiu⁹: ⁊ tamē non est veridicus. ❡ Ex quo
patet ꝙ nō idem sibi volunt/virtus intellectiua et ha
bitus intellectiuus.

His presuppositis ponūtur proposi (Propōnes.)
tiones. ❡ Prima. Nō oīs opinio est habitus veridi- (Prima pro- positio)
cus: ptꝫ de opinione circa falsum. ❡ Scḋa ꝑpositio. (Scḋa ꝑpō.)

antecedens in sensu causali: quia si acciperetur in sen-
su temporali/ antecedens esset verum: sed ꝯsequētia
non valeret. Possibile enim est dum liberalis dat ele-
mosynā illi quē credit inuincibiliter esse pauperem/
ꝙ habeat aliquos actus bonos ꝛ regulatos per pru-
dentiam: vtputa/ volo dare pauperi: volo adimplere
opus misericordie: ꝛ adorans diabolū quem inuinci-
biliter credit deū/ habeat tales actus. Volo adorare
deum. Neminem preter deum volo adorare. Et vetu
la. Volo credere que ecclesia iubet esse credenda. Op
positum huius opinionis tenui in terminis morali-
bus. Et conferas vnam cum altera: et videas que
illarum magis pacat intellectum: ꝛ eam fixo pede te
neas. ¶ Secunda propositio. Multe virtutes mora
les possunt haberi absqꝫ hoc ꝙ habeantur omnes ha
bitus prudentiales per quos quis sufficienter dirigi
possit circa omnia agibilia: probatur. Nam multi ta-
les habitus prudētiales generātur in nobis ex expe
rientia: et aliqui partialiter ex experientijs causatis
partialiter ex actibus ꝛ operationibus virtutum/ vel
ex noticijs intuitiuis intellectiuis earum: que qui-
dem noticie intuitiue/ presupponūt (scd̄m ꝙ regulari
ter causantur) presentiā obiecti. Maior patet de noti-
cijs prudentialibus circa delectationē que genera-
tur in nobis ex studiosis operationibus ꝛ ex contem-
platione/ siue ex actu sapiētie/ ꝛ multis alijs noticijs.
propter quarum carentiam dicit philosophus tertio
huius/ ꝙ omnis malus est ignorans. Non enim vide
tur ꝙ per aliquā rationem possit probari ista minor
syllogismi prudentialis. Maior est delectatio in ope
ratione virtutis vel in contemplatione/ ꝙ̄ in vsu cibo
rum et potuum et venereorum: sed hoc cognoscitur ꝑ
experientiam. ¶ Ex quo sequitur ꝙ capiendo prudē
tiam collectiue/ prout significat collectionem omniū
habituum prudentialium: ipsa non potest haberi sine
omnibus virtutibus moralibus: quia nulla est virtus
moralis/ scd̄m quam operādo/ possumus acq̄rere ali
quem habitum prudentie: quem quidā habitum vel
noticiam prudētialem/ non possumꝰ ꝑ ratiocinatio-
nem acquirere. ¶ Tertia propositio. Non est necesse
ꝙ habens vnam virtutem moralem in esse consum-
mato/ habeat omnes: patet. quia virtus moralis ex
eisdem actibus fit et augetur vsqꝫ ad summum gra-
dum: sed potest haberi actus circa materiam vnius
virtutis frequētissime iteratus/ esto ꝙ non habeatur
actus circa materiam alterius virtutis. ¶ Quarta
propositio. Licet vna virtus moralis non sit alteri cō
nexa: tamen vna virtus ad actū alterius virtutis in-
clinat: patet. Quia aliquando contingit ꝙ aliqua vir
tus non posset habere actum suum nisi pro eodem
tempore habeatur actus alterius virtutis: igit̄ quā-
tum inclinat virtus ad actum proprium ꝛ intrinsecū/
tantum inclinat ad actum alterius virtutis. Verbi
causa. Sit aliquis intemperatus/ ꝛ nihilominus con
citatur ad intemperantiam/ vel per diuitias/ vel per
quidpiam aliud: tunc si male se habeat circa iusticiā:
vtpote/ si sit auarus/ intemperate aget: et sic sua tē-
perantia primo ipsum inclinat ad actum temperan-
tie interiorem et mediante illo actu/ isto elicito incli-
nat eum ad respuendum oblatas pecunias/ quod est
actus iusticie: et hoc est intelligendum sic: recta ra-
tio dictās circa materiam alterius virtutis. ¶ Quin
ta propositio. Contingit aliquando ꝙ vna virtus mo
ralis inclinat ad actus aliarum virtutum mediante
actu suo elicito: que quidem virtutes inclinant partia

Vide tractatū terminorum.
Secūda propositio
Correlariū.
Tertia propositio
Quarta propositio.
Nota bene
Inclinatio vniꝰ virtutis in actu alteriꝰ nō pōt esse sine prudētia circa materiā alteriꝰ virtutis.
Quinta propositio

liter ad omnium virtutum actus: et sunt omnes virtu-
tes per equiualentiam: sed non formaliter: patet. Ali
quis per habitum temperantie inclinatur ad actum
temperantie/ et per habitum iusticie ad actus iusti-
cie: qui quidem actus inclinant ad amorem honesti/
etiam ad volendum sequi iudicium rationis/ et nūqꝫ
contrauenire. Sed isti actus sunt generatiui habi-
tuum: quia primus generat habitualem amorem ho
nestatis quo quis inclinatur ad sequēdum quicquid
ratio iudicauerit esse honestum: et alius generat ha-
bitum inclinans ad sequendum quicquid ratio di-
cat esse sequendum. Isti autem habitus partialiter
inclinant ad omnium virtutum actus. ¶ Ex quo se-
quitur ꝙ possunt haberi actus inclinantes ad habi-
tus aliquarum virtutum: et tamen non habebuntur
ille virtutes. Hoc clare patet ex duabus vltimis pro-
positionibꝰ. ¶ Sexta ꝓpositio. Non pñt haberi oēs
habitus prudentiales/ nisi habeant̄ omnes virtutes
morales: patet: quia multi habitus prudentiales ac-
quirūtur per experientiam bonorum actuum et stu-
diosorum/ siue ex noticijs intuitiuis similiū actuū: igit̄.
¶ Septima propositio. Non possunt haberi omnes
habitus prudentiales directiui circa materiam vniꝰ
virtutis sine tali virtute. patet: quia multi tales ha-
bitus geniti sunt per experientiam modo predicto.
¶ Octaua propositio. Potest haberi sine quocūqꝫ
opere virtutis/ prudentia directiua circa materiam
alicuius virtutis: patet. Nam intemperatus potest co
gnoscere per experientiam ꝙ circa materiam intem-
perantie multe molestie contingunt/ quod posset esse
sibi principium ad fugiendum intemperantiam. Si
militer aliqua principia moralis honestatis sunt ꝑ se
nota: et aliqua possunt sufficienter per doctrinam ac-
quiri. ¶ Nona ꝓpositio. Potest haberi actualis pru
dentia genita per experientiam ex noticijs intuiti-
uis actuum virtutis/ absqꝫ hoc ꝙ habeatur virtus
moralis: patet: quia qui studiose operando genuit in
se habitus prudentiales/ potest frequenter elicere re-
cta iudicia circa materias virtutum moralium: et ni-
hilominus male operari et vitiose. Talis autem sic
frequenter operando/ conseruabit in se habitum pru
dentie: et tamen continuo deperdentur in eo habitꝰ
morales: igitur. ¶ Decima ꝓpositio. Omnes virtu
tes morales connectuntur cum perfecta prudentia/
intelligendo per prudentiam perfectam aggregatū
ex omnibus actibus et habitibus prudentialibus cir
ca omnium virtutum materias: non tamen perfectā
prudentiam/ intelligendo vnum actum vel habitum
perfecte et sufficienter directiuum ad studiose operā
dum scd̄m vnamquāqꝫ virtutem moralem. Prima
pars probatur. Nam vt dicit prima propositio: nulla
virtus moralis est sine prudētia. Secunda pars ptꝫ:
quia nulla est vna talis prudentia: igitur. Tamen se-
cundū doctrinam Okam ꝛ Gabrielis/ tripliciter pōt
intelligi ꝙ virtutes connectantur: scilicet formaliter/
principiatiue et inclinatiue. Sed hanc materiam vi-
de in tractatu terminorum moralium / vbi ad longū
discutitur. ¶ Et hec de connexione virtutum inter se
et cum prudentia dicta sufficiant.

Dubitatur an sapientia sit virtus prestantior prudentia.

¶ Pro solutione dubij est ad-
uertendum ꝙ hic comparantur prudentia et sapien
tia prudentie humane ꝛ acquisite naturaliter/ prescin
dēdo ab eis omnem habitum infusum et oēm illustra
tionem

Correlariū
Sexta propositio.
Septima propositio.
Octaua propositio.
Nona propositio.
Decima propositio.
Okam Gabriel.
Dubitatio.
Sapientia humana.
Prudētia acquisita.

tionem supernaturalem: ita ꝙ metaphysica (que de primis causis entiũ considerat: ⁊ que de ipsa possunt humana ratione conuinci) sapientia et prudentia dicatur: que circa agibilia humana (que sunt in potestate nostra fieri vel non fieri) consiliatur/ iudicat/ ⁊ precipit/ que sunt agenda/ et que omittenda/ ⁊ qualiter/ et quãdo/ ⁊ vbi: ⁊ sic de aliis circunstantiis.

Cõclusio.

Istis notatis ponitur conclusio. Sapientia est longe prestantior et melior prudentia/ p̃dicto modo capiendo terminos. Probatur: et primo ratione obiecti. Nam ille habitus est melior et honorabilior qui est circa melius et honorabilius obiectum: sed sapientia est huiusmodi: cum versetur circa deũ/ et intelligentes/ qui sunt longe prestantiores q̃ homo et act⁹ humani/ circa q̃ versatur prudentia. Propterea dicit philosophus in secundo tractatu huius sexti/ eum esse incontinentem qui dicit prudentiam esse optimum habitum: nisi homo sit optimũ aialiũ.

Secundo probatur. Nam sapientia est in intellectu speculatiuo: et prudentia in intellectu practico: sed intellect⁹ speculatiu⁹ prestantior est intellectu practico: igitur sapientia prestantior est prudentia. Sed hec ratio parum valet: quia in duobus deficit. Primo: quia asserit intellectum speculatiuum prestantiorem esse intellectu practico: quod falsum est: cum idem intellectus sit speculatiu⁹ et practicus. ¶ Et si dicatur ꝙ intellectus speculatiuus ea ratione qua speculatiu⁹ est/ prestantior est seipso inquantum practicus. Hoc nihil est dictu: sed est petere principium. Nam tantum valet acsi diceret ꝙ speculatio prestantior est praxi: qd̃ non est vniuersaliter verum/ nisi quando cetera sunt paria: hoc est/ quando sunt circa idem obiectum/ et capiatur hoc pro secunda ratione.

Tertio probatur ex parte modi procedendi. Nam sapientia procedit ex necessariis ⁊ impossibilibus aliter se habere: prudentia vero ex contingentibus et possibilibus aliter se habere.

Quarta ratio. Illa virtus ẽ optima/ in cuius operatione cõsistit humana felicitas que est finis omnium aliarum operationum: sed in operatione sapientie consistit principaliter humana felicitas: vt in decimo huius clarius patebit. In operationẽ enim felicitatis contẽplatiue/ tendit operatio felicitatis actiue tanq̃ in finem: igitur actus sapientie ipa prudentia est longe prestantior.

Instantie ꝯ ꝯclusionem principalez.

Sed contra conclusionem sic instatur. Primo: prudẽs nõ metaphysicus/ melior est metaphysico non prudẽte: igitur prudẽtia melior ẽ metaphysica vel sapientia. Antecedens probatur: quia prudens non metaphysicus/ est simpliciter bonus homo: quia vt dicitur in sexto huius. Impossibile est aliquem esse prudentem et non bonum: sed metaphysicus non prudens/ non est simpliciter bonus: quia vt habetur ĩ tertio tractatu huius sexti. Impossibile est quempiam esse bonum sine prudentia: igitur.

Responsio

Ad hanc rationem respondetur secundum aliquos: ꝙ prudentia non reddit hominem simpliciter bonum per se: sed ratione virtutum moralium quibus annectitur.

Aliter respondetur ꝙ ratio supponit vnum falsum: ꝙ quispiam possit esse metaphysicus sine prudentia et virtute morali. Habens enim affectiones inordinatas circa sensibilia/ false iudicaret de diuinis. Oportet enĩ ex noticia istoꝝ sensibiliũ ad noticiã diuinoꝝ et supramundanoꝝ ascendere. Ideo verus metaphysicus est simpliciter bonus homo et ꝑfectus: prudens vero non metaphysicus/ est simpliciter bonus hõ: sed nõ perfecte et cõsummate. ¶ Cum hoc etiã putandũ est ꝙ omnis prudẽs plus habet de metaphysica non falsificata in mente/ q̃ maxim⁹ disputator et malus homo.

Nota bene.

Si dicas: sequeretur ꝙ malicia non solum corrumperet estimationem praticam/ sed etiã speculatiuam.

Obiectio.

Ad hoc dicitur ꝙ ipa non corrumpit directe et per se existimationem speculatiuam: sed solum per accidens et indirecte/ inquantum corrumpit media per que sumus nati ad estimationem speculatiuam ascendere.

Secundo sic argumentor. Illa noticia est melior que est regula vite humane et omnium operationum humanarum: sed prudentia est huiusmodi: cum dicatur auriga virtutum moraliũ: igitur.

Ad hoc respondetur ꝙ licet prudentia sit regula et mensura bonitatis humane politice: non tamen vite humane simpliciter dicte: sed ad illã preparat tanq̃ ministra.

Tertio sic argumentor. Illa virt⁹ est melior/ cuius finis est melior: sed finis prudentie melior est fine sapientie: igitur. Maior est clara: et minor probatur. Nam finis prudentie est operatio bona: finis autem sapientie est scire: igitur.

Ad hanc rationem respondetur ꝙ in fine completo et consummato ipsius prudentie includitur actus sapientie: quia finis vltimus est bene viuere simpliciter: quod non potest adipisci sine actu sapiẽtie: ipsa tamen prudentia talem finem non elicit: sed ad ipsum adipiscendum ordinat. ¶ Finis autem sapientie est cognitio optimorum et supremorum bonorum/ continens omnem bonitatem inferiorem virtutum actiuarum/ ⁊ oẽs fines operationũ humanaꝝ.

Nota

Si dicas: prudentia est magis necessaria q̃ sapientia: igitur est melior. patet antecedẽs. Nam sine prudentia non potest consistere ciuitas/ q̃ tamen sine sapientia consistere potest.

Obiectio.

Ad hanc obiectionem respondetur ꝙ non semper magis necessaria/ sint digniora: quia in prohemio metaphysices/ dicit Aristo. omnes sciẽtias esse magis necessarias ipsa metaphysica: quam tamen digniorem asserit.

Nõ semper magꝭ necessaria sunt digniora.
Aristoteles

Sed circa predicta vlterius dubitatur an opinio/ fides/ suspitio/ sint habitus veridici. ¶ Pro solutione notabis ꝙ habitus intellectiu⁹ et veridicus se habent sicut superius et inferius. Nam omnis habitus veridicus est intellectiu⁹: sed non oĩs intellectiu⁹ est veridicus. hoc ptꝫ. Nã opinio est habitus intellectiu⁹: ⁊ tamẽ non est veridicus. ¶ Ex quo patet ꝙ nõ idem sibi volunt/ virtus intellectiua et habitus intellectiuus.

Dubium finale.

His presuppositis ponũtur propositiones. ¶ Prima. Nõ oĩs opinio est habitus veridicus: ptꝫ de opinione circa falsum. ¶ Scd̃a ꝑpositio.

Propõnes.
Prima propositio
Scd̃a ꝑpõ.

Aliqua opinio est habitus veridicus: sicut et sciētia: patet. Quispiam potest opinari verum necessarium: et illa opinatio est actus ex quo potest gigni habitus veridicus: cum talis habitus non posset inclinare nisi ad verum: igitur. ¶ Tertia propositio. Fides ea ratione qua fides est/ ꝓprie nō est habitus intellectualis: patet. Nā fides in sua ratione/ importat imperiū voluntatis. Nullus enim habitus dicitur fides: nisi talis cognitio īperetur a voluntate liberali. Ideo dicunt theologi ꝙ fides elicitiue est in intellectu/ sed imperatiue in voluntate.

Tertia propositio

¶ Sexti Ethicorum Aristotelis finis: cum preclara et subtili reuerēdi Magistri Gilberti Crab interpretatione.

¶ Sequitur figura virtutum intellectualium.

Virtutes { Scientia / Intellectus / Prudentia / Ars / Sapientia / Opinio / Suspitio } intellectuales

¶ Ethicorum Aristotelis liber Septimus.

Tractatus primus.

¶ Ca. j. Tria circa mores fugienda insinuat. vitium/ incontinentiam/ feritatē: quorū contraria sunt virtus/ continentia/ heroica virtus. Heroicā virtutem/ ac feritatem raras inter homines esse: hanc vero maxime apud barbaros. fitq; vel ob morbos/ lesionesq; principij: vel ob vitiorum excessum. De incontinentia ac mollitudine/ contrarijsq; nunc dicendum esse: ita quidem vt difficultate ablata/ probabilia relinquantur/ qualia quedam commemorat.

Post hec dicendum est alio sumpto pncipio/ tres esse species eorum que circa mores sunt fugienda: vitium: incontinētiam/ feritatem. Atq; contraria quidē duobus manifesta sunt. aliud enim virtutem/ aliud continentiā appellamus. Ad feritatem autem et immanitatem maxime virtutem/ eam conuenit dicere/ que est supra nos/ heroicā inq̄ quandam atq; diuinam. vt Homerus de Hectore/ propterea ꝙ eximia bonitate prestabat: dicentem Priamum introduxit.

Nec iam hominis sane mortalis filius ille
Esse videbatur: sed diuo semine natus.

¶ Quare si ex hominibus ob virtutis exuperationem dij fiunt (vt aiūt) talis quidem is habitus fuerit/ qui feritati opponitur. Etenim vt fere/ neq; vitium est neq; virtus: sic neq; dei. sꝫ hoc quidem prestabilius est virtute: illud autē diuersum quid est/ a vitio genus. Atq; vt raro fit virū esse diuū: vt appellare Lacones cōsueuere/ cum valde aliquem admirantur (dicunt enim vir diuus hic est) sic et ferus/ atq; immanis est inter homines raro. Maxime vero inter nationes barbaras est. fiunt autem quidem tales & ob morbos/ lesionesq; principij. & eos etiā homines qui in vitijs exuperant: hac infami cōsueuimus appellatione notare. Sed de tali q̄dem dispositione aliqua mentio posterius fiet. ¶ De vitio vero prius est dictuꝫ. Nunc de incontinentia/ mollitudine/ luxurie: et de continentia atq; constantia est dicenduꝫ. Neq; enim vt idem quod virtus et vitium/ neq; vt diuersum genus hec sunt putanda. ¶ Atq; vt in ceteris egimus: afferre ea que videntur oportet/ et dubitare primum. Deinde omnia que probabilia sunt aut saltem plurima/ maximeq; p̄cipua: circa hos affectus ostendere. Nam si soluantur quidem ea que difficultatem afferunt/ relinquantur autem ea que probabilia sunt: satis sane fuerit demōstratum. ¶ Videtur itaq; continentia quidem/ constantiaq;/ studiosa esse ac laudabilis. Incontinentia vero et mollitudo praua/ atq; vituperabilis. & idem esse continens/ et persistens in ratione: et idem etiam incontinens/ et rationem egrediens. ¶ Et incontinens quidē improba sciens improba esse: agit ob perturbationem. continens autem cupiditates

piditates sciens prauas esse: nõ sequitur ob rationem. ¶ Et temperantem quidem continentem esse aiunt atq̃ constantem. Talem autem alij temperantem esse omnem: alij nullum dicunt. Et item intemperantẽ incõtinentem esse/ et incontinentẽ intẽperantem: confuse nonnũq̃ diuersos inquiunt esse. ¶ Interdum etiã ipm prudentẽ incontinentem esse non posse: interdum nonnullos homines qui prudentes/ac habiles sunt/incõtinentes esse dicunt. Preterea incontinentes ⁊ ire/⁊ honoris/⁊ lucri dicũtur. Ea igitur que dicuntur/hec sunt.

ISte est septimus liber Ethicoꝝ Aristo. in quo de ꝟtutũ vitiorũq̃ gradibus discutitur. Primũ capitulũ q̃ttuor ꝯclusionibꝰ/ duabus dubitationibus/ ⁊ aliquibus ꝑambulis i calce capituli subiunctis/clauditur.

Prima con- clusio. Prima cõclusio. Tres sunt gradus virtutis: scʒ cõtinẽtia/tẽperantia/⁊ gradus heroicus. Suadetur ꝯclusio. Nam tres sunt gradus vitij: scʒ incõtinẽtia/intẽperantia/et feritas: igit̃ tres sunt gradꝰ ꝟtutis. Cõsequẽtia claret: q2 tẽperãtie opponitur intẽperantie gradus: ⁊ cõtinẽtie/incontinẽtia: et bestialitati/virtus heroica: que est ꝟtus q̃dam diuina/et cõmunẽ facultatẽ hoim excedẽs. Nã si propter excellentiam virtutis hoies efficiuntur dij: necesse est virtutẽ illã esse oim ꝑstãtissimã: et per ꝯñs est virtus heroica: igitur pessimũ vitiorũ/ vtpote bestialitas/ei opponitur: de qua

Homerus Homerus poeta Grecus loquẽs/ Priamũ et filiũ suũ Hectorẽ eximia bonitate ꝑstantem inducebat/dicens. Nec iam hois sane ⁊c. q. d. Hectorẽ nõ fuisse filium hois/sed dei: ꝓpter excellẽtem virtutem.

Soluit ob- iectio. Deinde soluit philosophus obiectionẽ: assereret eñ aliquis q̃ bestie non inest virtus nec vitiũ: similiter nec deo: igitur nulla virtus debet dici heroica vel diuina: nec vitiũ aliquod bestiale.

Ad hanc obiectionẽ respondet Aristote. bestialitatem non esse vitiũ: sed esse aliud vituperabilius: nec virtutẽ heroicam esse virtutẽ: sed esse

Nota bene nullam vir- tutẽ deo in- herere. quid diuinius et excellẽtius virtute. ¶ Scdo: virtus nõ dicitur heroica siue diuina: q2 est dei: q2 nulla virtus deo inheret: sed ideo dicitur diuina/q2 rara est: vt Lacones loqui ꝯsueuere. Eũ eñ quẽ admirãtur/dicũt diuũ esse. Sic etiã vitiũ nõ dr̃ bestiale/ q2 bestijs inheret: sʒ q2 inter hoies rarũ est: et hoc vitiũ potissimũ cõperitur in nationibꝰ barbaris.

Qõnis eno datio. Enodat questionẽ. Posset eñ q̇spiã questigare quonã pacto hoies bestiales efficiuntur.

Ad quod respondet Aristo. hoc posse cõtingere varijs modis. Primo: ꝓpter egritudines. Scdo: ꝓpter lesionẽ ꝑncipiorũ: vtpote/rõnis/voluntatis/vel memorie. Et tertio: ꝓpter magnã ꝑseuerãtiã et diuturnã continuationẽ in vitijs: de q̊ q̇dẽ vitio in sequẽtibus amplior sermo habebitur.

Secũda cõ clusio. Secunda conclusio. Hic cõsiderãdũ est de cõtinentia et incõtinẽtia/de temperãtia et intẽperãtia. Nã de vitio prius est dictũ: cũ de virtutibꝰ ageretur. Nam predicti habitus nõ sunt idẽ cũ ꝟtute et vitio/nec distinguũtur genere: igitur de ipis cõsiderãdũ est. Nec cõsideratio prius habita de virtutibꝰ ⁊ vitijs/est pro cõtinentia et incõtinẽtia/ tẽperantia/et intemperantia/sufficiens.

Tertia con clusio Tertia conclusio. Determinãdo de ꝑdictis virtutibꝰ et vitijs/opʒ eũdẽ ꝓcessuʒ seruare: vt in ꝑcedẽtibꝰ seruauimus. Nã primũ opʒ ea in mediuʒ adducere q̃ ꝓbabiliora sunt/⁊ de ipis dubitare. Scdo q̃ cõducũt ad hos effectꝰ cognoscẽdos in mediũ adducere opʒ. Nã si ea q̃ ꝓbabilia sunt ⁊ adducta cõtra materiã ꝑdictorum graduũ/soluãtur: satis clare apparebit cognitio ꝑdictorum graduum.

Quarta cõ clusio. Quarta cõclusio. Cõtinẽtia pariter et constãtia siue tẽperãtie gradus/est laudabilis: sil'r incõtinentia et mollitudo/vituperabilia sunt. Hec cõclusio nõ eget ꝓbatione: q2 est de se nota. Nã cõtinẽs ⁊ in rõne ꝑsistens/idẽ sibi volũt: similiter incõtinens et rõnis trãsgressor/idẽ. Nã incõtinẽs sciẽs malũ esse malũ/illud operatur ꝓpter ꝑturbationẽ et vim passionis. Cõtinens vero sciens passiones esse vituperabiles/eas nõ ꝓsequitur ꝓpter iudiciũ rõnis. ¶ Preterea aliqui putãt tẽperãtem esse cõtinentem: similiter oẽm cõtinẽtem esse teperantem. ¶ Alij vero nullũ cõtinentem eẽ tẽperãtem asserũt. ¶ Alij aũt asserũt intemperãtem ⁊ incontinentem diuersos/ ⁊ scd̃m nullã rationem cõuenire. ¶ Alij asserunt prudentem nõ posse esse incõtinẽtem. ¶ Alij vero oppositũ affirmãt aliquos prudẽtes incõtinẽtes euadere. ¶ Preterea subdit Aristo. ꝑ sequẽtiũ declaratione/ea q̃ dicta sunt debere intelligi de cõtinẽtia et incõtinentia/ tẽperãtia et intẽperantia ꝓprie dictis: de quibus in sequentibꝰ latius determinabit̃: et etiam de incõtinẽtibus scd̃m quid: vtpote de incõtinentibus ire/lucri/ et honoris: et de similibus.

¶ Annotationes textus.

Annotatio nes. ¶ Cuiuslibet virtutis tres sunt gradus. Primus: cõtinẽtia. Scds: tẽperãtia siue virtus. Tertius: gradus heroicus. q̇bꝰ tres vitiorũ gradus opponũtur: incõtinẽtia/intẽperãtia/siue vitiũ: et bestialitas/siue feritas. ¶ Cõtinẽtia/est habitꝰ studiosus ꝑ quẽ quis in opere virtutis persistit/impetum passionis vincẽdo. ¶ Temperãtie gradus/est habitus studiosus scd̃m quẽ quis per frequẽtationẽ actuũ bonoꝝ impetꝰ passionũ exuperat/ vt notabiliter ꝯtra rectã rationẽ insurgant. ¶ Gradus heroicus/ẽ habitus virtutis per quẽ q̇s in actũ studiosum exit q̊ excedit cõmunem facultatem hominum/vel ex circunstantia/ vel ex natura actus. ¶ Incontinentia/est habitꝰ quo quis sequitur impulsum passionis contra iudicium recte rationis. Sed intemperantia siue vitium vel malicie gradus/est habitus malus quo quis sine quacũq̃ reluctatione rationis sequitur concupiscentias inhonestas. ¶ Bestialitas/est habitus malus quo vsu rationis in homine extincto preter conditionem humanã viuit: de q̇bꝰ plura in questionibꝰ enucleãda veniũt.

¶ Ca. ij. Circa predicta quedam inq̇rit posterius discutiẽda. Qui fit vt recte existimans incontinenter agat: an incõtinens cupiditati prudẽtia resistat: vtrũ temperans sit continens: vtrum in quauis opinione persistere sit continentis: vtrum intemperans incontinente peior. Quisnam absolute dicẽdus incõtinẽs.

Dubitauerit autem quispiam/ qui fit: vt recte quispiam existimans agat incontinenter? Scientem igitur inquiunt quidam impossibile esse. nam absurdũ est (vt arbitrabat Socrates) si scientia insit: aliud quippiam vincere/ et ipsum perinde atq̃ mancipium trahere. Socrates enim omnino contra rationem ipsam pugnabat/ incontinentiãq̃ exterminabat. neminem enim existimantem/ preter id quod est optimum agere: sed ob ignorationem dicebat. Hec igitur sententia ijs aduersatur/ que manifeste apparent. Atq̃ querere oportet quisnam in ipsa perturbatione si ob ignorationem agit: ignorationis sit modus? constat enim incontinentem non putare illud esse bonum/ anteq̃ in perturbatione sit constitutus. Sunt autem qui hec partim concedunt/ partim non concedunt. etenim scientia quidez nihil esse validius confitentur. at huic non assentiuntur neminem agere preter id quod visum est melius. Quapropter inquiunt incontinentem a voluptatibus superari: non scientiam quidez/ sed opinionem habentem. at vero si sit opinio/ non scientia: neq̃ vehemens existimatio que resistit sed remissa (sicut in ambigentibus) venia danda est/ si non in his persistit aduersus vehementes cupiditates. at prauitati nõ est venia dãda: nec aliorum cuiq̃ que vituperabilia sunt. ¶ Est ne igitur id quod resistit prudentia? Hec enim est validissima. ¶ At est absurdum. erit enim idem prudens atq̃ incõtinens simul. Nemo autem dixerit prudentis esse ea sponte agere: que prauissima sunt. ¶ Et insuper demonstratuz est antea prudentem aptum ad agendum esse (est enim quidem extremorum) et ceteras virtutes habere. ¶ Preterea si continens est ex eo quia vehementes ac prauas habet cupiditates: neq̃ temperatus continens erit/ neq̃ cõtinens temperatus. etenim neq̃ vehemẽtes habere cupiditates neq̃ prauas: est temperati. At oportet. nam si cupiditates sint bone: prauus est habitus ille/ qui ꝓhibet non sequi. quare non omnis continentia est studiosa. sin imbecilles et non praue/ non est quid egregium: nec etiam magnum quid / si sint praue ac imbecilles. ¶ Preterea si continentia in quauis opinione facit persistere/ praua est: vt si et in falsa. Et si incontinentia a quauis opinione dimouet: erit aliqua incontinentia studiosa. quale fecit Neoptolemus apud Sophoclẽ in Philotete. est enim laudabile: quia non persitit in ijs que suaserat Ulysses/ ob mentiẽdi dolorem. ¶ Preterea captio mentiens/ dubitatio est. Quia nãq̃ admirabilia/ preterq̃ opinionem sophiste inferre volunt redarguendo/ vt cum attigerint / videantur acuti: ratiocinatio facta dubitatio fit. ligatur enim mens cum manere quidem non vult/ quia conclusio non placet: procedere autem non potest/ quia rationem soluere nequit. ¶ Fit autem aliqua ratione vt imprudentia cum incontinentia sit virtus. Qui namq̃ habet vtrumq̃: contraria ijs que existimat ob incontinentiam aget. existimat autem bona esse mala/ ⁊ agere non oportere: quare bona aget/ et non mala. ¶ Preterea qui persuasus agit / voluptatesq̃ sequitur atq̃ eligit: melior eo videbitur esse / qui non ob rationem/ sed ob incontinentiã agit. nam facilius curari potest: quippe cũ possit illi dissuaderi. At incõtinẽs obnoxius est ei ꝓuerbio quod diximus: quid insup bibere opus est/ cũ strangulat aqua? etẽi si nõ persuasum esset ipsi ea non agẽda esse q̃ agit: dissuasus tandẽ cessasset. nũc vero persuasum est ei/ et nihilominus talia agit. ¶ Insuper si circa vniuersa cõtinentia sit/ atq̃ incontinentia: quisnam sit ille qui est incontinens absolute? Nemo enim habet incontinentias omnes. dicimus autem quosdam simpliciter incontinentes esse. Tales igitur quedam hac in materia dubitationes emergũt. horum autem alia tollere/ alia relinquere oportet. dubitationis enim solutio/ inuentio est.

Secundum capituluz quinq̃ questionibus/ et varijs opinionibus de continentia ac incontinẽtia clauditur.

Prima questio. An quispiã recte iudicans possit dici incontinens. ¶ Circa hanc questionem citat Aristo. tres opiniones. ¶ Prima opinio. Nullus recte existimans/ meretur dici incontinens. Hanc opinionez probat Socrates. Nam absurdum est (vt inquit) si rectum iudicium de agibilibus inest intellectui/ quippiam aliud: vtpote passionem appetitus sensitiui/ vel actum voluntatis/ ipsum intellectum superare: et sub iugum seruitutis ponere. Hanc opinionẽ refellit Aristoteles tribus rationibus. Prima ratio. Socrates contrapugnauit veritati asserens neminem posse incõtinenter agere habẽtem rectũ iudiciũ/ sed quicunq̃ incontinenter agit ob ignorationem. Nam id asserere/ est ipsam incontinẽtiam penitus eradicare et extirpare: cum is dicatur incontinens/ qui passioni succumbit/ stante recto rationis iudicio. Secunda ratio. Nam opinio Socratis aduersatur experientijs humanis. Experimur enim ꝙ stante recto iudicio rationis in intellectu/ voluntas potest actum illi iudicio contrarium elicere: et per consequens potest eundem actum elicere impellente

Prima q̃o.

Tres opiniones.

Refellit prima opinio.

pellente passione. Tertia ratio. Inuestigandum est quonā pacto producitur ista ignorantia ob quā quispiam incontinenter agit: non eniꝫ est opus ꝙ producatur ignorantia/ anteq̃ꝫ quis sit ꝯstitutus in passiōe: nec tēpore quo in passione cōstituit: qꝛ tūc incōtinēs non esset malus: cū ageret iturꝑ ignorantiā. Qꝛ vel constitutus in passione/ potest illam ignorantiam vincere: ⁊ sic cuꝫ passione pot habere iudiciū rectum: ⁊ ꝑ consequēs aliquis recte iudicās / potest incontinēter agere: vel non potest vincere illam passionem: ⁊ tunc non peccat: cum ignorantia inuincibilis excuset hominem a peccato.

Scđa opinio

¶ Scđa opinio. Licet nullus habēs rectū iudicium dicatur incōtinens/ habēs tñ rectam opinionē. Hi em̄ cōfitentur nihil esse melius ipsa sciētia: ideo putant ꝙ habēs scientiā/ nō pōt vinci a passione: habens tñ opinionē de agibilibus/ potest vinci passionibus ⁊ concupiscentijs contra id qđ opinatur esse melius ⁊ eligibilius. Hanc opinionē refellit Ari. vnica ratione. Si eniꝫ id quod passioni resistit/ nō est scientia: id ē recta cognitio/ sed opinio: ipsa debet esse remissa et parua: quēadmodum contingit in dubitantibus: ⁊ per consequens habenti illam opinionē/ ⁊ nō resistenti aduersus fortes et vehementes passiones/ danda est venia. Atvero nulli vitio nec cuiq̃ꝫ eorum que digna sunt vituperatione/ danda est venia: et per ꝯsequēs incontinentia nō est vitiū.

Tertia opinio

¶ Tertia opinio. Id quod passioni resistit/ est prudentia. Hanc opinionem refellit Aristo. tribus rationibus. Prima ratio. Si id quod resistit passioni est prudētia: tūc idem homo est prudens ⁊ incontinens: quod nō videt asserendum. Secunda ratio. Prudens est ꝓpensus ad bene operandum: vt dictum est in sexto: incōtinēs vero est ꝓcliuis ad male operandum: igitur idem non est prudens ⁊ incontinens: ⁊ per consequens id quod resistit passioni in incōtinente/ non est prudentia.

Tertia rō.

¶ Itē prudentia est circa singularia: ⁊ habet oēs virtutes secū cōnexas: igitur prudēs non pōt incōtinenter agere.

Scđa q̄stio

Secunda questio. An ois continens

habeat prauas ac vehementes cupiditates: et videt primo ꝙ non: quia tunc nullus temperatus esset continens: cū non habeat prauas ⁊ vehementes cupiditates. Et si hec ratio cōcludit/ duo inuoluit. Primū: ꝙ ad hoc ꝙ quispiam dicatur temperatus/ requirit continentie gradum aliquando illi infuisse. Scđm: ꝙ adueniente gradu temperantie/ non labitur continentie gradus: quorum vtrumq̃ꝫ est falsum: vt in q̄stionibus clarius perspicietur. ¶ In oppositum sic argumentatur Aristo. quia vel concupiscentie quas cōtinentia cohibet/ sunt bone: ⁊ tunc habitus continentie est malus: qꝛ omnis habitus repressiuus cupiditatum bonarum/ est malus: ⁊ per consequens aliqua cōtinētia est mala/ quod non est asserendum. Uel tales concupiscentie sunt debiles ⁊ non praue: ⁊ sic non est excellens/ nec arduum opus eas superare. Uel tales concupiscentie sunt praue et debiles: et sic idem concludendum est.

Tertia questio

Tertia questio. An cōtinentia faciat

ipsum continentem in quauis opinione persistere: et an incontinentia a quauis opinione dimoueat. Si enim continentia in quauis opinione persistere faciat / aliqua continentia mala est: vtpote illa que in opinione falsa persistere facit. Similiter incontinētia a quauis opinione dimoueat/ aliqua incontinentia est bona et laudabilis: illa scilicet que ab opinione falsa dimouet: q̄lis fuit opinio Neoptolemi apud Sophoclem in Philotete.

Neoptolemus

Neoptolemus em̄ nō permansit in opinione quam illi persuaserat Ulixes. et in hoc veniebat laudandus. Alia ratio: si incontinentia facit ab omni opinione recedere: tunc etiam illa que facit hominem egredi ab opinione genita per argumentum sophisticum concludens falsum. Nam cum aliquis vult aliqua inopinabilia probare: statim adducit argumentum sophisticum quo redarguit: id est arguit vel impugnat veritatē. Nam argumētum sophisticum aliquando opinionem generat: et ligat mētem: id est cogit intellectum ad assentiendum conclusioni: voluntas tamen difformiter agit ad assensum conclusionis sophistice/ ⁊ false: et per consequens incontinenter agit. Talis autem incontinētia bona est: igitur non omnis incontinentia est mala. Alia ratio si incontinentia a quacunq̃ꝫ opinione dimoueat: sequeretur ꝙ ex imprudentia et incontinentia efficeretur opus bonuꝫ: quod suadetur. Nā si q̄s iudicat per imprudentiam bonum non esse faciendum/ vel malum esse faciendum: tunc habitus incontinentie dimouet hominem ab illa opinione: et per consequēs inclinat ad volendum bene facere. Et sic ex actu imprudentie ⁊ actu incontinentie efficitur actus bonus moraliter: quod est absurdum.

Quarta q̄stio

Quarta questio. an intemperatus sit

deterior incontinente: et videtur incontinentem esse intemperato deteriorem: patet. Quicunq̃ꝫ operatur eligens et sequens delectabilia / quia persuasus/ est minus malus/ q̃ꝫ is qui sequitur delectabilia nō persuasus/ sed dissuasus: sed incontinens sequitur delectabilia non ꝑsuasus/ immo dissuasus: quia ratio dissuadet. Intēperatus vero sequitur delectabilia persuasus: quia ratio erronea/ et etiam concupiscentia persuadent intemperato ad male operandum. Ideo de incontinente solet illud vulgatum adagium citari.

Nota intellectum adagij

Quid insuper bibere opus est / cum strāgulat aqua: quasi dicat. incōtinens non indiget aliqua persuasione ad delectabilia inhonesta prosequenda: nam satis a vehementi concupiscentia ad hoc trahitur.

Quinta q̄stio

Quinta questio. an continentia ⁊ incontinentia

sint circa omnes materias: et videtur ꝙ non: quia tunc nullus absolute esset continens vel incontinens: cum nullus sese exerceat circa materias omnium virtutum: et tamen certissimum est aliquos esse simpliciter incontinentes.

Annotationes

¶ Sequuntur annotationes textus.

¶ Recta existimatio/ est quid superius ad scientiam et opinionem. ¶ Opinio/ est assensus alicuius propositionis: ad quam probandam adducuntur rationes probabiles. ¶ Neoptolemus in falsa opinione persistere noluit: cum enim Ulixes ⁊ Neoptolemus missi fuissent a grecis/ vt Herculis arma recuperarent: et cum Ulixes Philoteten arma ferentem in quādam insulam (vt ab Hidra necaretur) proiecisset: videns postea ipsum ab Hidra non ledi/ suasit Neoptolemo vt Philoteten mendosa suasione et promissione ab insula retraheret: cui Neoptolemus primū consensit: sed postmodum considerans turpe et inhumanū esse hominē mendacio et dolo occidere: ab opinione qua prius tenebatur/ statim recessit: ⁊ in hoc (vt dicit Aristoteles) veniebat laudādus.

Captio mētiens

¶ Captio mentiēs/ idē est quod argumentum sophisticum. Quid autem sit cōtinēs ⁊ incontinens/ in questionibus videbitur.

¶ Ca. iij. Primam questionem soluturus/ ordinem proponit: supponens primum continentiam/ atq; incontinentiam absolute circa materiam temperantie duntaxat esse. Et quidem certo modo quo a ceteris discernuntur/ probat non referre: scientia vera ne opinione incontinens transgrediatur. Tū distinguit verbum scire/ per habere scicentiam ꝛ vti. Itez duos enūciatorūz modos/ vniuersalem ꝛ particularem habitū scientie vel impediri vel non impediri. Deniq; naturaliter questionē soluit: ex eo q̄ vniuersali opiniōe vetante/ ꝛ altera cupiditatem specialius in ciuitate: hec potius vincit/ singulis quidem partibus cōmotis.

Primuz itaq; considerandum est: si incōtinentes/ sciētes agāt necne/ et quonam modo scientes. Deinde circa que sit incontinens ponēdus/ et continens. vtrum circa voluptatem omnē atq; dolorem: an circa definitas quasdam voluptates/ atq; dolores: Et vtrum idem sit an diuersus continens/ atq; constans: Similiter et de ceteris que ad hanc attinent contemplationem. Est autez consideratiōis initium/ vtrū continens ꝛ incontiens/ ijs circa que versantur differant an modo. dico autem hoc pacto vtrū incontinens ex eo solū sit incontinens. quia circa hec versat̄ an non: sed ipso modo/ an vtrisq;. Deinde si continentia/ et incontinentia sint circa vniuersa: necne. Neq; enim circa omnia versatur is/ qui est incontinens absolute: sed circa ea circa que est intēperans. neq; simpliciter sese habet ad illa. esset enim incontinentia/ ac intemperantia idem: sed hoc modo. Nam ille quidez eligens ducitur: putans semper oportere/ persequi voluptatem presentem. incontinens autem non putat quidem: persequitur tamen. ¶ Si itaq; vera sit opinio sed non scientia/ qua transgredientes incontinenter homines agunt: nihil refert ad rationem. Nonnulli nanq; eorum qui opinantur: non ambigunt: sed arbitrant̄ exacte se scire. ¶ Si igitur opinātes ex eo quia remisse credunt magis q̄ scientes/ contra suaz agent existimationem: nihil differt ab opinione scientia. Sunt enim qui non minus opinioni sue/ q̄ alij sue scientie credunt: vt ex Heraclito patet. ¶ Sed cum dupliciter dicatur scire (Nam et is qui scientiam quidem habet/ non autem vtit̄ ipsa: ꝛ is q vtit̄/ dr̄ scire) hec inter sese differant: habētem inq; scientiā at nō contēplantem/ ꝛ habentem ac contemplantem: agere ea que agere nō oportet. hoc enim videtur absurdum. sed nō si non agat contemplando. ¶ Preterea cum propositionum duo sint modi: nihil prohibet vt quispiam agat cōtrariū eius quod scit/ si habeat quidem vtrasq;: vniuersali tamen/ ꝛ nō ꝑticulari propositiōe vtatur. Nam ea que agūtur: singularia sunt. Differt autem ꝛ ipsum vniuersale. nam aliud est in ipso/ aliud in re. Ut omni homini sicca cōducunt. ꝛ hic est homo. vel siccū est qd̄ est tale: sꝫ si hoc sit tale: aut nō habet/ aut nō opatur. Magna igit̄ per hos emerget vtiq; differentia modos/ atq; adeo vt hoc quidē mō nō absurdū esse/ alio vero modo mirabile videatur. ¶ Preterea fit vt hoīes sciētiam habeāt/ alio modo q̄ nup diximus. Nam in habēdo quidem/ sed non vtēdo differētem cernimus habitum: vt quispiam ꝛ habeat quodā mō ꝛ nō habeat ipm̄. qualis est dormiens/ ꝛ furēs/ ac ebri⁹. At hoc modo disponūtur ij, qui sunt in perturbatiōibus cōstituti. nam ire/ ꝛ cupiditates venere/ ceteraq; similia: corpus etiam manifeste ꝑmutant. atq; nōnullos et in furorē/ ac insaniam adigūt. patet igitur dicēdum esse incontinentes perinde sese habere atq; hi sunt affecti. Dicere aūt eas sentētias que a sciētia ꝓficiscūtur/ nullū est signū. etem̄ ij qui sunt in hisce pertubatiōibus cōstituti: demonstratiōes/ ꝛ carmina dicūt Empedoclis. Et qui primū discūt/ nectūt qdē oratiōes: sed nōdum sciūt. oportet em̄ ipsorum insideāt mēti: ad qd̄ tp̄e opus est. Quare putādum est/ vt histriōes poemata recitant: sic ꝛ incōtinēter agētes/ sentētias dicere. ¶ Insuper ꝛ hoc modo q̄spiā naturaliter inspexerit causam. Opinionū em̄ alia est vniuersalis: alia de singularibus est quib⁹ iam ipse p̄sidet sensus. atq; cū ex ipsis ratio fuerit vna: aīa cōclusum ipsum in cōtemplādis quidem dicat/ in agēdis aūt reb⁹ cōtinuo agat necesse est. Nā si oē dulce gustare oportet/ ꝛ hoc est dulce vt vnū qd singulariuz: is hoc simul ꝛ agat qui pōt nec prohibetur/ necesse ē. Cū igit̄ vna quidē vniuersalis inest opinio gustare vetās. alia vero dicit oē dulce voluptatē afferre/ ꝛ hec͂ısup hoc esse dulce: hec operatur/ atq; inest forte cupiditas. illa quidē hoc fugere dicit: cupiditas autē ducit. mouere eniz partes singulas potest. Quare fit vt a ratione quodam modo/ ꝛ opinatione incōtinenter agatur: nō tamē per se contrarie/ sed per acidēs. cupiditas enim recte rationi: sed nō opinatio aduersatur. ¶ Quare ꝛ ꝓpter hoc belue/ nō sunt incontinentes: quia non vniuersalem existimationem/ sed singularium imaginationem/ atq; memoriam habent. ¶ Quomō aūt soluitur ignoratio/ ac rursus fit incontinens/ sciens: eadem est ratio ꝛ de ebrio ꝛ dormiēte/ et nō huius est ꝓpria

tus est ꝓpria

ius est propria perturbationis: quã quidẽ a naturalibus audire oportet. ¶ Cũ autem vltima ꝓpositio rei sit sensibilis opinatio atq; actuum domina: hanc incontinens aut non habet dum est in perturbatione: aut sic habet vt in habendo non sit scire / sed dicere perinde atq; temulẽtus Empedoclis carmina profert. Et quia terminus extremus nõ est vniuersalis: nec ad sciẽtiam vt vniuersalis attinere videt̃. atq; id accidere videtur quod Socrates querebat. nõ eñ ea que proprie scientia videtur esse presente: fit perturbatio / nec ipsa ob perturbationẽ distrahitur: sed sensitiua. De his igitur si sciens inq; incontinens / an non sciens / ⁊ quonam mõ sciẽs incontinenter aget: tot a nobis sint dicta.

Tertium capitulũ quattuor conclusionibus / duob⁹ corelarijs / vnica dubitatione ⁊ duabus questionibus clauditur. ¶ In hoc capitulo proponit phus dissoluere priores dubitationes / atq; rationes falsas enodare: ⁊ anteq; ad rationum dissolutionem accedat / aliqua communia p̃mittit. Primum

Suppõnes

Utrum incontinens sciens vel ignorãs operet̃: ⁊ circa quã materiã ẽ ꝯtinẽtia / sim̃r incõtinẽtia: an circa oẽm voluptatẽ ⁊ dolorẽ: an circa aliq̃s determinatas voluptates / ⁊ determinatos dolores

Considerandum est preterea an idez sibi velint / ꝯtinens ⁊ constãs: id est in ratiõe ꝑsistens.

Similiter premittendum est de ceteris que ad hanc contemplationem pertinent.

Scdo premittẽdum est tanq; p̃cipuũ et principale in hac materia: vtruz incontinens propterea dicatur incontinens / q2 circa aliquã determinatam materiam versatur: vel quia circa illã materiã versat̃ ſm determinatas circũstãtias / vel vtroq; mõ.

Preterea premittendum est si continentia ⁊ incontinẽtia sint circa omnia obiecta moralia / necne. Non enim incontinentia est circa omnem materiam absolute: sed circa eam materiã circa quã est intemperantia: diuersis tamen modis. Nam intẽperatus ducitur electione / semper putans presentes voluptates esse persequendas. Incontinens vero id non existimat / quia recte iudicat: persequitur tamen voluptates propter vehemẽtiam passionum.

Pria ꝯclo

Prima conclusio. Ad soluendam rationem Socratis: non refert an quis opinionem habeat / an sciẽtiam: patet. Nam hoc ideo esset: quia habentes scientiam / difficilius agunt contra scientiam / q; opinantes contra opinionem: cum scientia sit opinione firmior: sed hoc falsum est. Nam multi opinantes / adeo firmi sunt in opinione sua / sicut scientes in scientia: vt patet de Heraclito.

Scda ꝯclo

Secunda conclusio. Licet sciens ⁊ cõtemplans non agat que non oportet: tamen sciens et non contemplans potest agere que nõ oportet. Hanc cõclusionem ꝓbat Aristo. supponẽdo aliquem posse duob⁹ modis scire. Prio modo: is dicitur scire qui habet habitũ scientie / ⁊ nõ vtitur scientia. Scdo modo: is dr̃ scire / q̃ hz habitũ scie ⁊ vtit̃ scia: id est ab habitu sciẽtie elicit actum: ⁊ talis dicit̃ ꝯtemplari. Actus enim incontinentie nõ repugnat habitui sciẽtie: licet repugnet actui circa idem operabile.

Tertia conclusio

Tertia conclusio. Non est dissonum veritati / sciẽtem ꝓpositionem vniuersalẽ tam in actu q; in habitu / ⁊ ꝓpositionem particularẽ in habitu / et non in actu / operari contra scientiam. Nam duo sunt modi ꝓpositionum quibus vtimur ad recte operãdũ: videlz ꝓpõ vniuersalis q̃ est maior syllogismi practici: ⁊ ꝓpositio ꝑticularis q̃ est minor eiusdẽ syllogismi: q2 ad recte operandum / non sufficit noticia ꝓpositionis vniuersalis: sed etiam singularis vel ꝑticularis: cũ operationes humane sint circa singularia.

Dissoluitur dubitatio

Enodat Aristo. dubitationez. Nam quispiã diceret impossibile esse scire ꝓpositionez vniuersalem / ⁊ non particularem: cum noticia ꝓpositionis particularis in ꝓpositione vniuersali includatur.

Ad hoc respondet Aristoteles / ꝓpositionem vniuersalẽ duobus modis posse cõsiderari. Primo mõ absolute / et in se / non habendo respectum ad singularia quibus vniuersalis cõcluditur: ⁊ sic potest haberi noticia ꝓpositionis vniuersalis absq; noticia ꝓpositionum particulariũ eiusdem vniuersalis. Alio modo ꝯsideratur ꝓpõ vniuersalis / non in se: sed in suis singularib⁹ / ⁊ ꝑ q̃to est posterior singularib⁹: ⁊ ex ipsis deducitur / ⁊ ꝓbatur. Et sic fieri non põt vt quispiã habeat noticiã ꝓpõnis vniuersalis: ⁊ ignoret ꝓpõnes ꝑticulares ⁊ singulares eiusdẽ vniuersalis.

Quarta cõclusio

Quarta conclusio. Incõtinentes nõ solum nõ vtuntur sciẽtia / sed nec possunt sciẽtia vti ꝓ tpe cõcupiscẽtie. Et ꝓ hac conclusione ꝓbanda p̃terea que dicta sunt / supponendũ est ꝙ dupl̃r ꝯtingit habere scientiã / ⁊ ipsa nõ vti. Uno mõ / cũ habẽs scientiã defacto nõ vtitur sciẽtia. Alio mõ / cũ habẽs scientiã / nec sciẽtia vtit̃ / nec põt ea vti ꝓ tpe. ¶ Hoc supposito / duabus rõnibus suadet̃ ꝯclo. ¶ Prima ratio. Incõtinẽtes sese habẽt ad sciẽtiã eo modo q̊ mente capti / dormiẽtes / ⁊ ebrij: sed tales ꝓ tpe nõ p̃nt vti scientia: igitur nec incontinẽtes ꝓ tpe cõcupiscẽtie. Nã ꝯcupiscẽtie veneris ⁊ ire / corp⁹ trãsmutãt vsq; adeo vt nõnullos hoies in furorẽ et insaniã ꝯuertãt et impellãt.

Dubitatio

Mouet dubitationẽ. Nam incontinentes asserunt se habere scientiam: cum multos sermones scientificos proferant: igitur pro tempore concupiscentie possunt vti scientia.

Ad hoc respõdet Aristo. ꝙ vti sermonibus scientificis / non est signũ actualis scientie. Tales eñ in passionib⁹ ꝯstituti / demõstratiões ⁊ carmina Empedoclis dicũt: id est q̃ nõ intelligũt / in mediũ afferunt. Operant̃ etiã more pueroꝝ sermões nectẽtium / et eos nõ intelligentiũ. Oportet eñ anteq; intelligant / multos habitus adipisci: ad qđ faciendũ / opus est temporis diuturnitate. Quare incontinenter agentes / sic operant̃ vt histriones poemata ⁊ sentẽtias recitãtes / ⁊ eas non intelligentes. Scda ratio claret ex naturali processu syllogismi practici ad bene oꝑandũ requisiti: in quo due sunt p̃misse: quaꝝ altera est vniuersalis: altera vero est singularis: q̃ de sensibilib⁹ hr̃ / ex quib⁹ ꝯflatur vna rõ: id est argumẽtum: et necesse ẽ itellectũ assentire ꝯclõni in speculatiuis et in

syllogismo practico/necesse est intellectum non impeditum et non ꝓhibitum/statim operari: vt si in intellectu sint he due premisse. Omne dulce gustare opꝫ: ⁊ hoc est dulce/demonstrando vinum: opꝫ non ꝓhibitum nec impeditum statim operari ſm quod dictatum est ꝑ cõclusionẽ: sed si ratio habeat vnam vniuersalẽ: vtpote istam. Nullũ dulce gustare oportet: ⁊ vnã singularẽ: vtpote istam. Hoc est dulce: tũc ex illis nõ fit ratio: id est nulla conclusio aliquid dictans ex illis sequitur: igitur incõtinẽs pro tempore perturbatiõis non potest sua scientia vti.

Duo correlaria

¶ Ex his infert Aristo. ꝙ quispiam incontinẽter agit/partim a ratione/et partim ab opinione: non scd̃m contrarietatem per se/sed per accidens: pro quanto concupiscentia trahit ad oppositum quod a recta ratione dictatum est. ¶ Scd̃m correlarium. Belue non sunt incontinentes: quia non formant ꝓpositiones vniuersales/sed formant imaginationem singularium: id est noticiam sensitiuam interiorem singularem: habent etiam rerum preteritarum singularum memoriam

Questio

Mouet Aristo. questionem si incontinens in passione constitut⁹/ignorat q̃ facienda sunt. ¶ Dubium est quonam pacto recedente concupiscentia/recedit ignorantia.

Ad hoc respondetur ꝙ eodeꝫ modo de incontinente est dicendum: sicut de ebrio et dormiẽte: in quibus abeunte causa ebrietatis ⁊ somni/recedit ignorantia/⁊ resipiscitur noua rerum cognitio: sed hoc magis ad naturalẽ pħm pertinere videtur.

Soluitur rõ Socratis

Philosophus soluit rationẽ Socratis/dicens. Nihil esse melius scientia q̃ est vltima opinio sensibilis/conclusionis singularis: ⁊ est principiuꝫ in omnibus agendis. Nec incontinens habet illã sciẽtiam: potest tamen habere scientiaꝫ ꝓpositionis vniuersalis/⁊ in actu/⁊ in habitu: ⁊ si habet vltimam noticiam/habet ipsam multuꝫ remisse: nec quippiã scit/nisi eo modo quo ebrij dicũt carmĩa Empedoclis: similiter extremus terminus: ꝯclusio practica nõ videt̃ esse vniuersalis: nec videtur pertinere ad scientiam/quemadmodum propositio vniuersalis.

Annotationes

¶ Sequuntur annotationes textus.

¶ Incontinens absolute/est is qui obtemperat perturbationi vehementi gust⁹ et tactus/relicto recto rationis iudicio. ¶ Habens scientiam ⁊ contemplans/est is qui habet habitũ sciẽtie: ⁊ ab habitu elicit actũ. Is auteꝫ dicit̃ sciens/ ⁊ nõ contemplans/ qui habitũ scientie habet: ⁊ nullum actuꝫ ab habitu elicit. Quispiam potest scire ꝓpositionem vniuersalem non sciendo singularem aut particularem in propria forma. Sciens tamen vel cognoscens aliquid mediante ꝓpositione vniuersali / cognoscit mediante propositione particulari.

Propõ vniuersalis i re et vniuersalis in alio.

¶ Uniuersale in ipso/est propsitio vniuersalis in se considerata / pro quanto nullam habet habitudinem vel respectum ad propositionem singularem. Sed vniuersale in re/est ꝓpositio vniuersalis/ea rõne qua ex singularibus deducitur ⁊ ꝓbatur.

¶ Ca. iiij. Questionem illam soluit quisnam absolute sit incontinens. Atq; iucundoruꝫ alia necessaria esse: in q̃b⁹ absolute incontinẽtes. Alia nõ necessaria: licet per se expetibilia/in quibus ex additione solũ incontinentes dicuntur. Incontinentẽ ab intemperante secernit: ꝙ hic nõ/ille vero eligit. Trib⁹ insuper iucũdoꝝ generibus se positis ꝯprobat incõtinentiam circa materiam intemperantie duntaxat esse: nisi ob perturbatiõis similitudinem/ideq; cum additione.

Vtrum autem sit aliquis incõtinens absolute / an aliqua ex parte sint omnes: ⁊ si sit/in quibusnam sit: dicẽdum deinceps est. Patet igitur continentes atq; constantes et incontinẽtes ac molles: circa voluptates / doloresq; versari. Quoniam autem eorum que voluptatem efficiunt: alia sunt necessaria/alia per se quideꝫ expetibilia sunt/ exuperationem autem habent. atq; necessaria quidẽ dico: que ad ipsum pertinent corpus/alimentum inq̃/veneris vsum/et huiusmodi cetera/ circa que temperantiam/intemperantiamq; posuimus. non necessaria vero/ per se autem expetibilia: victoriaꝫ/honorẽ/diuitias/⁊ que sunt similis generis: q̃ bona sũt/et delectant. Eos quidem qui in his preter rectam rationem que est in ipsis/exuperant: absolute quidem incontinentes non dicimus. sed hec addentes pecuniarum incontinentes/et lucri et honoris/ et ire dicimus: vt diuersos/et similitudine nomen ideꝫ habentes. vt homo qui ludo in olympico vicit. Communis enim ratio parum ab illius ratione ꝓpria differebat: attamen erat diuersa. atq; huius signum est illud. nam incontinentia quidem non solum vt delictum: sed etiam vt quoddam aut simpliciter/aut aliqua ex parte vitium vituperatur. At horum nemo. Eorum auteꝫ qui circa corporis voluptates versantur / in quibus temperantem/intemperantemq; ponimus qui non eligendo/sed preter electionem ac mentem / efficientium quidem voluptatem exuperationes persequitur/dolorem aut inferentiuꝫ fugit/famis/sitis/estus/frigoris/et omnium que ad tactum/gustumq; pertinent: is non additiõe circa hec inq̃ (vt circa irã) sed absolute solũ incontinens dicitur. Cuius hoc indicium est. circa namq; has voluptates/et non circa vllam illarum intemperantes dicuntur. et propterea in eodem incõtinentem ponimus et intemperantem / et continentem ac temperantem. ¶ Sed illorum neminem ꝙ circa voluptates easdem quodã modo/doloresq; versantur. ¶ Atq; sunt quidem hi circa hec eadem: sed non eodem modo. sed illi quidem eligunt: hi vero non eligunt. ¶ Quapropter potius eum intemperantem dixerim⁹ qui non cupiens/aut remisse exuperationes voluptatum persequitur/ac mediocres fugit dolores/q̃ꝫ hunc qui ob vehementes cupiditates easdẽ agit. qd eniꝫ faceret ille si cupiditas adueniret

niret ingens:ꝛ circa rerum necessariarum indigentiam vehemẽs dolor. ¶ Cũ aũt cupiditatum ac voluptatũ/ alie genere sint honeste/studioseqꝫ/alie non sint (eorũ eñ que voluptatem efficiũt/quedã expetibilia sunt natura/ quedaz hisce ꝯtraria/quedam media queãdmodũ priꝰ distinximꝰ:vt pecunie/ lucrũ/ honor/ victoria) in oĩbꝰ talibꝰ atqꝫ medijs nõ ex eo vituperãtur homines/quia afficiuntur/ cupiunt atqꝫ amãt: sed ob modum/ꝛ qꝛ exuperant. Quapropter q preter rationem aut vincuntur aut sequuntur quippiam eorũ que natura sunt honesta ꝛ bona/non laudantur. vt ij qui circa honorem magis ꝙ̃ oporteat/student:aut erga filios/ꝛ parentes. Etem̃ bona sunt hec:ꝛ laudantur qui circa hec studẽt.attamẽ est et in his exupatio quedã: si quspiam (vt Niobe) ꝛ aduersus deos contẽderet:aut sic erga patrem afficeret/vt Satyrus ille qui patris amator appellabatur . insanire namqꝫ nimium videbatur. Circa igitur hec/nulla est prauitas: propterea ꝙ vnumquodqꝫ per se (vt diximus) natura est expetibile. exuperatiões tñ ipsorũ improbe sunt ac fugiẽde. Similiter nec non incontinentia. etenim incontinentia non solum est fugienda:sed etiam vituperãda. ¶ Ob perturbationis autem similitudinẽ adiungentes singula/incontinẽtiam circa vnũquodqꝫ dicũt:vt malum medicum/aut malum histrionem/quem absolute non dicerent malũ. vt igitur/neqꝫ hic absolute dicitur malus/quia non est vitium quicꝙ̃ ipsorum/ sed rationũ cõparatione simile:sic et illi solam existimandum est incontinentiam et continentiam esse:que in ijs est circa que temperantia/ intemperantiaqꝫ versatur. circa aũt iraz per similitudinẽ dicimꝰ. Quapropter et ipsam addẽtes/incõtinẽtem dicimus ire:queãdmodum ꝛ honoris ꝛ lucri.

QUartum capituluz vna questione quinqꝫ conclusionibus/ et vno correlario clauditur. ¶ Questio. An sit aliquis incontinens absolute:an omnes incõtinentes dicantur aliqua ex parte: id est ꝑm quid.

Pria ꝯclo — Prima conclusio. Continentes ꝛ incõtinẽtes/ꝑseuerãtes ꝛ molles circa voluptates atqꝫ dolores versant̃. Hanc conclusionẽ nõ ꝓbat Aristo.

Scda ꝯclo — Secunda cõclusio. Circa delectationes nõ necessarias vite/ quales sunt ire ꝛ lucri/nõ est incontinentia absolute ꝛ ꝓprie dicta. Et ꝑ huius conclusionis ꝓbatione/supponit phs duo esse voluptatũ gñа. Naz aliqua sunt ad vitam necessaria: vt alimẽtũ ꝛ venus. Alia sunt per se expetibilia/quorũ exuperatiões fugiẽde sunt/nec sunt ad vitã necessaria: vt victoria/honores/ꝛ diuitie/ ꝛ his similia. ¶ Differunt aũt incontinens absolute ꝛ incontinens scd̃m quid/eo modo quo homo ꝛ homo vincens in olympia. Nã communis ratio hominis parum differt a ratione hominis vincentis in olympia:est tamen aliquo modo diuersa et alia:sic etiam ratio incontinẽtis absolute parum differt a ratione incontinẽtis ire/honoris/vel pecuniarum:est tamen aliquo modo diuersa. Probatur etia ꝯclo a signo. Nam incontinens absolute non solum vituperatur/quia transgreditur mediuz virtutis: sed etiam quia facit aliquid vituperabile:id est sese cõmittit illis voluptatibus faciendis que hominem a suo statu dimouent:sed incontinentes ire ꝛ pecuniaꝝ solũ vituperant̃:qꝛ sunt transgressores medij ꝟtutis.

Tertia conclusio. Persequens delectatiões superabundantes gustus et tactꝰ:ꝛ fugiens tristicias superabundantes sine quacumqꝫ electione circa quas temperantia et intemperantia versantur simpliciter et sine quocunqꝫ addito / dicitur incontinens. Nam circa predictas delectationes ꝛ tristicias est intemperantia:igitur ꝛ incõtinentia: cuz intemperantia et incontinentia sint circa idem obiectum. — Tertia conclusio

¶ Correlariũ. Licet incontinens ꝛ intemꝑatus sint circa eandem materiã:tamẽ nec incontinens est intẽperatus/nec intemperatus est incontinenens. — Correlariũ.

Quarta cõclusio. Intemperatus est incontinente deterior: ꝓbatur. Nam nõ cupiens aut remisse cupiẽs/exuperationes voluntatum persequitur/et mediocres dolores fugit. Incontinẽs vero vehementer cupiens/ easdem voluptates persequitur: igitur intemperatus qui sine impulsu et vehementia perturbationis delectationes persequitur/longe deterior est incontinente qui easdem delectationes vehementes cum impulsu passionis persequitur. Quid eñ faceret intemperatus si vehemens cupiditas adueniret qui sine cupiditate singula ꝑsequitur. — Quarta cõclusio

Quinta conclusio. Nulla intemperãtia est circa delectationes non necessarias/vel ex natura eligibiles/nec etiam incontinentia simpliciter dicta:licet incontinentia ꝑm q̇d/sit circa huiusmodi delectatiões. ¶ Pro huius cõclusionis ꝓbatiõe / ponit phs diuisionẽ delectabiliũ. Nam quedã sunt delectabilia ex natura sua bona et honesta/vt honores. Alia sunt his contraria/ex natura sua inhonesta et turpia: vt esus carnium humanarum/vel crudarũ. Alia sunt delectabilia media/que scd̃m aliquas circunstantias sunt turpia ꝛ inhonesta:et scd̃m alias sunt honesta:vt appetitus diuitiarum . Circa enim delectabilia que suapte natura sunt honesta/ et etiam circa media/homines nõnũꝙ̃ vituperant̃:non qꝛ illis delectatiõibus vtunt̃:sed qꝛ ꝑter rõnem illis vtunt̃:vt ij q̇ circa honorẽ ꝛ amorẽ filioꝝ magis ꝙ̃ opꝫ/student. Nã hec suapte natura honesta sunt: tñ excessus ꝛ supabũdantie eoꝝ sũt vituperabiles. Hoc ꝓbat Aristo. exẽplo. Nã Niobe ꝓpter nimium amorem erga filios/ aduersus deos ꝯtendebat. Et Satyrꝰ nimio amore patrẽ prosequens/eo mortuo sese precipitauit. Circa hec enim non est intemperãtia simpliciter dicta: qꝛ vnũquodqꝫ horum:id est amorum parentum et filiorum/ est suapte natura expetibile. Nam incontinẽtia simpliciter dicta/non est solum fugienda: sed etiam vituperabilis. Sed predicta delectabilia non sunt vituperabilia ꝑm naturam:igitur circa ea non est incontinentia nec intemperantia simpliciter dicta. ¶ Item:circa hmõi — Quita ꝯclo

delectabilia dicimus/vt intemperātiā ẜm additionē/
vel appositionem obiecti: vtpote incontinentiam ire
vel lucri:qd̄ probat Aristo.exemplo. Naʒ dicimꝰ ali-
quem malum medicum/qui malus non est:sic etiam
dicimus aliquem incontinentem ire/ qui non est incō
tinens simpliciter.

Annotationes ¶ Sequuntur annotationes textus.

¶ Triplicia sunt bona. Quedam sunt suapte natura
expetibilia:vt scientie/honores. Alia sunt suapte na-
tura fugibilia:vt esus carnium humanarū.⁊ alia sunt
media.i.que scd̄m vnam circunstantiam sunt bona:⁊
ẜm aliam/mala:vt diuitie. Aliqñ tamē contingit ex-
cessus circa bona per se ⁊ media:vt patet de Niobe q̄
propter nimiū filioꝝ amorem/vsa est maledictione in
deos. Et Satyrus ꝓpter exuperantē patris amorē/
mortuo prē/sese iteremit. ¶ Niobe vxor fuit Amphio
nis Thebani/cui erant sex filij ⁊ totidē filie: quos su-
pra modū amauit. Sʒ Thebanos Latone dee sacri-
ficantes:duosqꝫ filios habenti:scʒ Apollinē⁊ Dianā/
dicebat Thebanos potius ei debere sacrificare cui
duodeci filij erāt/q̄ꝫ Latone duos filios dūtaxat ha-
benti. Indignati vero dij cōtra Niobē/ipsius filios ⁊
filias occiderunt: ꝓpter qd̄ Niobe dijs ipsis maledi-
xit. ¶ Satyrus quādā puellam venereo amore prose
quens:patrem rogauit vt operā daret/quatinus puel
la potiri potuisset. Cū igitur pater in amorē filij puel
lam impulisset: Satyrꝰ patrē adeo vehemēter ama-
uit:vt patre mortuo sese occideret.

¶ Ca.v. Amplius confirmat incontinentiā:et con
tinentiam absolute circa materiā intemperantie dū-
taxat versari. Nā quum quedā natura delectent/idqꝫ
vel simpliciter vel ẜm certa genera: quedā vero non
natura:sed vel morbus quibusdā/vel consuetudine/
aut natura praua/feraqꝫ hec habenteʒ: q̄ extra fines
sunt vitij vincere/aut vinci non est absolute continen-
tiam/aut incontinentiam:sed per similitudinē vel cuʒ
additione:vt circa iram. Ultimo ꝓpositum infert.

Cum autem quedam / natura
voluptatem efficiāt / quorum
alia simpliciter/ alia generibꝰ
animalium voluptatem/ atqꝫ
hominum afferunt/ quedā nō
natura/sʒ partim ob morbos/
partim ob consuetudinem/partim ob naturas
prauas delectent:licet ⁊ circa horum singula si-
miles habitus cernere. Dico autē ipsos imma-
nes:vt mulierem illam quam grauidas rescin-
dentem/fetus deuorare aiunt/aut qualibus fe-
runt nonullos circa Pontum efferatos homi-
nes delectari.quorum alios inquiunt crudis/
alios humanis carnibꝰ gaudere/alios suos fi-
lios ī cōuiuijs comedēdos mutuo dare/aut id
qd̄ de Phalaride dicitur.atqꝫ hi quidem sunt
habitus ferales. Alij autem quibusdā ob mor
bos/⁊ ob insaniam fiūt.vt qui mactauit matrē/
atqꝫ comedit: quiqꝫ conserui iecur itē comedit.
Alij sunt ex morbo/vel ex cōsuetudine: vt euul
siones pilorum/⁊ vnguium esus/⁊ carbonuʒ/⁊
terre: ⁊ insuper venereorū habitꝰ maribꝰ. Alijs
enim natura:alijs ex consuetudine accidunt.vt
ijs qui a pueritia consuescunt. Quibus igitur
causa est natura:eos nemo dixerit incōtinētes.
quemadmodū neqꝫ mulieres/ q̄ venerem non
agant sed patiātur: pari modo neqꝫ eos qui ob
consuetudinē/morbosve se habent. Igitur sin-
gula quidem horū habere extra fines est vitijs:
quemadmodum ⁊ ipsa feritas. Habentem aūt
vincere aut vinci/non est ea que absoluta est cō
tinentia aut incontinentia:sed ea que per simili
tudinem dicitur. Quemadmodum ⁊ is qui cir
ca iram sic se habet:dicendus est cum affectu/et
non incontinens absolute. ¶ Omne namqꝫ vi-
tium exuperans et dementia/⁊ timiditas/⁊ in-
temperantia/et acerbitas: aut est ferale/aut ex
morbo. Nam qui talis ē natura vt vniuersa for-
midet/etiam si obstrepuerit sorex: timidus est
timiditate ferali.quidam etiam muscipulaʒ ob
morbum pertimescebat.⁊ demētium qui natu-
ra quidem ratione carēt/ sensuqꝫ tantummodo
viuunt/immanes sunt. quales nonnulle natio
nes sunt longe habitantium barbarorum. Qui
vero non natura/ sed ob morbos vt comitialeʒ/
aut insaniam:ij sunt morbosi.fieri autem potest
vt horum aliqua quispiam īterdum habeat tā-
tum:sed non superetur.vt si Phalaris puerū
percupiens comedere/sese detineret:aut ab ne-
fanda libidine abstineret. Fit etiam vt non solū
habeat/verum etiā superetur. Ut igitur ⁊ pra-
uitatum ea quidem que est humana / absolute
dicitur prauitas/alia vero cum additione(fera
lis inq̄/aut ex morbo)et non absolute: sic ⁊ in-
continētia alia est feralis/ alia ex morbo. Abso
lute autē ea est sola que intēperātie humane nō
egreditur fines. Perspicuum igitur est incon-
tinentiam in ijs esse dumtaxat:circa que intem-
perantia/temperantiaqꝫ versat.⁊ in ceteris spe-
ciem aliā incontinentie esse:que quidē nō abso
lute/sed per translationē incōtinētia dici solet.

Quintum capitulum vnica cō
clusione cū confirmatione claudit. ¶ Pri Pria ꝯclo.
ma ꝯclusio. ¶ Circa voluptates nō natu-
rales non est incontinentia simpľr dicta:
sed est incontinentia ẜm quid. Et ꝑ huius
conclusiōis ꝓbatiōe/diuidit Aristo.delectabilia siue
voluptatē afferentia/in delectabilia ẜm naturā/ et in
delectabilia preter naturam. Delectabile suapte na-
tura diuiditur in delectabile simpľr dictum: ⁊ in dele-
ctabile ẜm genꝰ ⁊ naturam aīaliuʒ ⁊ hominū. Simi-
liter delectabile preter naturam/ diuiditur in delecta
bile ꝓpter priuationem rationis / ⁊ ꝓpter cōsuetudi-
nem/⁊ ꝓpter peruersam ꝯplexionē:⁊ quēadmodum
circa ista ponuntur actus/sic possunt poni ⁊ habitus.

¶ Probat

¶ Probat preterea Aristo. feritatē siue bestialitatē circa predicta esse possibilē: ⁊ primo de muliere que alias mulieres pregnātes rescindebat/vt fetus comederet. Similiter nōnulli hoīm circa mare ponticum carnibus crudis: alijs ꝓ carnibꝰ humanis vescuntur: ꝓpriosqꝫ filios in cōuiuijs comedēdos sibi mutuo offerūt. Id etiā qđ de Phalaride tyrāno dr:

No. đ Phalaride tyrāno.

ferale est et immane. Nam tibias hoīm in hospitio receptorum/⁊ longiores suo lecto/abscindebat. Alij habitus ferales hoībus ꝯtingūt propter morbos: vt is qui matrem occidit ⁊ comedit/⁊ item iecur sui cōserui. Alij habitus ferales ex parua consuetudine gignuntur: vt euulsiones pilorū/⁊ esus vnguiū/⁊ carbonum/⁊ terre/⁊ coitus maris cum mare. Predicti eñ habitus quibusdā hoībus ꝯtingunt propter prauam consuetudinē a pueritia/ quibusdā propter prauam ⁊ peruersam cōplexionē.

Quattuor rōnes cōclusionē ꝓbantes.

His suppositis probat Aristoteles conclusionem quattuor rationibus. ¶ Prima ratio. propter habitus inexistētes natura/hoīes nō dicūtur incōtinētes: nec ꝓpter habitus inexistētes a naturali cōsuetudine/quales euenīūt hoībus a pueritia. Nemo eñ dicit mulieres incontinentes/ex eo ꝙ non agunt venerē. i. qꝛ scđm suā naturā ducunt passionibus: quia non possunt suas passiones refrenare et cohibere. ¶ Scđa ratio. Habere in se predictos habitus/est extra terminos vitij naturalis: igitur tales delectationes superare vel a talibꝰ superari/nō pertinet ad continentiam simpliciter dictam: sed ad continentiam scđm quid: quemadmodum quispiā dicitur continens vel incontinens ire / qñ vincit passionem ire: vel quādo vincit ab ea. ¶ Tertia ratio. Omnis prauitas superabūdans. i. excedēs limites humane conditionis: ⁊ oīs insipientia/similiter crudelitas ⁊ timiditas/vel est bestialitas/vel ex egritudine oritur: igit nulla talis est incontinentia simpliciter dicta Nam aliqui sunt vsqꝫ adeo timidi natura: vt oīa eos terreant/ timeantqꝫ etiā strepitū muris: vt quidā timebat ob morbū / casum muscipule. Quidam etiā hoīm dementes sunt natura: qui rōne carent ⁊ intellectu: ⁊ solo sensu viuunt ad instar bestiarum: quales sunt barbari/et longe habitantes a climate nostro. Similiter aliqui ob morbos/ vsu rationis priuantur: ⁊ in insaniā ⁊ epilentiam incidunt. ¶ Quarta ratio probans incontinentiā scđm quid circa predictas delectationes nō naturales versari. Nam cōtingit aliquē habere has delectationes nō naturales. i. pati perturbationes ad delectationes non naturales impellentes/⁊ non vinci ab ipsis: vt si Phalaris tyrānus cōcupiscēs vesci puero/vel abuti abstinuisset. Cōtingit etiā predictas delectationes habere/⁊ eas vincere: igit potest esse continentia et incontinentia scđm similitudinem ⁊ additionē circa predictas delectationes non naturales. Nam quēadmodū illa prauitas dicit intemperantia/qꝛ est humana: ⁊ illa bestialis que est scđm concupiscentias nō humanas/sed bestiales: sic etiā est aliqua incontinentia scđm similitudinem que feralis est: ⁊ aliqua simpliciter que est humana.

Concludit Aristoteles ex dictis cōtinentiā ⁊ incōtinentiā esse circa easdē delectatiōes circa quas sunt tēperantia ⁊ intēperantia. Alia ꝓo est incōtinentia per similitudinē/que circa alias delectationes versari solet.

¶ Annotationes textus.

Annotationes.

¶ Duo sunt voluptatū genera. Una est que scđm se est expetibilis. Altera que scđm genus ⁊ speciē animaliū/hominūqꝫ expetitur. Alia est etiā voluptas nō naturalis/que aliqñ ex morbo: aliqñ ex praua cōsuetudine: aliqñ ex peruersa complexione gignitur. ¶ Phalaris tyrannus crudelissimus fuit: qui tibias hoīm suum lectum egrediētes/abscindebat. ¶ Muscipula est instrumentū ligneū vel ferreū/capiendis muribus aptum. ¶ Morbus comitialis ⁊ epilenticus/idem sibi volunt.

¶ Capi. vj. Probat incontinētiam ire minus esse turpem ꝙ cupiditatū: quū ira quodā modo rationē sequat/ sitqꝫ magis naturalis ac manifesta: minusqꝫ iniusta ⁊ cum dolore. Quum alie sunt incontinentie inhumane: alie humane. circa has intemperantiam dūtaxat esse. Feritatē (licet terribilior sit vitio) minus malam esse.

POst hec autem ⁊ minus esse turpem ire/ꝙ cupiditatum incontinentiam ostendamus. ¶ Ira namqꝫ aliqua ex parte ⁊ non perfecte rationem audire videt: perinde atqꝫ veloces ministri/qui quidem anteꝙ totum id audierint quod dicitur/excurrunt: deinde in agendo aberrant. canes etiam antea ꝙ ꝯsiderent si sit amicꝰ si tantum pulsauerit ostium/latrant. Sic ⁊ ira propter caliditaten/celeritatemqꝫ nature / audita quidem ratione/non precepto autem audito: ad ipsam properat vltionem. ratio namqꝫ vel imaginatio cōtumeliam/aut paruipensionem esse ostendit. illa autem ac si ratiocinatione facta concluserit oportere tali bellū inferre: statim insurgit. At cupiditas si solum dixerit ratio aut sensus hoc afferre voluptatem/pergit ad fruenduz: Quare ira quidē sequitur quodam modo rationem: cupiditas autem non sequitur. turpior igitur est. nam incōtinens quidem ire a ratione quodam modo vincitur: cupiditatis autem non a ratione sed a cupiditae. ¶ Preterea magis est ignoscendum: si quispiam naturales appetitiōes sequatur. quippe cum ⁊ cupiditas tales sequenti / que sunt omnibus communes/et quo ad communes sunt: venia magis detur. At ira atqꝫ acerbitas magis est naturalis/ꝙ ee cupiditates que exuperant/⁊ que non sunt necessarie. Ut qui se excusabat ꝙ patrem pulsaret. ⁊ hic enim dixit suuz patrē pulsabat/⁊ ille suum: ⁊ hic etiam (ostenso puero) cum vir fuerit/me pulsabit. est enim nobis gentile. Et qui trahebatur a filio/sistere iubebat in hostio: ⁊ se eñ patrē eousqꝫ traxisse dicebat. ¶ Preterea iniusti magis sunt ij qui magis occulte ꝓcedunt/ac insidias faciūt.

iracundus igitur non insidias facit/nec ira/sed est manifesta. cupiditas autē contra quēadmodum venerem aiunt. Nam ipsam dolos nectere dicunt. ⁊ Homerus baltheum ipsi tribuit in quo fraudem etiam inesse dicit.
Fraus quoq; inest: q̄ prudentē psepe fefellit. Quare si cupiditas magis sit iniusta q̃ ira: et incontinētia que est circa ipsam turpior erit ea que est circa iram/⁊ absolute incōtinētia/atq; quodā modo vitium. ¶ Insuper nemo vtitur libidine dolens. sed qui facit per iram/dolens omnis facit/qui vero exequitur libidinē/id facit cum voluptate. Si igitur ea sunt magis iniusta quibus irasci magis iustum: et incontinētia profecto que fit ob cupiditatē magis erit iniusta. non est eñ in ira libido. Incontinentiā igitur circa cupiditates/ turpiorē esse incontinentia circa iram/et continentiam atq; incontinentiam circa corporis cupiditates voluptatesq; versari: ex iis que diximus perspicuum iam euasit. ¶ Horū autē ipsarum differentie sunt sumēde. Nam (vt ab initio dixim⁹) alie sunt humane ac naturales ⁊ genere/⁊ magnitudine: alie ferales / alie ob labefactatum principum atq; morbos emergunt. Circa aūt harꝫ tantū modo primas: tēperātia/intēperātiaq; versat̄. Quapropter ⁊ feras nec tēperatas nec intēperatas nisi per translationē dicimus: ⁊ si quo omnino aliud genus animalium ab alio differt petulantia/coitu/voracitateq;. Non eñ habent electionē/nec rationē: sed dimote sunt a natura: perinde atq; homines qui sunt mēte capti atq; insani. ¶ Feritas autem minus est malū/q̃ vitium: sed terribilius est. Non eñ corruptum est id qđ est optimū: vt in homine. sed nō habet. Fit igitur perinde atq; si quispiam inanimatum cum animato compararet/vtrum sit peius. Semper eñ prauitas eius qđ non habet principiū/minus nocere potest. at mens principiū. Perinde est igit̄ atq; si quispiā iniusticiā ad iniustū hominem compararet. est eñ vtrumq; aliquo modo peius. homo namq; malus millies plura mala/ q̃ fera facere potest.

Prima ɔclo

SExtum capl'm duabus conclusionibus claudit̄. ¶ Prima conclusio Incontinētia ire est minus turpis q̃ incontinētia cōcupiscentie. Hec conclusio quattuor rationibus suadet̄. ¶ Prima ratio. Incontinēs ire/aliquo modo licet nō perfecte ⁊ exquisite obtēperat et obedit rationi/et aliqua ex parte vincit̄ passione. Sed ɔtinens concupiscentie/nullo pacto rationi obtēperat: nec eā sequit̄/sed concupiscentiā: igit̄ incontinētia ire minus est turpis q̃ incontinētia cōcupiscentie. Nam iratus audit rationem: quēadmodum serui veloces: q̄ anteq̃ totū negociū percipiāt/excurrūt ad preceptū dñi cōplendū. Iratus etiā cani cōparat̄: qui q̃ primū audit strepitum/emittit latratū anteq̃ discernat an is q̄ aduētat sit amicus/an inimicus: sic iratus audiēs rationem/⁊ nō audiēs neq; expectās rationis deliberationem/statim mouet̄ ad vindictā siue ad vltionē. Ratione sic pbat̄. Nam ratio siue imaginatio/ostēdit irato iniuriā seu contumeliā esse ꝓpulsandā: ostēdit etiam id qđ iratus patit̄/esse paruipensionē ⁊ cōtemptū. ¶ Et ex his cōcludit inferentē iniurias esse ꝓpulsandū: ⁊ anteq̃ clare ītelligat quonā pacto ad vltionē ꝓcedere debeat. Sed ɔcupiscētia/q̃ primū ratio dicit aliq̄d esse delectabile/statim mouet̄ ad illius ꝓsecutionē: igit̄ incontinēs cōcupiscētie turpior est q̃ incōtinens ire. ¶ Scđa rō. Passiones magis naturales ⁊ difficiliores ad supandū/sunt minus turpes/⁊ magis digne venia: sed ira ē passio difficilior ad superandū: ⁊ est magis naturalis q̃ ɔcupiscētia supabundās ⁊ nō necessaria: igit̄ incontinētia ire minus turpis est q̃ incōtinētia ɔcupiscētie. Maior est clara. Nā ipis ɔcupiscentiis q̃to cōiores sunt/tāto facilius veniā dam⁹. Et minor pbat̄ duob⁹ exēplis. ¶ Primū: q̄dā fili⁹ p̄rem verberib⁹ afficiēs/sese excusans r̄ndit p̄rem suū asseruisse se suū p̄rem ꝓpulsasse: ⁊ ille suū. ⁊ hic etiā (ostēso ꝓprio filio cū vir effectus fuerit) me verberib⁹ afficiet. Hoc eñ est nobis ingenitū ⁊ cōnaturale. ¶ Scđm exēplū de filio trahēte p̄rem ad hostiū vsq;: p̄r. ꝟo iussit filiū in hostio sistere/inq̄ens se p̄rem suū nō lōgius traxisse. ¶ Ex iis concludit̄ ɔcupiscentiā ire a parentibus in prolē trāsmitti/esseq; magis naturalē q̃ sit incōtinētia cōcupiscētie. ¶ Tertia rō. Illa incōtinētia est turpior que occultius ⁊ cū insidiis operatur ad nocumentū culpiā inferēdū: sed ira nō occulte/immo apte ⁊ manifeste operat̄: ɔcupiscentia ꝟo dolose ⁊ occulte insidiat̄. Ideo dicūt venerē eē dolosam: ⁊ ipam Homerus baltheū seu corigiā vocat/cui inest fraus siue deceptio: q̄ sapientē psepe fallit. ¶ Quarta rō. Id deterius est ⁊ iniustius cui iustum est magis irasci: sed incōtinentia ɔcupiscentie est hmōi: igit̄ turpior est et iniustior. Minor suadet̄. Nam q̄ per ɔcupiscētiā nocet/infert iniuriā: q̄ ꝟo ꝑ irā nocet/nō infert iniuriā. Nam is q̄ tristat̄ nocēdo/iniuriā nō facit: cū inferēs iniuriā cū delectatione operet̄. Atvero iratus nō cū delectatione operat̄/sꝫ poti⁹ cū tristicia: igit̄ incōtinentia ɔcupiscentie turpior est ⁊ iniustior incōtinentia ire. ¶ Ex dictis ptꝫ incōtinentiā circa corpis voluptates atq; cupiditates (de q̄bus antea diximus) versari. Sed voluptatū differētie sumēde sunt. Naꝫ alie sunt humane ac naturales/gñe et magnitudine differētes. Alie sunt ferales/q̄ aut ꝓpter priuationē rōnis/aut ꝓpter morbos eueniūt: ⁊ circa cōcupiscētias naturales atq; hūanas/tēperātia atq; intēperantia versatur. ¶ Correlarium. Bestie/nec temperantes/nec intēperātes dicunt̄/nisi ꝑ quandā trāslationē. i. similitudinē. Naꝫ aliud aīaliū genus/ab alio discrepare videtur/petulātia/coitu ⁊ voracitate: itē intēperās operat̄ cū electione. Atvero bestie remote sunt ab electione ⁊ rōne: quēadmodū hoīes mēte capti q̄ nec rōnem nec ratiocinationē exercere pñt.

Scđa ɔclo. Bestialitas est vitiū minus malum Scđa ɔclo

nus malum intemperantia: est tamen terribilius. Prior pars probat. Nam in bestiali/id qđ optimum est.i.ratio/nõ est corruptũ: queadmodũ corruptũ est in hoie.i.in intemperato: bestialis tñ non vtitur ipsa ratione. ¶ Scđa ratio. Bestialitas ad intemperantiam cõparat/ queadmodũ res inaĩata ad aĩatam: sed constat aĩatum esse inaĩato deterius: igitur intẽperantia est bestialitate deterior. Minor suadetur Nam prauitas illius qui non habet principium.i.rationem vel intellectũ/minus mala est prauitate habentis rationem ⁊ intellectum. ¶ Tertia ratio. Eo modo se habet bestialitas ad intemperantiam/sicut iniusticia ad hoiem iniustũ: sed homo iniustus/deterior est iniusticia: igit intẽperantia bestialitate est deterior. Nam homo malus/milles plura mala facere potest q̃ bestia.

Annotationes.

¶ Annotationes textus.

¶ Bestie ⁊ insani diuersis modis a natura recedũt dimonenturqꝫ. Nam bestie/sic a natura dimouent/ qꝛ carent illis principijs que necessaria sunt ad bene vel ad male operandũ. Homines vo insani a natura dimouentur/nõ scđm essentiam/sed scđm operationes. Carent eñ operationibus liberis ⁊ recto rationis iudicio. ¶ Duplex est bestialitas. Una que ex actibus liberis voluntatis gignitur: ex quibus etiã emanat habitus: ⁊ nulli cadit in dubiũ talẽ actũ bestialitatis actu intemperantie esse deteriorẽ/⁊ habitum habitu. Alius est bestialitatis actus/qui vel ab egritudine/vel a peruersa cõplexione/vel praua educatione oritur: de qua in presentiarũ locutus est Aristoteles/quã censet minus malã intẽperantia propter defectũ principiorũ/vtpote rationis ⁊ intellect9 est tamen terribilior/quia magis contraria et repugnans nature hominis.

¶ Capi.vij. Questionẽ illã soluit: an temperans sit continẽs. Nam continentiã a constantia: incontinentiam a mollitudine seiungẽs/licet circa materiã temperantie/intemperantieqꝫ versent: harũ omniũ differentiã immiscet. declarat propensiorẽ ad iocum mollẽ potius esse q̃ intemperantẽ. Deinde duas incõtinẽtie species facit: infirmitatẽ/que deliberãti tribuit: temeritatẽ/q̃ celeres ac biliosi sũt incõtinẽtes.

Fit aũt vt circa voluptates doloresqꝫ per tactuz/gustũqꝫ ⁊ cupiditates ac fugas/circa que versari temperãtiam ⁊ intemperantiã prius est definitum: ita sese habeat quispiã / vt aut superet ab ijsipsis que pleriqꝫ superant homines/aut superet ea ipa a quibus pleriqꝫ vincunt. Atqꝫ si circa voluptates ita sese habeat: primo quidem modo incontinens est: scđo autẽ incontinens. Sin circa dolores/primo quidem modo mollis est: secũdo autem constans. In horum autem medio plurimorũ hominũ habitus collocantur: etsi ad deteriores magis declinant. ¶ Quoniã autem quedã voluptatũ sunt necessarie/quedã non necessarie/⁊ vsqꝫ ad quendam terminũ: exuperationes vo defectionesve non sunt necessarie. Et simili modo res sese habet ⁊ in cupiditatibus/atqꝫ doloribus. qui voluptatũ exuperationes/aut exuperãtes/voluptates ob electionẽ atqꝫ ob ipas/⁊ ob nullã rem aliã inde ꝓuenientẽ persequit: intemperans est. hunc eñ non penitere necesse est. quare est incurabilis. quẽ eñ non penitet: is est incurabilis. Qui vo deficit: oppositus est. Atqui qui inter hos medius collocatur: temperans est. ¶ Similiter intemperans est/et qui (non quia vincitur/sed ob electionem) dolores corporis fugit. Eorũ autẽ qui non eligunt/ alius ob voluptatẽ: alius ob eius fugã doloris/qui a cupiditate prouenit/ducitur. Quare inter se differũt. cuilibet eñ deterior esse videbitur: siquis nõ cupiens/aut remisse: quippiã ageret turpe/q̃ vehementer cupiens/et si non iratus pulsaret/q̃ cõcitatus ira. quid eñ ageret: si esset in perturbatione? Quapropter intẽperans incontinente deterior est. at eorũ quos diximus/alter mollitudinis magis subijcitur speciei: alter est incontinens. ¶ Atqꝫ incontinenti quidẽ continens: molli vo constans opponitur. Constantia namqꝫ in resistendo: continentia vo in superando consistit. suntqꝫ diuersa resistere ac superare: sicut aut vinci/⁊ vincere. ¶ Quapropter ⁊ continentia magis/q̃ constantia est expetenda. ¶ Qui aũt aduersus/que pleriqꝫ resistunt et possunt/deficit: is mollis est atqꝫ delitijs defluens (delitie nãqꝫ sunt mollitudines quedã) qui quidem vestem trahit/ne subeat laborẽ tollendi/⁊ cum imitet egrotantẽ: se non putat miserũ esse/qui misero similis est. ¶ Similiter res sese habet/⁊ circa continentiã ⁊ incontinentiã. Non est eñ mirũ si quis a vehemẽtibus exuperantibus/aut voluptatibus/aut doloribus vincitur: quin ignoscendũ est si resistens vincitur tandẽ. vt Theodecti poete Philotetes / a serpente morsus. Aut Carcini Cercyon in Alope: et vt hoies ij/qui detinere risum enitentes/accumulatum illum effundũt: vt accidit Xenophõto. Sed/ siquis ijs quibus multitudo resistere potest: succũbit/⁊ non aduersari potest/non ob generis naturã aut ob morbũ qualis est mollitudo que regibus Scytharũ inest ob genus/⁊ vt femella a maris distat natura. ¶ Uidetur autẽ ⁊ is qui est ad iocum propensior/intemperans esse: est tamẽ mollis. Nam iocus relaxatio est: siquidẽ requies est. qui vo ad iocũ ꝓcliuis est: ex ijs est qui in hac exuperãt. Atqui incõtinẽtie alia est temeritas/alia infirmitas. Quidaz eñ deliberatione facta/nõ persistũt in ijs que

statuerũt ob perturbationẽ: quidã ex eo q2 nõ cõsultarũt/a perturbatione ducunt̃. Sunt em̃ qui ante sentientes ⁊ preuidẽtes: ac seipos/rationemq; excitãtes/non superant̃ a perturbatione/siue voluptatẽ id qđ mouet siue dolorez efficiat/perinde atq; pretitillati nõ titillantur. ¶ Maxime autez celeres/ac biliosi atra bili: temeraria incontinẽtia sunt incõtinentes. Illi em̃ velocitatem: hi ob vehementiam/non expectant rationem: ex eo quia ipsius sunt imaginationis sequaces.

Prima ꝯclo

Septimũ caplm̃ quinq; conclusionibꝰ claudit̃. ¶ Prima ꝯclusio. Habitus ꝯtinẽtie ⁊ tẽperãtie/simĩr incõtinẽtie ⁊ intẽperantie/inter se discrimẽ patiũtur. Pro huiꝰ ꝯclusionis ꝓbatione supponit Aristo. predictos habitus versari circa delectationes ⁊ tristicias/ꝯcupiscẽtias ⁊ fugas/gustus ⁊ tactꝰ. ¶ Secũdo supponit aliquẽ circa predictas delectationes aliqñ vinci perturbationibꝰ: quas multi hoim̃ vincere solent: ⁊ tales efficiunt̃ meliores. Aliqñ contingit hoiem predictas delectationes vincere/a q̇bꝰ multi vincunt̃ ⁊ superant̃/suntq; deteriores. Simĩr censendũ est de doloribꝰ quos multi hoim̃ aliqñ vincũt/qui ꝯstantes dicunt̃: ⁊ a q̇bꝰ etiã multi vincunt̃/qui molles et delicati censent̃. ¶ His suppositis suadet̃ conclusio. Nam q̇ vincit̃ illis delectationibus quas multi hoim̃ vincunt/dr̃ incõtinens: q̇ ṽo eas vincit a quibꝰ multi hoim̃ vinci solẽt/dr̃ ꝯtinens. Silr̃ ꝯtingit circa dolores predictis delectationibꝰ ꝯtrarios. Nam q̇ vincit dolores a q̇bꝰ multi vincunt̃/dr̃ ꝯstãs vel perseuerãs: q̇ ṽo vincit̃ a doloribus quos multi hoim̃ vincere solent/dr̃ mollis. Simili modo ꝯtingit quẽpiã predictas delectationes ꝓsequi. Silr̃ moderatas tristicias fugere: nõ q2 ab ipis vincit̃/sed ex electione: hoc est/ꝓpter liberũ actũ volũtatis: ⁊ nõ ꝓpter aliud superueniens: ⁊ talis dr̃ intẽperatus/q̇ incurabilis est/ex eo q2 ipm̃ nõ penitet: sicut q̇ pcti sui penitudine nõ ducit̃/insanabilis est. Cõtingit etiã aliquẽ deficere/nõ expetẽdo delectatiões necessarias/aut nõ fugiẽdo supabũdãtes tristicias: ⁊ talis extreme opponit̃ intẽperato: mediꝰ aũt horũ ẽ tẽperatꝰ.

Scđa ꝯclo.

Scđa ꝯlo. Intẽperatus est incõtinẽte deterior. Probat̃. Is em̃ q̇ nõ ꝯcupiscẽs/aut parũ cõcupiscẽs opat̃/deterior est eo q̇ ꝯcupiscens aliq̇d turpe opatur. Atvero intẽperatus non cõcupiscens aut parũ cõcupiscẽs/turpe opatur: incõtinẽs ṽo cõcupiscẽs: igit̃ intẽperatꝰ est incõtinẽte deterior. Is em̃ qui nõ iratus aliũ pcutit/deterior est eo q̇ iratus percutit: igit̃ q̇ ꝯcupiscẽs aliq̇d operat̃/minus malꝰ est/q̃ qui nõ ꝯcupiscẽs operat̃. Incõtinentia mollitudini magis cõparat̃: q2 nõ impellit ad moderatã tristiciã ferendã/sed potiꝰ ad tristandũ: sed alter habitus ad intemperantiam reducitur.

Tertia ꝯclo

Tertia ꝯclo. Constãtia siue perseuerantia eligibilior est ꝯtinentia. Nam ꝯtinentia incõtinentie opponit̃. In eoq; cõsistit qđ est vincere passiones ⁊ perturbationes. Perseuerãtia ṽo mollicie opponit̃: ⁊ in eo ꝯsistit qđ est nõ vinci: sed eligibilius est vincere ⁊ superare/q̃ non vinci ⁊ resistere: igitur cõstans perseuerãtia eligibilior est. ¶ Ex eodẽ fundamẽto dinosci potest molliciẽ deteriorẽ esse incontinentia. Nam incontinens a fortiori passione vincitur/q̃ mollis: igitur mollis deterior est.

Quarta ꝯclusio.

Quarta ꝯclusio que oĩa precedẽtia enucleat ⁊ aperit. Non quicũq; vehemẽtius ⁊ fortiꝰ passionibꝰ atq; tristicijs vincit̃/mollis censet̃/vel incontinẽs: sed q̇ superat̃ tristicijs ⁊ delectationibus/quas multi supare pñt. Nã mollis dr̃ delicatus q̇ laborẽ quẽ alij ferũt/ferre nõ põt: vt q̇ vestimentũ ꝑ lutũ trahit/labores fugiẽs ne ipm̃ leuet: talis em̃ mollis est ⁊ delitijs defluẽs: ⁊ imitat̃ egrotantẽ. Nõ em̃ existimat se miserũ esse/cũ misero sit ꝑsimilis. ¶ De incõtinẽtia ꝓbat Aristo. Nõ em̃ mirũ censet̃ si q̇s a supabũdãtibꝰ delectationibꝰ et tristicijs vincat̃: immo ignoscendũ est si talis ꝯtranitẽs/tandẽ superet̃. Hãc partẽ tribꝰ exẽplis suadet phs. Primũ de Philotete a serpẽte pcusso. Scđm exemplũ de Cercyone sup dolore ꝯcepto/de corruptione filie sue Alope. Tertiũ de nõ potẽtibꝰ ab imoderato risu abstiere: q̇ tñ vellẽt diu ꝯtinere. Sed q̇ facilibꝰ ⁊ paruis passionibꝰ succũbunt/⁊ eisdẽ vincunt̃/nõ ob naturã gñis. i. educationẽ vel naturalẽ cõplexionẽ/nec ob morbũ: q̃les fuere reges Scytarũ q̇ molles censent̃/quorũ mores effeminati sunt ⁊ muliebres.

Mouet Aristoteles dubitationem an dans operã ioco siue ludo sit intẽperatus: cui dubitationi rñdens/dicit vacantẽ ludo ⁊ ioco esse mollem: licet videat̃ intẽperatus. Nã dans operã ludo/supabũdat in quiete/⁊ fugit labores: igit̃ est mollis. Añs deducit̃ per diffinitionẽ ludi. Est em̃ ludus remissio siue relaxatio a labore: igit̃ dans opam ludo supabundat in q̇ete/⁊ fugit laborẽ: ⁊ p ꝯñs ẽ mollis.

Quita ꝯclo

Quinta ꝯclusio. Duo sunt incontinentiũ gña. Nã aliqui preuolãtes siue temerarij dicunt̃. Alij ṽo debiles/siue infirmi. Nã quidã incõtinentiũ deliberãt/⁊ ꝯsultãt: sed nõ ꝑsistũt in his q̃ per rõnẽ deliberata sunt ꝓpter vehemẽtez passionẽ eos a deliberatiõe ⁊ ꝓposito diuertentẽ: ⁊ tales dicunt̃ debiles. Alij sunt q̇ ꝯsiliũ ⁊ deliberationẽ rõnis preueniũt/⁊ sequunt̃ passionẽ: ⁊ tales dicunt̃ effrenati/preuolãtes/siue temerarij. Et quidã horũ sunt sanabiles: qđ signo ꝓbat Aristo. Nã quẽadmodũ pretitillantes seipos/nõ titillant̃: nec postea ab alijs mouent̃: qñ titillant̃ in illis ptibꝰ in q̇bꝰ fit ꝯfricatio vel tactus. Sic ꝑsentiẽtes passionẽ/⁊ seipos excitantes per rõnem/ad resistendũ nõ vincunt̃: siue passio eos ĩpellens sit circa materiã delectabilẽ siue tristabilẽ. ¶ Correlariũ. Colerici ⁊ melancolici maxime sunt incontinẽtes scđm incõtinentiã temerariã vel preuolantẽ. Colerici quidẽ ꝓpter velocitatẽ motꝰ colere. Et melẽcolici/ꝓpter vehementiã melãcolie accẽse/nõ expectãt deliberationẽ rõnis: sz sequunt̃ fantasiã.

¶ Annotationes textus.

Annotationes.

¶ Mollis est q̇ leuibꝰ ⁊ facilibꝰ doloribꝰ (quos multi hoim̃ vincere possunt) succũbit ⁊ vincit̃. Sed constans est q̇ equo aĩo eos dolores ꝑfert/a q̇bus multi vĩcunt̃. ¶ In horũ aũt medio/etiã inter incõtinẽtiã ⁊ molliciẽ/multi habitꝰ studiosorũ reponunt̃ ⁊ cõsistunt: licet multi ad deteriores habitus natura impellant̃. ¶ Volũtates necessarie vsq; ad quẽdã terminũ/sunt he q̃ infra limites rõnis sese ꝯtinẽt: quos si trangrediunt̃/ exuperantes sunt ⁊ non necessarie. ¶ Is dr̃ cupiẽs aut remisse cupiens/q̇ hz passionẽ intensam

intēſam vel remiſſam. ¶ Philotetes (de quo Theodectꝰ poeta ſatirꝰ ſcribit) a vipera ꝑcuſſus/ maximū dolorē ꝑferēs/ nitebat̃ plāctū ꝯtinere: tandē doloris vehemētia victꝰ/ clamat vt manꝰ ꝑcuſſa a vipera ꝑſcindat̃. ¶ Cercyon (de quo Carcinus tragicꝰ ſcribit) dolorē ꝯceptum ſuꝑ corruptione filie ſue Alope/ longo tp̄e ꝑtulit: tandē vidēs corruptorē/ ⁊ ꝯſiderās ſe viciſci nō poſſe: victꝰ triſticia/ rogauit vt occideret̃ dicēs ſe tantū dolorē diutiꝰ ferre nō poſſe. ¶ Zenophātus/ gaudiū de fama ſui magiſtratus cōcipiens aliquādiu riſum ꝯtinuit: tandē deuictꝰ/ i immoderatiſſimum riſum effudit ⁊ ꝓſiliit. ¶ Temerarij/ effrenati ⁊ preuolātes/ ſunt q̄ deliberationē⁊ ꝯſiliū rōnis preueniūt/ vincūturqꝫ paſſionibꝰ. ¶ Debiles ſiue infirmi/ ſunt qui deliberationē ⁊ ꝯſiliū rōnis expectāt: in quo non perſiſtunt/ ſed paſſionibus ducunt̃. ¶ Titillatio eſt motus ab aliquo factus in tenerioribus partibꝰ corporis. ¶ Atra bilis eſt melācolia. ¶ Biliosi melancolici ſunt.

¶ Ca. viij. Aliā perfiniēs queſtionē/ ꝓbat intemperantē incōtinēte peiorē eſſe: illūqꝫ nō penitet ꝙ vitiū latet: incōtinēs ꝟo nō eſt abſolute prauus in quo ⁊ virtutis principiū ꝯſeruat̃. neqꝫ em̄ incōtinentia eſt vitium/ niſi aliqua ex parte fortaſſe.

At vero intēperantē quidē nō penitet: vt eſt dictū. In electione nāqꝫ ꝑſiſtit. incontinēs aūt facilis eſt om̄is ad penitentiam: quocirca nō ita res ſeſe habet vt dubitauimus. ſed ille quidē incurabilis: hic aūt eſt curabilis. Vitiū em̄ morbis eſt hiſce ꝑſimile: aque intercuti inquā/ et tabi. incontinētia ꝟo: morbo comitiali. Etem̄ illud/ cōtinua: hec nō ꝯtinua eſt ip̄robitas. ¶ Atqꝫ oīno diuerſum eſt genus incōtinentie/ atqꝫ vitij. Vitium em̄ latet: incōtinentia ꝟo nō latet. ¶ Horū aūt ipſorū ij qui ante rationē ducūtur: meliores ijs ſunt/ q rationē quidē habēt/ nō aūt perſiſtūt in ea. a minore nāqꝫ perturbatione vincunt̃: ⁊ nō abſqꝫ deliberatione/ vt illi. incontinens em̄ ſiſ̄is eſt ijs qui cito fiunt ebrij: ⁊ pauco vino/ ⁊ pauciore ꝙ̄ pleriqꝫ. ¶ Patet igit̃ incontinentiā vitiū non eſſe: niſi aliqua ex parte fortaſſe. Nā hec quidē eſt preter electionem: illud autē cū electione. in actionibꝰ tñ eſt ſimilitudo: vt Demodocꝰ in Mileſios dixit. Mileſij nāqꝫ inſipiētes quidē nō ſunt: ea tñ faciunt que agūt inſipiētes. ⁊ incōtinētes iniuſti quidē nō ſunt: iniuriā tñ faciūt. ¶ Cū aūt alter ſit talis: vt non ex eo q2 eſt ipi ꝑſuaſum/ exuperātes corporis voluptates/ preterqꝫ rationem rectā ſequat̃/ alteri ſit perſuaſuz/ ꝓpterea ꝙ talis eſt vt ipas ſequat̃: illi quidē diſſuaderi facile/ huic aūt haud facile poteſt. Principiū em̄ ip̄m/ virtus quidē ꝯſeruat: vitiū ꝟo corrūpit. id aūt gr̃a cuius/ principiū eſt in actibus: perinde vt ſuppoſitiōes ipſe in mathematicis. Neqꝫ igit̃ ibi docēdoꝝ p̄cipioꝝ eſt ratio: neqꝫ hic. ſed virtus aut naturalis/ aut aſſuetudine parta: cauſa eſt opinādi circa p̄cipiū recte. Talis igit̃ homo tēperans eſt. at cōtrarius eſt intēperans. Eſt aūt quidā aliꝰ: ob ꝑturbationem a recta rōne diſcedēs. quē perturbatio vt nō agat quidē vt recta ratio iubet: ſuperat. vt ſit aūt talis/ vt ipi ſit perſuaſum oportere perſequi voluptates libere/ tales nō vincit. at hic eſt incōtinens qui quidē intēperāte melior eſt. Nec eſt abſolute prauus. cōſeruat̃ em̄ id i ipo/ qđ eſt optimū: principiū inꝙ̄ ip̄m. Alius autē eſt huic cōtrarius: is qui perſiſtit/ ⁊ nō ob perturbationem a ratione diſcedit. Ex his igitur patet hunc quidem ſtudioſum: illum autem improbum habitum eſſe.

Octauū capl'm duabus concluſionibus/ vna dubitatione ⁊ tribꝰ correlarijs clauditur. ¶ Prima cōcluſio ſuperius poſita/ alijs tñ rōnibꝰ ꝓbata. Intēperātia eſt deterior incōtinentia. Hāc cōncluſionē ꝓbat Ariſto. tribꝰ rōnibꝰ. ¶ Prima rō. Is q̄ ſanari nō pōt/ deterior eſt eo q̄ ſanari pōt. At vero intēperatꝰ ſanari non pōt/ cū nō ducat̃ penitētia in electioneqꝫ mala ꝑſiſtat. Incōtinēs ꝟo ſanari poteſt/ cum eū peniteat ſui peccati: igitur intēperātia deterior eſt incontinentia. ¶ Scđa ratio. Intemperantia eſt malicia continua: ⁊ ſimilis eſt continue egritudini/ vtpote intercuti/ ⁊ tabi. i. idropiſi/ ⁊ ptiſi. Incontinentia ꝟo eſt malicia nō cōtinua: ⁊ ſimilis eſt morbo comitiali. i. epilētie: igitur intemperātia tanꝙ̄ aliqđ diſtinctū ab incōtinētia/ eſt ipſa deterior. ¶ Tertia ratio. Intēperātia latet ip̄m intemperantē: cum intēperatus ignoret ſeſe malū propter rationē extinctā ⁊ corruptā: ſed incontinētia non latet ip̄m incontinentē: cum incontinēs habeat rationem rectā: ⁊ ſciat ſe male agere: igitur intēperantia deterior eſt incontinentia. — Prima ꝯclo.

Scđa cōcluſio qua cōparantur ſpecies incontinētie inter ſe. Incōtinentes debiles/ ſunt incontinētibus temerarijs deteriores. Nā incōtinētes rationez habētes in qua nō ꝑſiſtūt/ ſunt deteriores his q̄ rationē nō habēt: ſed incōtinētes debiles rationē habēt in qua nō perſiſtūt: incōtinētes ꝟo temerarij rationē nō habēt. Maior ꝓbat̃. Nā habentes rationē/ vincunt̃ a minori paſſione/ ⁊ male operantur ꝯſulte: temerarij ꝟo vincunt̃ a fortiori paſſione/ ⁊ inconſulte male operant̃. Incōtinentes em̄ debiles his hoībꝰ cōparant̃/ qui cito et a modico vino inebriant̃. ¶ Primū correlariū. Incōtinētia non eſt ſimpl'r vitiū. Correlariū ꝓbatur duabus rationibꝰ. Prima ratio. Nullus eſt vitioſus niſi q̄ cū electione operatur: ſed incontinens eligēs non operatur: igit̃ incōtinentia nō eſt vitiū ſimpliciter dictum. — Scđa ꝯclo.

Soluit dubitationē. Diceret enim quiſpiā incōtinentē ⁊ intēperantē ſiſ̄es operationes exercere: igit̃ incōtinentia eſt vitiū ſimpl'r dictū quēadmodū intēperantia. ¶ Rn̄det Ariſto. ꝙ ſiſ̄itudo — Diſſoluitur dubitatio.

operationū nō arguit incontinentiā esse vitium simpliciter dictū/queadmodū dicebat Demodocꝰ poeta ad Milesios/eos deridens. Milesij (inquit) stulti nō sunt: operanꝫ tñ stulta. Sic etiā incōtinētes mali non sunt: licet iniusta ⁊ mala operenꝫ. Scda ratio probans correlariū. Incontinēs facile est sanabilis: intemperatus ꝟo nō: igiꝫ. Añs deducitur. Nā incōtinēs nō ꝓsequiꝫ supabundātes delectationes corporales suasus/⁊ eo ꝙ iudicat eas esse ꝓsequēdas: intemperatꝰ ꝟo ꝑsuasus/ eas ꝓsequiꝫ: ⁊ talē habitum habet/vt eas iudicet ꝓsequēdas esse: igiꝫ incōtinentia est facile sanabilis cessante passione ꝓpter rationē rectā permanentē in incontinente/que non permanet in intēperato. Nā virtus saluat principiū agibiliū. Est aūt principiū illud grā cuiꝰ virtus saluat rectā existimationē de fine: malicia ꝟo siue itēperātia/illā existimationē corrūpit. Nam quēadmodū in mathematicis ratio nō edocet principia/sed virtꝰ vel naturalis vel assuefactiua: igiꝫ virtus saluat rectam existimationē de fine: vel inclinat ad recte opinandū circa principiū in agibilibus: ⁊ talis dr temperatus: cōtrarius ꝟo intēperatus. ¶ Demū confirmat Aristo. primā ꝯclusionē: ⁊ hec confirmatio pōt poni pro quarta rōne ꝯclusionē ꝓbante. Ratio enī sic formaꝫ. Quicūqꝫ operaꝫ scdm inclinationē passionis/nō ꝙ talis sit ꝙ iudicet oportere ꝓsequi delectationes: sed qꝛ nō agit scdam rectā rationē/est minus malus ꝙ̄ discedēs a recta rōne: qꝛ credit sibi licere ꝓsequi supabundātes delectationes. Sed incōtinēs a passione nō: qꝛ talis est ꝙ credat delectationes exuperātes esse ꝓsequēdas. Intēperatus ꝟo a ratione recedit: qꝛ existimat delectationes supabūdantes esse prosequēdas: igiꝫ incontinens est minus malus intēperato. ¶ Scdm correlariū. Incōtinēs nō ē simplr prauꝰ: ptz. Qꝛ in incōtinēte saluat id qd est optimū in hoie/vtpote principiū agibiliū. ¶ Tertiū correlariū. Continētia est habitꝰ studiosus: ⁊ incōtinentia est habitꝰ prauus. Nā cōtinētia est habitus persistens in rōne. Incontinētia ꝟo habitus est contrarius: igiꝫ vnus est studiosus et alter vitiosus.

Annotationes.

¶ Annotationes textus.

¶ Intēperantia idropisi ⁊ ptisi cōparaꝫ. Incōtinētia ꝟo/morbo epilētico. ¶ Est enī idropisis ꝯtinua oppressio humoris aquei succutanei cū inflāmatiōe et anhelitu fetido. ¶ Ptisis est ꝯtinua egritudo ex inflāmatione caloris prouenīens. ¶ Epilētia ꝟo est morbus ex humore descendēte ex cerebro cōgenitꝰ/ q̄ oppilat vias ⁊ meatꝰ cerebri. ¶ Incōtinētia ꝟo dr vitiū scdm qd: qꝛ nō est habitꝰ electiuus: nec est electio: sed est priuatio actꝰ vel omissio alicuiꝰ opationis quā qs teneꝫ habere/se ꝯformādo recte rationi. ¶ Virtus principiū ꝯseruat. ¶ Est enī principiū in agibilibus/rectū iudiciū quo de fine honesto ⁊ recto iudicamus. ¶ Vitiū vel intēperantia ipm principiū agibiliū corrūpit. ¶ Suppositiōes i mathematicis/ sunt ꝓpositiones cōes q̄ nō egēt ꝓbatione. ¶ Virtꝰ naturalis est rō vel volūtas. Ratio quidē recte iudicans scdm instinctū nature. Volūtas quidē ꝓna est ⁊ ꝓcliuis suapte natura ad bene operandū. Virtus assuetudine parta/est virtus moralis.

¶ Ca. ix. Aliā soluēs questionē declarat absolute ꝯtinētis esse in vera rōne ꝑsistere/aliquo tñ modo in qualibet. Deinde pertinacē describens/a ꝯtinēte separat/inferēs potius incōtinenti similē esse. Docet alios nō persistere in snīa ob honestū. Continentem medium esse probat. Postremo addens intemperātem/ incontinentemqꝫ per similitudinem confundit: differentiam resumit.

Querendū est aūt) vtrū is sit continēs qui quauis in rōne/electioneve perstat: an is qui in recta ꝑsistit? Et vtrū is sit incontinēs: qui nō permanet in quauis electione/ rationeve: an is qui persistit in ratione falsa/⁊ electione nō recta/quēadmodū antea dubitauimꝰ? An per accidēs quidē in quauis: per se aūt in ratione vera/rectaqꝫ electione alter ꝑstat/alter nō perstat? nā si qspiā hoc ob hoc expetit/aut sequiꝫ: ꝑ se qdē hoc expetit atqꝫ sequiꝫ/ꝑ accidēs aūt ipm priꝰ ad qd est ꝑ se: id simplr eē dicimꝰ. quare fit/vt aliquo qdē mō quauis i opiniōe / absolute aūt i vera: alter ꝑsistat/alter nō ꝑsistat. ¶ Sūt aūt qdā i opinione ꝑsistētes: quos ꝑtinaces appellāt. hi nō nisi cū difficultate dimoueri a sua snīa pñt. Et simile qdē qd habēt cū ꝯtinēte: sicut ⁊ ꝓdigus cum liberali/⁊ audax cū confidēte. Sunt aūt in multis ab illo diuersi: continēs enī non mutat sententiā ob perturbationē/atqꝫ cupiditatē. nam cum acciderit/facilē sese offeret recta persuadēti. Illi ꝟo nō a ratione mutanꝫ. nam cupiditates capiūt/atqꝫ a voluptatibꝰ pleriqꝫ ducuntur. Sunt aūt ij pertinaces/qui sue sunt snīe: ⁊ qui sunt indocti/ac rustici. atqꝫ sue sententie hoīes/vt voluptatē atqꝫ dolorē sunt pertinaces. gaudēt enī vincētes si nō e sua sentētia dissuasione vlla dimoueanꝫ. ⁊ dolēt/si sua sint irrita/vt decreta. quare potius sunt incōtinēti ꝙ̄ cōtinēti similes. ¶ Sunt etiā qui nō ob incōtinentiā in snīa non persistūt. Ut Neoptolemus apud Sophoclem in Philotete: quāꝙ̄ ob voluptatē/nō persistit: sed honestum. Erat enī honestū illi vera loqui. ab Ulixe aūt fuerat illi persuasum mētiri. Etenī nō oīs qui ꝓpter voluptatē quippiā agit/intēperans est aut prauus/aut incontinens: sed qui agit ob turpem. ¶ Cū aūt sit ⁊ quidē talis/vt minus ꝙ̄ oporteat/corꝑis gaudeat voluptatibꝰ/nō persistēs in ratione: inter hūc ⁊ incōtinentē/medius ipse continēs collocaꝫ. Incōtinens enī nō persistit in ratione: qꝛ magis ꝙ̄ oportet/voluptatibus delectaꝫ. hic ꝟo nō permanet: qꝛ minus ꝙ̄ opꝫ eisdē gaudet. At ꝯtinēs perstat. et ob neutrū sententiā mutat. ¶ Oportet aūt si continentia sit studiosum: habitus hos vtrosqꝫ cōtrarios/ improbos esse/quēadmodū ⁊ vidētur. Sed qꝛ perpaucis alter hoībꝰ inest/raroqꝫ admodū: fit vt temperantia soli contrariū intemperantie esse

tie esse videtur/sic ⁊ ꝯtinentia soli incontinētie aduersari putatur. ¶ At vero cum ob similitudinem multa dicantur: factum est vt temperans per similitudinē/continens dicatur. Continens em̄ talis est/vt nihil preter rationem ob voluptatē corporis agat: ⁊ temperans etiā talis est. sed ille quidem habet prauas cupiditates: hic autē non habet. Et hic quidē est talis/ vt non delectetur preter rationē: ille vō talis vt delectetur quidem/ sed nō ducatur. similes etiā sunt incontinens ⁊ intēperans: qui quidē diuersi sunt. vterqꝫ em̄ corpis seqtur voluptates. sed alter ⁊ oportere putat: alter nō putat.

Nonum capl'm septē ꝯclusionibus clauditur. ¶ In hoc caplo enodat Aristo. questionē prius motā: an videlicet cōtinentia faciat cōtinentē in quauis opinione ꝑsistere: ⁊ an incōtinētia faciat incōtinentē a quauis opinione disgredi. ¶ Pro huius questionis enodatione ponuntur due conclusiones.

Prima ꝯclo. Prima ꝯclusio. Cōtinēs pōt per accidens in qualibet opinione siue vera siue falsa persistere. Silr incontinens pōt a qualibet opinione dimoueri: sed simplr solū dimouet ab opinione vera. Hanc cōclusionē suadet Aristo. Nam quicunqꝫ eligit aliquid propter aliud/prius eligit per accidēs et aliud per se: igit quis cōtinens in qualibet opinione persistat aliqua ex parte/ ⁊ incōtinēs a qualibet opinione dimoueat: tn̄ ꝯtinens per se/nō persistit nisi in opinione vera: nec incōtinens recedit simpliciter nisi ab opinione vera.

Scda ꝯclo. Scda ꝯclusio. Non quicunqꝫ persistit in opinione sua/ꝯtinens censet. Nā hoies pertinaces ⁊ dure ceruicis persistūt in opinione sua: ⁊ lꝫ habeāt aliquid simile ꝯtinenti: nō tn̄ sunt cōtinentes Tales em̄ cum difficultate sunt persuasibiles. i. non possunt suaderi ad oppositum sue opinionis: quēadmodum cōtinentes magna cū difficultate dimouentur a ratione. Nam quēadmodum prodigus viro liberali/ ⁊ audax viro forti aliqd simile habet: sic pertinaces cōtinentibus. Multū tn̄ a ꝯtinentibus differunt. Continens em̄ nō mutat sententiā ꝑpter perturbationē vel cupiditatē. Similiter ꝯtinens offert se facilē suadenti recta: pertinax vero a ratione non habet difficultatez persuasionis. hoc est/propter rationē nō dimouetur a sua sententia: sed pleriqꝫ eorū ducuntur passionibus ⁊ perturbationibus: ⁊ sic non habent persuasionē a cōcupiscentia: cū ipsam libere assumant ⁊ ea ducantur.

Tertia ꝯclo Tertia ꝯclusio. Pertinaces sunt magis similes incontinētibus q̄ꝫ ꝯtinētibus. Probatur hec ꝯclusio. Nam hi pertinaces censent qui sunt sue sententie/et indocti/et agrestres. Hoies pertinaces ob voluptatē atqꝫ dolorē tales sunt. Gaudent em̄ qꝛ vincunt: si non a sua opinione/ sententiaqꝫ / quauis dissuasione dimoueantur. Afficiuntur etiam tristicia: si eorum opiniones sunt infirme et irrite indocti sunt: quia nolunt aliorum dictis fidem adhibere: agrestres vō: qꝛ moribus hoim non congruunt.

Quarta conclusio. Quis potest nō persistere in opinione sua/nō propter incontinentiā/ sed propter honestum ⁊ virtutis amorez: vt patet de Neoptolemo/de quo Sophocles poeta in Philote te scripsit: qui nō perstitit in his, que fuerāt ei ꝑsuasa ab Ulixe: videlicet ꝙ mētiret ꝑpter salutē patrie: et licet Ulixi aliqn̄ cōsensisset: tn̄ in opiniōe nō permāsit: qꝛ delectabile ⁊ bonū erat ei verū dicere. Qꝛ aūt sit non operatus ꝑpter incōtinentiam/ptꝫ: qꝛ nō ois qui propter delectationē aliquid operatur/est intēperans/prauus vel incontinens: sed is solū qui propter turpem delectationem operatur. Quarta cōclusio.

Quinta ꝯclusio. Continentia est habitus studiosus: similiter incontinentia et habitus ei extreme oppositus/sunt praui. Probatur. Nam continens est medius: ⁊ gaudet delectationibus corporalibus/persistens in ratione: incontinens vero et is qui extreme illi opponitur/non persistūt in ratione: sed vnus exuperat/ et alius deficit circa delectationes corporales. Quīta ꝯclo.

Sexta cōclusio. Licet cōtinentia videatur solum cōtrariari incōtinentie: tamē de facto alteri habitui contrariatur per defectionē. Hoc probat Aristo. Nam tēperātia solū videt cōtrariari intemperantie: licet de facto non ei solū contrarietur/ sed etiā insensibilitati: ⁊ hoc ꝯtingit porpterea ꝙ vitia per defectionē circa delectationes corpales non sunt manifesta/sed rara sunt: vt patuit in. iij. Ethico. Sexta ꝯclo.

Septima ꝯclo. Licet ꝯtinēs aliqn̄ ꝑ silitudinē dicat tēperās: tn̄ de facto null⁹ ꝯtinēs est tēperat⁹. Prior ps ꝓbat. Nā mlta dicunt ſm similitudinē. Nā ꝯtinens ⁊ tēperatus in hoc sunt siles: qꝛ neuter eoꝝ ꝑpter delectatiōes corpales quippiā ꝯ rectā rōnē operat. Scda pars ꝓbat. Nā ꝯtinens hꝫ prauas ꝯcupiscētias: tēperat⁹ aūt nō hꝫ. Scdo: tēperat⁹ nō delectat in voluptatib⁹ preter rectā rōnē: cōtinēs vō delectat: licet nō ducat vi passionū ꝯtra rectā rōnē. Et eodē pacto dicendū est de incōtinēte et de intēperato: quoꝝ vterqꝫ delectationes corpales imoderatas ꝑsequit. In h̄ tn̄ differūt: qꝛ incōtinens nō existimat delectatiōes corpales ꝑsequēdas/imo fugiēdas: intēperat⁹ vō/eas ꝑsequēdas existimat. Septia cōclusio.

¶ Annotationes textus. Annotationes.

¶ Cōtinēs/ꝑ se in opiniōe recta semꝑ ꝑsistit: ꝑ accidēs vō/in falsa aliqn̄ ꝑsistere videt. Ubi summe intelligēdū est ꝯtinētē duos habere act⁹ volūtatis. Unū quo vult opari scdm rectā rationem. alterū quo vult operari scdm hanc rationē/demōstrata ratione quā putat esse rectā: siue sit recta siue falsa/prime snie insistit ꝯtinēs ꝑ se: ⁊ scde ꝑ accidēs. Uerbi cā. Si qspiā existimet bonū eē fornicari: ⁊ ꝑsistat in illa snia/credēs ipam verā eē: talis ꝑ se ꝑsistit in rōne vera: qꝛ iudicat oē bonū eē faciendū. Per accidēs vō ꝑsistit in rōne falsa: qꝛ nō iudicat illam sniam falsam esse.

¶ Capi. x. Soluit questionem que vltima restat. An incontinentis cupiditati prudentia ipsa resistat. Probans non posse eundem prudentem simul et incontinentem esse: quum prudens omnis bonus/ idoneus sit ad agendum: q̄ꝫ est incontinens habilis: ideoqꝫ prudenti similis et semimalignus et non iniustus. Nouissime addit incontinentiam biliosorū facilius curari q̄ꝫ deliberantiū: et eā que per assuetudinem/ q̄ꝫ que natura existit.

At qui neq; fieri potest vt idē sit prudens/atq; incontinēs simul. Est em̄ demonstratū: prudentē simul ⁊ more studiosum eundem esse. preterea non solum ex eo quia scit/prudens est: sed ex eo etiā quia idoneus est ad agendum. at incontinens non est idoneus ad agēdum. habilem autem nihil prohibet esse incontinentem. ¶ Quapropter et interdum nonnulli prudentes esse videntur/ atq; incontinētes: quia differt habilitas a prudentia eo modo quez supradiximus. ⁊ sunt ratione quidez propinqua: electione ṽo diuersa. Nec incōtinens sese habet/vt is qui scit ac contemplatur: sed vt is qui dormit/aut est vinolentus/⁊ sponte sua quidē agit. scit em̄ quodā modo et quid/et cuius gratia facit. ¶ Malignus tamē non est. electio nāq; est bona. Quare semimalignus est: ⁊ non iniustus. nō est em̄ insidiator. nam ipsorum/alter quidem nō persistit in ijs que statuit consultādo. biliosus autem atra bili: nec ad consultādum omnino est aptus. Et similis est igitur incontinens quidē ciuitati/que decernat quidem omnia que sunt agenda/et leges habeat bonas: sed nō vtatur. Ut Anaxandrides facete dixit.

Urbs consultabat/leges que negligit almas.

Malignus autem ciuitati/que legibus quidē vtatur: sed prauis. ¶ Est autem continentia atq; incontinentia/circa id quod multitudinis exuperat habitum. Alter em̄ magis/ alter minus persistit: ꝙ plurimi possunt. ¶ Facilius autem ea curari potest incontinentia: qua biliosi atra bili incontinenter agunt: ꝙ eorum qui deliberant quidem/sed non persistunt. ⁊ ij facilius curari possunt: qui per assuetudinem: ꝙ ij qui natura incontinentes sunt. est enim facilius cōsuetudinē/ꝙ naturam mutare. Ideo enim et consuetudinem mutare difficile est/qꝛ similis est nature. quemadmodum Euenus poeta dixit.

Usus longus mos est ac meditatio crebra
Nunc tandē assero naturam mortalibus esse.

¶ Quid igitur continentia sit/et incontinentia / et quid constantia / mollitudoq; / et quomodo inter sese habeāt habit⁹ hi: iā dixim⁹.

Decimum capitulū quattuor conclusionibus clauditur. ¶ Prima conclusio. Impossibile est eūdem simul prudentem et incontinentem esse: licet multi incontinentes videantur prudentes. Hanc conclusionem probat Aristo. duab⁹ rationibus. ¶ Prima ratio. Om̄is prudēs est studiosus scd̄m virtutē moralē: sed nullus incontinens est studiosus scd̄m virtutē moralem: igitur. ¶ Secunda ratio. Omnis prudēs recte operatur circa agibilia: sed nullus incontinēs recte operatur circa agibilia: cum sit prauus: igitur nullus incontinens est prudens. Probat scd̄am partem cōclusionis. Nihil prohibet habilem ⁊ industriū esse incontinentem: sed habilitas multum conuenit cum prudentia: licet ab ea differat: vt ostensum est in sexto. Minor suadet̄ duabus rationibus. ¶ Nam habilitas naturalis incontinentis scd̄m rationem/ propinqua est prudentie pro ꝙto incontinens extra passionem cōstitutus/habet rectam rationem/quēadmodum prudens: differunt tamen electione: quia prudēs ex electiōe operat̄: incōtinēs ṽo nō electiōe sed passione. ¶ Scd̄a ratio. Incontinēs nō operat̄ vt sciens ⁊ speculās/sed vt dormiens vel vinolētus. Prudens ṽo operatur sciens ⁊ speculans: igitur. Prima ꝯclo

Scd̄a conclusio. Incontinens operatur volens ⁊ ex electione: nec propterea est malus/ sed semimalus. Prima pars probatur: quia incontinens scd̄m aliquid/operat̄ sciens: ⁊ scit aliquo modo quid facit: ⁊ gratia cuius facit: igitur operat̄ volens. Secunda pars probatur tribus rationibus. ¶ Nam electio incontinentis est bona ante passionem: igitur incontinens non est simpliciter malus/ sed semimalus. ¶ Secundo probatur. Nam incontinens non est insidiator. i. non operatur malum ex consilio ⁊ deliberatione. Uel sic. Non est insidiator id est alteri non nocet: igitur non est malus simpliciter. Antecedēs suadetur: quia incontinens infirmus consiliatur/ sed non persistit in ratione: nō propter electionem/sed propter passionem. Continens ṽo preuolans vel temerarius non consiliatur: igitur nullus incōtinens est insidiator. ¶ Tertia ratio. Incontinens similis est ciuitati/singula q̄ agere oportet discernenti et nihil facienti scd̄m leges: quēadmodum Anaxandrides poeta cuidam ciuitati conuicians/ dicebat ciuitatem velle leges: sed eas nec approbare/nec admittere: malus ṽo simpliciter similis est ciuitati malas leges habenti/⁊ eis vtenti. Scd̄a ꝯclo.

Tertia ꝯclusio. Continētia ⁊ incontinentia sunt circa eam materiā que plurimoꝝ hoim facultates excedit: p̄z. Nam continēs magis persistit i rōne ꝙ plurimi hoim: incōtinēs ṽo min⁹ persistit ꝙ multi hoim persistere possint: igitur. Tertia ꝯclo

Quarta cōclusio. Incontinentia temeraria potius sanari pōt/ꝙ incontinentia debiliū: incontinētes etiā per ꝯsuetudinē citius sanant̄ incōtinentibus scd̄m naturā. Prior pars ꝯclusionis probatur per diffinitiones specierū incōtinentie. Scd̄a probatur. Nam consuetudo facilius transmutatur/ ꝙ natura: nam cōsuetudo propterea difficilis est ad transmutandū/qꝛ similis est nature: quēadmodum Euenus poeta dixit sequentibus carminibus/quorum declaratio facilis est. ¶ Ex dictis p̄z quidnā sit ꝯtinentia/et q̇d incontinētia/ q̇d mollitudo/ ⁊ q̇d constantia/⁊ quonā pacto se habeant adinuicem. Quarta cō clusio.

¶ Annotationes textus. Annotationes.

¶ Incōtinens ideo dicitur semimalignus: nam malicia vel vitium/habitus est non sub quocunq; gradu/sed sub gradu multū intenso: ad quē quidē gradū nō pertingit incōtinēs: licet habeat dispositionē ad illum gradū acquirendū: ⁊ sic patet incontinentē non esse malum: id est nō habere illam habitudinez

malicie qua

malicie qua quis mereꝫ dici malus. Similiter ipius incontinentis electio est recta: sed in illa nõ diu persistit: ideo non habet illã maliciã qua quis meretur dici simpliciter malus. Intemperãs vero non est semimalus/sed malus simpliciter: qꝛ habet rationem corruptã ⁊ prauã electionem. Habet preterea habitum ipsum inclinantẽ ad male operandum sine quacunqꝫ difficultate ex parte rõnis. Incontinẽs nõ insidiatur: qꝛ nõ male operaꝫ ex deliberatione ⁊ ꝯsilio.

Prima questio. Primũ notabile. Corelariũ.

CIrca primũ tractatũ huius septimi quero an cuiuslibet virtutis sint tm̃ tres gradus. ¶ Pro huius questionis claro intellectu ẽ aduertẽdũ primo ꝙ gradus ꝟtutis nihil aliud est q̃ꝫ virtus/connotando ordinem ad obiectũ circa qꝺ versatur. ¶ Ex quo sequitur ꝙ nõ est idẽ iudiciũ de gradu virtutis in ordine ad virtutẽ: ⁊ de gradu qualitatis in ordine ad latitudinẽ qualitatis. Nam gradus qualitatis in ordine ad totã latitudinẽ/importat remissionẽ in esse qualitatis. Gradus ꝟo virtutis in ordine ad ꝟtutẽ/ nõ importat remissionem. Est em̃ possibile gradum continentie esse adeo intensum in continẽte sicut gradus temperantie in temperato.

Scðm notabile. Acceptiones ꝯtinẽtie

Aduertendũ scðo ꝙ continẽtia multis modis capitur. ¶ Primo modo vt est habitus inclinans ad cessandum ab omni actu venereo. Hoc modo est species tẽperantie: ⁊ diuidiꝫ in virginitatẽ ⁊ viduitatẽ. ¶ Scðo modo capiꝫ ꝓ habitu quo vincimus delectationes venereas ad opera libidinosa contra rectã rationẽ nos trahentes. Hoc modo põt esse species tẽperãtie: ⁊ diuidiꝫ in castitatẽ virginalem/coniugalẽ ⁊ vidualẽ. ¶ Tertio sumitur pro habitu quo vincimus delectationes ad opera intemperantie que in tactu ⁊ in gustu sunt cõtra rationẽ trahentes. ¶ Quarto modo pro habitu quo vincimus delectationes contra rectam rõnem nos trahentes. ¶ Quinto modo capitur pro habitu quo vincimus delectationes ⁊ tristicias nos cõtra rationẽ trahentes. Hoc modo capiꝫ in proposito/vt est gradus virtutis: ⁊ sic diffinitur. Est habit⁹ quo homo persistit in actu virtutis/vincendo impetũ et cõflictũ passionum. Et capiꝫ adhuc duobus modis. Uno modo vt distinguitur cõtra perseuerantiã: ⁊ sic sunt quattuor gradus virtutũ. Alio modo vt ꝯprehẽdit sub se perseuerantiã vt in proposito. et sicut posite sunt distinctiones de continentia/ita oĩo similes possunt poni de incontinentia: que si cõprehendat sub se molliciẽ/ solum sunt tres species vitiorum. Sed si capiatur vt distinguiꝫ cõtra molliciẽ/sic possunt assignari quattuor gradus fugiendorũ circa mores: scꝫ mollicies/ incontinentia/intemperãtia ⁊ bestialitas.

Tertiũ notabile.

Aduertendũ tertio duas esse incontinentie species/vt aliqualiter tactũ est circa expositionẽ textus. Prima/preuolatio siue temeritas nuncupatur: cum quis insurgente passione non expectat deliberationẽ rationis/sed statim fertur in obiectuꝫ propter motũ ⁊ vehemẽtiam passionis. Et hoc põt duobus modis cõtingere. Primo modo qꝛ quis facile sequiꝫ apprehensionẽ/nõ expectãdo rationẽ/vt colerici. Scðo modo ꝓpter vehementiã apprehensionis in q̃bus est tam vehemẽs apprehensio/ꝙ sine ratione moueꝫ impetu passionis. Alia est incontinentia que debilitas siue infirmitas nuncupaꝫ: cum insurgente passione expectamus deliberationẽ ⁊ cõsilium rationis: nõ tm̃ in ratione persistimus. Et hec scða incontinentia deterior est prima: vt clare ptꝫ ex expositione textus. Talis em̃ incontinens habet rectum iudicium rationis: et vincitur a minore passione. Et prima incontinentia caret consilio et deliberatione. Deterius em̃ est vinci quando habetur consilium/q̃ꝫ sine consilio.

Quarto aduertendum.

Notandũ quarto ꝙ temperãtia capitur quattuor modis. Primo modo pro omni moderatione cuiuslibet passionis exuperãtis. Hoc modo oĩs virtus est temperãtia: ⁊ est modus vel moderatio quã recta ratio ponit in actib⁹ humanis. Isto mõ nõ est virtus specialis/sed generalis. Scðo modo capitur specialius pro noĩe virtutis cardinalis: ⁊ sic significat habitus moderatiuos passionũ nõ arduarũ/neqꝫ difficiliũ: ⁊ comprehẽdit sub se liberalitatem/eutrapeliam/affabilitatẽ/veritatẽ ⁊ ceteras virtutes moderatiuas passionũ nõ arduaꝝ. Tertio modo capiꝫ vt est ꝟtus specialis solũ circa delectationes gustus ⁊ tactus. Hoc modo capitur in tertio huius. Istis tribus modis nõ est hic ad ꝓpositũ de temperantia. Quarto modo capiꝫ pro gradu virtutis: ⁊ est habitus vel actus quo hoĩes impelluntꝫ ad bene operandũ sine impulsu passionis cõcitantis ad oppositũ recte rationis. Similiter virtus capiꝫ duobus modis. Uno modo generaliter pro habitu electiuo nos inclinante ad bene operandũ. Alio modo pro gradu virtutis moralis: ⁊ sic idẽ sibi volunt temperantia ⁊ virtus Sed gradus heroicus est habit⁹ per quẽ homo optime natus/per bonã assuefactionem ⁊ educationẽ põt sibi acquirere habitũ exuperãtem cõem facultatẽ oĩm hoĩm. Et gradus vitij huic oppositus vocaꝫ feritas siue bestialitas/que hoĩem a cõi statu et facultate hoĩm deijcit. Et extinguitur vsus rationis per malam consuetudinem/vel eruditionem/vel complexionem non naturalem.

Quinto aduertendum.

Notandũ est quinto ꝙ virtus ideo dicitur humana/quia est infra limites humane conditionis. Illud autem dicitur esse infra limites humane cõditionis/ad quod homines habentes vsum rationis peruenire possunt per bonam assuetudineꝫ ⁊ eruditionem. Quidam enim hominũ sunt bene nati habentes habilitatem naturalem disponẽtem ad perfectionẽ prudentis/⁊ virtutes naturales ad perfectionẽ virtutũ moraliũ disponẽtes: vt vult Aristo. sexto: ⁊ Cicero libro tertio Tusculanarũ questionũ. Sunt em̃ ingenijs nostris semina innata virtutũ: q̃ si adolescere liceret/ipsa nos ad beatã vitaꝫ natura perduceret. Siꝉr vitiũ illud dꝛ esse infra limites humane cõditionis ad qꝺ hoĩes ꝑ malã ꝯsuetudinẽ et peruersam corpis dispositionẽ facile attingere pñt. Tales em̃ sunt male nati/carẽtes habilitate/habentes prauos mores naturales: dicente Cicerone eodem libro. Nunc autẽ simul atqꝫ editi in lucem ⁊ suscepti sumus in omni continua prauitate/ et in summa opinionum peruersitate versamur: vt pene cum lacte nutricis/errorem suxisse videamur. Fieri enim non põt ꝙ tales qui sunt male nati/ad tantũ perfectionis gradum perueniant: sicut belue nati. Uel si hoc sit possibile propter liberalitatem volũtatis/est tm̃ difficile. Et sic bene nati possunt excedere limites humane conditionis: et male nati/ab illis limitibus deficere. Homo enim naturaliter medius est inter homines ⁊ bestias: ideo virtus illa per quam tendit

extra limites humane conditionis versus deum et intelligētias/dr heroica. Et vitium per qđ deprimit citra illos limites/est bestialitas. Sed si nō exeat limites/hoc ꝯtingit quadrupliciter: vel ꝯsistit in actu virtutis/vincēdo passionē: ⁊ sic est ꝯtinētie gradus circa quācūqꝫ materiā sit: vel sequit illecebras ⁊ delectatiōes inhonestas ꝯtra iudiciū rōnis actualiter dictātis illas esse fugiēdas: sic est incōtinentia vel ꝑ frequētia opa bona moderant passiones/sic ꝙ non notabiliter insurgūt cōtra iudiciū rōnis: et sic est tēperantie gradus: vel sequit ꝯcupiscentias appetitus sensitiui/nō reluctāte iudicio rōnis/ſꝫ quasi iam extincto: ⁊ sic est intēperantia vel malicia seu vitiū que pro eodem gradu reputantur.

Istis notatis ponunt conclusiones.

Prima ꝯclo. ¶ Prima ꝯclusio. Licet sint tm̄ tres gradus ꝟtutū genere distincti: sunt tñ plures distincti specie. Prior pars ꝓbat auctoritate Aristo. in primo caplo huiꝰ septimi. Aliter sic ꝓbat rōne. Nā oēs gradus virtutum significant per hos tres terminos/ꝯtinētia/tēperantia ⁊ gradus heroicus: ⁊ illi tres termini sunt genera subalterna/cū ꝯtineant sub se species: igitur. Scđa pars est clara: qꝛ ꝯtinētie gradus circa materiā tēperātie differt specie a ꝯtinētie gradu circa materiā fortitudinis. ¶ Ex quo sequit plures esse gradus ꝟtutū moraliū ꝙ̄ ꝟtutes morales. Nam in vnaquaqꝫ virtutū moraliū cōperiunt tres gradus. (Correlariū.)

Scđa ꝯclo.

Scđa ꝯclusio. Continētia circa materiā temperātie nō est gradus virtutis distinctus a temperātia: licet circa eandā materiā cōperiat continentie gradus a tēperantie gradu distinctꝰ. Prior pars ꝓbatur. Nam cōtinentia ⁊ tēperātia circa materiā tēperantie sunt eodē modo circa sua obiecta. Scđa pars ꝓbat. Nam cira materiā tēperantie cōperitur gradus tēperantie ⁊ gradus ꝯtinentie: igit.

Tertia ꝯclo

Tertia cōclusio. Licet ꝯtinentie gradus sit ꝟtus/capiēdo virtutē primo modo: nō tñ est virtus/capiēdo virtutē scđo modo. Prior pars probatur. Nam ꝯtinentie gradus est habitus electiuus in mediocritate consistens ⁊c. igit est virtus. Scđa pars ꝓbatur. Nā ꝟtus scđo modo capta/importat absolutionem a passionibꝰ: sed ꝯtinens nō absoluit a passionibus: igitur continentie gradus non est virtus/capiendo virtutem scđo modo.

Quarta cō clusio.

Quarta ꝯclusio. Continētie gradus nō est circa delectationes nō humanas/ vtpote circa esum carniū humanaꝝ. Probat ꝯclo. Nā ꝯtinētie gradus est circa delectationes hūanas a q̄bus si quis vincit/nō deiicit infra limites hūane conditionis: sed vti delectationibꝰ nō humanis/deiicit hoīez infra limites humane conditionis: igitur circa tales delectationes non est continentie gradus.

Quīta ꝯclo

Quinta cōclusio. Temperātie gradus est nobilior ꝯtinētie gradu: similiter gradus heroicus longe nobilior est gradu tēperātie. Probatur sic. Nam excellētius est multas passiones vicisse et post victoriā illarū passionū cōformiter agere ad rectam rationē ꝙ̄ pati impulsum passionis/⁊ ꝯformiter agere ad rectā rationē: sed tēperātie gradus inclinat ad bene operandū post victoriā et conflictum multarum passionū: continentia ꝟo inclinat ad bene operandū / stante conflictu et impetu passionum: igitur temperātie gradus nobilior est ꝯtinentie gradu. Et eodē modo probatur scđa pars. Maior probatur. Nam qui tutius operatur/⁊ sine periculo/ceteris paribus/⁊ maiori delectatione/semper melius operatur: sed temperans tutius operatur: quia non habet impulsum passionis/et delectabilius propter immunitatem a passione: igitur

Sexta cōclusio. Quēadmodū temperans melior est cōtinēte: sic intemperans deterior est incōtinente. (Sexta ꝯclo) Probat cōclusio. Nam quicūqꝫ operatur malū/qꝛ impulsus a passiōe: est minus malus ꝙ̄ qui operat malū/non impulsus a passione: sed incontinens operat malū/qꝛ impulsus a passione. intēperans vero non impulsus/sed libere ⁊ ex electione: igitur intemperatus incōtinente est deterior. Scđo probatur. Non iratus percutiens/deterior est ꝙ̄ iratus percutiēs: igitur non impulsus a passione ad male operandū/deterior est eo qui impulsus male opatur. Tertio probat. Vitium ꝙ̄to difficilius sanatur/est deterius: ⁊ ꝙ̄to facilius sanatur/tanto est minus malū: sed intēperantia difficilius sanat ꝙ̄ incontinētia: qđ probatur. Nam in intēperato principiū agibiliū .i. recta ratio/est corruptū: qđ requiritur ad bene operandū. In incontinente ꝟo/illud principium est sanum/integrū ⁊ illesum: cum incōtinens habeat rectam rationē: ⁊ recte iudicet. igitur intemperatus incontinente est deterior. Ideo Aristo. dicit intemperatum insanabilē: incōtinentē ꝟo sanabilē. Quarto probat. Quicunqꝫ prosequit delectatiōes exuperantes ex libera voluntatis electione/⁊ quia iudicat eas esse prosequēdas: longe deterior est eo qui non prosequitur delectationes exuperantes ex electione voluntatis: nec iudicat eas esse prosequēdas/sed fugiendas. Sed intemperatꝰ ꝓsequit delectationes exuperantes: qꝛ iudicat eas ꝓsequendas esse ex electione. Incontinens ꝟo sequit delectationes exuperantes non ex electione: sed quia permittit se vinci a passionibus: nec iudicat delectationes exuperantes esse prosequendas.

Septima cōclusio. Bestialitas siue feritas/est deterior intemperantia et incontinentie gradibꝰ. (Septīa cōclusio.) Probatur. ꝙ̄to operatio magis recedit a dictamine recte rationis/tanto est deterior: sed operatio bestialitatis magis recedit a dictamine rationis / ꝙ̄ operatio incontinentie / vel intemperantie: igitur. Maior est clara. Nam recta ratio est principium omniū operationū humanarū. Minor probatur. Nam delectationes circa quas est bestialitas/sunt nō humane: delectationes vero circa quas sunt intemperantia ⁊ incontinentia/sunt humane: igitur minus recedunt a ratione.

Octaua cōclusio. Bestialitas est vitium homini possibile. (Octaua cōclusio.) Probatur. Illud vitiū est homini possibile/cuius operationes sunt possibiles: sed operatiōes bestialitatis sunt homini possibiles: igitur bestialitas est homini possibilis. Consequentia est clara cum maiore: ⁊ probat minor. Nam ex mala educatione/vel ex peruersa complexione/vel mala consuetudine/ quis potest exercere actus bestiales: vt patet expressa auctoritate Aristotelis in textu: igitur. Secundo probatur. Nam ratio erronea potest false iudicare bonum esse vesci carnibus humanis et crudis: et voluntas potest se conformare illi iudicio erroneo: igitur potest elicere actum quo vult vesci carnibus humanis et crudis: et ex similibus actibus

libus actibus frequenter iteratis/generatur habitus bestialitatis:igitur bestialitas est hoi possibilis.

Nona ɔclo.

Nona ɔclo. Uirtus heroica est hoi possibilis. ꝓbaꝛ:si vnū ɔtrariorū pōt alicui subiecto inesse/reliquū pōt inesse:sed bestialitas(vt ꝓbatum est in octaua cōclusione)pōt hoi inesse:⁊ bestialitati ɔtriaꝛ gradus heroicus:igiꝛ gradus heroicus pōt hoi inesse. Maior est clara:qꝛ ɔtraria nata sunt fieri circa idē obiectū:vt dicit Aristo.in postpredicamentis:igiꝛ. Qꝛ aūt gradus heroicus ⁊ bestialitas contrariaꝛ/ptꝫ.nā quēadmodū bestialitas deiicit hoiēꝫ infra limites humane cōditionis:sic gradus heroic⁹ eleuat hoiem supra humanā cōditionē:⁊ ipm inclinat ad opa q̄ cōem facultatē hoim excedūt agēda.

Decima cōclusio.

Decima ɔclo. Incontinētia debiliū deterior est incontinētia temeraria. Probaꝛ hec conclusio. Nā q̄ vinciꝛ a minori passione/ceteris parib⁹/ ⁊ nō sine deliberatione vel ɔsilio:deterior est eo qui vinciꝛ a fortiori passione sine deliberatione ⁊ cōsilio rationis:sed incontinēs debilis vinciꝛ a minore passione stāte ɔsilio ⁊ deliberatione rōnis/ꝗ̄ incōtinēs temerarius:igitur est longe deterior.

Undecima conclusio.

Undecima ɔclo. Inter p̄dictos gradus nō de necessitate est ordo naturalis ḡnationis: sic scꝫ ꝙ prius generetur ɔtinentie gradus/anteꝗ̄ gignaꝛ gradus tēperātie aut heroicus. Probaꝛ. Contingit aliquē esse sic educatū a principio natiuitatis ⁊ ita bonis morib⁹ institutū:vt nullas habeat perturbationes ipm ad male operandū impellētes. Nam recta educatio/institutio morū ⁊ bona ɔsuetudo/impediūt ortū passionū appetit⁹ sensitiui:⁊ ꝑ ɔn̄s opationes q̄ ab illo ꝓficiscunꝛ/circa quācūꝗ̄ materiā sint/ad temperātie gradū ptinēt:⁊ nō ad gradū cōtinentie:⁊ per ɔn̄s possibile est aliquē esse prius temperatū ꝗ̄ cōtinentē:⁊ sic inter dictos gradus nō est ordo naturalis ḡnationis. Simil'r ꝓbaꝛ. Nā possibile est aliquē habere gradū heroicū circa aliquam materiā circa quaꝫ nunꝗ̄ habuit actū temperantie gradus. Probaꝛ. Sit aliqs habēs ꝟginitatē in gradu cōtinētie:⁊ habeat istud iudiciū:ꝙ potius moriēdū est/ꝗ̄ sit deperdēda virtus vel integritas corpis. Stāte illo iudicio/volo ꝙ tyrān⁹ offerat ei mortē nisi cōsentiat in actum corruptionis:talis mauult mori/ꝗ̄ facere ɔtra rectā rationē:⁊ amittere integritatem corpis. Tūc volitio mortis ⁊ eius executio est actus heroicus:qꝛ excedit cōem facultatē hoim:⁊ tū talis circa materiā ꝑ qua habet actū/nunꝗ̄ habuit actū temperantie gradus:igiꝛ. Tertio ꝓbaꝛ:quēadmodum ɔtingit in ḡnatione vitiorū oppositorū:sic etiā videꝛ ɔtingere in generatione graduū studiosorū: sed possibile est ꝙ quispiā habeat gradū bestialitatis circa aliquā materiā/qui nunꝗ̄ habuit gradū cōtinentie vel temperantie circa eandē materiā:vt ptꝫ de his qui a principio natiuitatis nutriti sunt veneno/⁊ carnibus crudis/⁊ humanis apud gentes barbaras. Tales eñ habēt actū bestialitatis circa materiā ciboꝝ ⁊ potuū:⁊ tū nunꝗ̄ circa eandē materiā habuerunt actum incontinentie neꝗ̄ intemperātie/ vt de se patet:igitur.

Instantie Prima obiectio.

Cōtra primā ɔclōnē sic instaꝛ. Perseuerantia siue cōstantia est gradus virtutis:⁊ tū inter predictos non enumeraꝛ:igitur sunt plures gradus virtutū ꝗ̄ tres:sed ꝙ specie distinguaꝛ ab aliis gradib⁹/probaꝛ. Nam obiectorū specie distinctorūꝫ actus sunt distincti. Sed obiectū ꝑseuerātie ab obiecto continentie ⁊ tēperantie distinguitur:igitur et actus. Maior est clara:⁊ probatur minor. Nam continens est circa voluptates:perseuerantia vero circa dolores:igitur.

Confirmaꝛ hec ratio. Aliqs est incontinens qui superatur a passione sine electione:vt dicit Aristo. Alius ꝟo est qui superaꝛ a passione volens:sed isti gradus differūt specie circa materiā fugiendorū:igiꝛ dātur duo gradus ɔtinentie distincti specie circa eandem materiam. — Confirmatio.

Ad primā rationē r̄ndeꝛ ꝙ argumētum bene probat plures esse gradus virtutū ꝗ̄ tres distincti genere circa eandem materiā:sed gradus moderatiuus delectationū ⁊ tristiciarū circa idem obiectum/pro eodem gradu computatur. — Responsio ad primam.

Ad cōfirmationē cōcediꝛ ꝙ continētie gradus habet sub se alios gradus distictos specie:vt bene ꝓbat argumentū. Et eodē modo dicatur de incontinentie gradu. Nam aliqua est incontinentia ꝑ electionē. Aliqua sine electione. Nam Aristoteles passim in textu ponēs differentiā inter incōtinentiā et intēperantiam: dicit intemperantē opari cum electione/⁊ incontinentē sine electione. — Ad cōfirmationem.

Sed cōtra hoc replicaꝛ: sequeretur ꝙ esset aliquis actus exterior malus:qui tamen non habet maliciā ab actu interiori:qđ tamen est contra opinionem oim ferme theologorū. Et probatur ɔn̄a de incontinente sine electione. — Replica bona i hac materia.

Ad hoc r̄ndeꝛ distinguēdo sequelā: vel ꝙ sit aliqua opatio exterior mala/cui null⁹ correspondet actus interior/nec positiue/nec priuatiue: ⁊ hoc falsum est. Uel cui nō correspōdet actus interior positiue: et hoc est verū. Uñ incontinēs sine electione tenetur habere actū positiuū cōformē rationi vtpote/nolo fornicari. Imperatiuū finge:⁊ illō actū non habet. Ideo opus exterius/qꝛ priuaꝛ illo actu/ est malū. ¶ Ex quo sequiꝛ ꝙ appetitus sensitiuus pōt mouere membra exteriora sine actu voluntatis. — R̄nsio ad replicam. — Correlariū.

Contra scd̄am conclusionē sic instaꝛ. Omnis virtus circa delectationes gustus ⁊ tactus existens/est virtus scd̄m gradum continentie: igitur circa illam materiā nullus est gradus temperantie vel heroicus. Consequentia est clara: et probatur antecedens. Omnis virtus repressiua passionum/est gradus continentie:sed omnis virtus circa delectatiōes gustus et tactus/est repressiua passionum:igitur omnis talis est gradus ɔtinentie. Maior est clara ex diffinitione gradus continentie:⁊ minor probatur. Nam omnis delectatio est passio:igitur omnis virtus repressiua delectationis est moderatiua passionis. — Contra secundam cōclusionem.

Ad hoc argumentū respondetur dupliciter. Primo: negādo ꝙ omnis delectatio gustus vel tactus sit passio. Nam operatio conformis recte rationi scd̄m omnes circunstātias/est delectatio circa gustum ⁊ tactum:tenendo(sicut vulgo tenent nominales)delectationē vel tristiciā sequentem actū/ non distingui ab actu:⁊ tamen non est passio appetitus sensitiui:quia non moderatur scd̄m aliquā virtutem:sed est actus virtutis.

Secundo respondet ꝙ non est opus ꝙ omnis virtus actu/sit moderatiua aliquarū passionū: sed sufficit ꝙ actu vel ex natura sua. i. nō repugnat habitui virtutis circa quācunq; materiam ꝛ in quocunq; gradu sit/ ꝙ sit moderatiua passionum: si passiones insurgant.

Contra tertiā ꝯclonē.

Contra tertiā cōclusionē sic instat. Continentia ꝛ temperantia nō differūt: igitur continentia est temperātia. ꝯña est clara: ꝛ probat aūs. supponēdo ꝙ Sortes habeat habitū cōtinētie circa materiā ciborum: ꝛ exerceat tot actus bonos/ ꝙ passio non amplius notabiliter insurgat post repressionem passionū ꝛ circa eandē materiā eliciat actus.

Hoc supposito/sic argumētor. Act⁹ sequentes repressionē passionis/ augēt priorē habitum/ꝛ sunt actus scd̄m gradū tēperantie: igit actus gradus temperantie auget habitū cōtinentie: ꝛ per cōsequens habitus continētie ꝛ temperātie gradus non differūt circa eandē materiā.

Si dicatur in illo casu/ ꝙ prior habitus corrumpitur. Contra: constat illud esse falsum. cū actus vnius ꝟtutis nō corrūpat habitū intensum alterius virtutis: ꝛ potissimū circa eandē materiā.

Si dicatur ꝙ manet prior habitus: tunc inclinat ad aliquē actum: ꝛ non nisi ad actū tēperantie: igitur temperantia ꝛ continentia non differunt. Uel si differāt/detur aliquid penes qđ attēdit differentia illorum actuum ꝛ habituum.

Propositiones ponunt pro argumēti enodatione.

Pro hoc argumēto ponuntur propositiones. ¶ Prima ꝓpositio. Predicti gradus nō differunt: qꝛ continētia est cum passione: ꝛ temperātia ꝛ gradus heroicus sunt sine passione. Probatur: nam contingit aliquē gradum heroicum habere secum annexā passionē: ptꝫ. Si quis vellet subire martyrium/impetu passionis eum impellente ad oppositum/talis habet fortitudinē in gradu heroico: ꝛ tñ actui fortitudinis annectitur passio: igitur.

Pria ꝓpositio.

¶ Scd̄a propositio. Isti gradus penes hoc differūt: ꝙ continentia est moderatiua tristicie: vel est diminutiua passionis: ꝛ sic continens operat cum tristicia: temperatus ꝟo operatur cuꝫ delectatione siue firmitate propositi. Heroicus vero operat cum delectatione/ ꝛ cum firmitate ꝓpositi nō desistendi ab actu virtutis propter quodcūq; superueniens vel impediens. Et per hoc ptꝫ q̇d sit dicendū ad argumentū.

Scd̄a ꝓpositio.

Secundo sic argumentor. Incontinentie gradus nō est vitiū: igitur continentia nō est virtus. Consequētia est clara: ꝛ probat aūs auctoritate Arist. in octauo ca. primi tractat⁹ dicētis de incontinēte ipm non esse absolute prauū: ꝛ alibi in decimo cap̄lo/ipm esse semiprauū: igitur incōtinentia non est vitium.

Ad hoc respōdetur ꝙ prima auctoritas intelligit de incōtinente in ordine ad intemperatum. Intemperatus em̄ est absolute prauus: quia habet peruersum iudiciū: ꝛ ex propria culpa ignorat que faciēda sunt/queve fugienda. Incontinens ꝟo habet rectū iudiciū: ideo non est corruptus scd̄m rationem: sed habet principiū agibiliū: est tñ corrupt⁹ scd̄m volūtatē: qꝛ pmittit voluntatē seduci ꝑ passionem. Eodē modo dicat ad aliā auctoritatē.

Sed contra hoc replicatur. Habet Aristoteles in tertio cap̄lo primi tractatus/ ꝙ incōtinens non operatur sciens/ꝛ cōparat incontinentē ebrio vel dormienti habenti sciam habitualē/ꝛ non potenti ea vti: sic em̄ disponuntur hi qui sunt in perturbationibus constituti. i. incōtinētes: igitur precedēs solutio nulla. Mirum est (vt dicūt multi doctores) quidnā voluerit Aristo. hic sentire/cū de facto videatur sibiipsi contradicere. Experientia em̄ docet ꝙ incontinens habet sciam actualē: alr̄s nō esset incontinēs. Nec valet dicere ꝙ incontinēs/habitum ꝛ non actū: intēperatus/nec habitū nec actū habet. Nec valeret dicere ꝙ incontinēs extra passionē constitutus/habet rectā cognitionē agibiliū: non auteꝫ in passione constitutus. Ideo dicendū est ꝙ duplex est vsus scie. Unus est productio actus ab habitu: et hunc vsum scie habēt incōtinentes: qꝛ de facto recte iudicant (vt testat Bernardus) experimento fornicationis. Alius est vsus sciētie/quo ab habitu elicitur actus regulatiuus actuū volūtatis: ꝛ hunc vsum scientie non habent incontinentes: qꝛ non regulant actus voluntatis actu scientie vel prudentie.

Replica.

Nota bene pro intellectu textus.

Cōtra quintā ꝯclonem.

Contra quintā cōclusionē sic instat. Operatio virtutis ꝙ̃to est difficilior/tanto est melior: cum ars et virtus circa difficile versat: vt habet Aristo. in scd̄o Ethicoꝝ: sed actus incontinentie est longe difficilior/ ꝙ̃ actus intemperantie: igitur continentie gradus nobilior est tēperantie gradu. Minor probatur. Nam difficilius est elicere actuꝫ/passiōe impellēte ad oppositū/ ꝙ̃ si nulla passio inesset: sed temperans elicit actum sine quacunq; passione: continens ꝟo cum passione: igitur.

Ad hoc argumentū respōdet ꝙ illa propositio Aristo. intelligitur qñ cetera sunt paria: ꝛ qñ cōparatur vna ꝟtus alteri scd̄m eūdem gradū.

Contra secundā partē eiusdē conclusionis.

Contra scd̄am partē sexte cōclusionis sic instat. Is semper est deterior/qui magis agit contra cōscientiā: sed incōtinens magis agit contra cōscientiā ꝙ̃ intēperatus: igitur incontinēs est intēperato deterior. Maior probat per illud qđ scribitur Luce. xij. cap̄lo. Seruus sciens voluntatē dñi sui et non faciens/plagis vapulabit multis. Et minor ꝓbatur. Nam incontinēs (vt sepe dictū est) habet rectam rationē ꝛ conscientiā dictātem de agibilibus.

Pro hoc argumēto est aduertendū ꝙ in duobus casibus contingit ꝙ is qui operat contra conscientiā recte dictantē/est minus malus ꝙ̃ is qui non operatur cōtra ꝯscientiā. Primus casus: qñ operans contēnit peruestigare quidnā faciendū sit: ne habeat conscientiā remurmurantē: vt ponit magister Martinus. Exemplū. Sint duo aliquid acturi: vnus inuestiget diligenter quidnā agere debeat: ꝛ cognita veritate statim succūbit passioni: alius ꝟo nescit quidnā sit faciendū: nec vult inquirere/ne habeat conscientiā remurmurantē. Secūdus grauius paccat ꝙ̃ primus: ꝛ tamen primus agit contra conscientiam directe/ꝛ nō scd̄s. Scd̄s casus: qñ error q̇ habet de agibilibus/nō solū habet per negligentiā inquisitionis/sed ꝑ diuturnā ꝯsuetudinē peccādi: qñ principiū agibiliū: vtpote ratio/non pōt propter frequētes operationes malas recte iudicare/ꝛ cognoscere que. facienda sunt/queve fugiēda: sicut contingit de intēperato: ꝛ certū est in isto casu ꝙ grauius peccatum est

peccatum est non agere cōtra conscientiam/ꝗ̄ agere cōtra ↄ̄scientiam: ⁊ ꝑ hoc soluitur argumentum.

Scḋa rō

Secūdo sic argumentor. Ubi est minus de ratione/est minus de peccato: q̄ꝛ vbi nulla est ratio/nullum est peccatum: ideo pueri/bestie/insani/ ⁊ ebrij/non peccant: q̄ꝛ nullam habēt rationē. sed intēperatus minus habet de ratione/ꝗ̄ incontinens: igitur intemperatus minus peccat incontinente.

Ad hanc rationem respondetur distinguendo maiorem: vel vbi est minus de ratione propter ignorantiam precedentem / vbi non sumus causa ignorantie: ⁊ sic conceditꝛ maior. Uel vbi est minus de ratione propter ignorantiam sequentem corrumpentem rationem: ⁊ sic negatur maior. Talis eñ ignorantia et priuatio rationis est in intēperato.

Tertia rō

Tertio sic argumētor. Quicūq̄ operatur malum dissuasus/longe deterior est eo qui operatur malum non dissuasus/sed persuasus: sed incontinens operatur malū dissuasus: quia recta ratio dissuadet: intemperatus vero agit malum persuasus: q̄ꝛ persuadetur a passione et a ratiōe erronea: igitur incontinens deterior est intemperato.

Pro hoc argumento est aduertendū ꝙ duplex est suasus. Unus est probabilis/qui fit a natura rei / vel ab apparentia illius rei que suadetur. Alius est suasus non probabilis/ qui gignitur ab aliquo non ex natura rei/nec ex apparentia rei que suadetur/sed ex corruptiōe principij agibiliū: vtpote rationis: et illa corruptio aliquando fit a complexione: vt in male natis pronis ad insaniam/vel ad inaniam: ⁊ aliquādo fit ab egritudine. Aliquando a malis actibus volūtatis: ⁊ sic deterior est qui operatꝛ suasus suasione improbabili/ ꝗ̄ qui operatur dissuasus dissuasiōe vera. ⁊ ꝑ hoc pꝫ q̄d sit dicendum ad argumētū.

Contra septimā conclusionem

Contra septimam conclusionem sic instatur. Habet Aristo. in textu incontinentiam deteriorem esse bestialitate: igitur conclusio est minus bene assignata: hoc pꝫ ex sexto capitulo p̄mi tractatꝰ.

Responsio

Ad hoc argumentum respōdent aliqui ꝙ philosophꝰ in dicta auctoritate comparat actū factum a bestijs / qui fit preter rationem et voluntatem/actui facto ab intemperatis: cui aliquādo infuit recta ratio: sed nunc est corrupta: sed constat hoc esse falsum: quia actus bestiarum non est vitium morale: sed potius naturale.

Alia rn̄sio

Ideo aliter respondendum est: ꝙ duplex est operatio bestialitatis. Una que fit a praua cōplexione: vel a mala educatiōe. Altera que fit ex malis actibus voluntatis libere elicitis ⁊ corrumpētibꝰ rectam rationem. Aristo. vero comparat actum incōtinentie vel intemperantie qui fit a peruersa complexione/vel a mala educatione/actibus bestialitatis libere genitis: et non est dubium quin actus intemperantie sit longe deterior actibꝰ bestialitatis primo modo accepte: quod patet. Nam actus quāto minus est voluntarius/tanto est minus malus. Sed actus bestialitatis primo modo accepte/est minus voluntariꝰ ꝗ̄ actus incontinentie vel intemperātie: igitur est minus malus: talis tamen actꝰ (vt dicit philosophꝰ) est magis terribilis/quia innaturalis.

Hoc intelligendum est ceteris paribus

Contra octauam conclusionē sic instatur. Si bestialitas esset homini possibilis/ ꝟ ideo esset q̄ꝛ eēt circa delectabilia non naturalia: sed nulla sunt talia: igitur nullum est vitium bestialitatis. Cōsequētia est clara cum maiore: ⁊ probatur minor. Nā omnis delectatio producitur ex conuentione obiecti conuenientis cum potentia: sed nulla delectatio non naturalis est homini conueniens: igitur circa delectabilia non naturalia non debet poni aliquod vitium.

Pro hoc argumento aduertendū est ꝙ dupliciter intelligi potest obiectum coniungi cum potētia. Primo modo ꝭm naturam obiecti/et per se / ⁊ debite: ⁊ sic ex illa conuentione (quando mediocris est) ꝓducuntur actus moraliter boni. Sed quādo est excedens vel deficiens/producūtꝛ actus vitiosi. Alio modo contingit obiectum coniungi cum potentia/nō per se et scd̄m suam naturam: sed propter corruptionem potētie. et hoc mō ꝓducūtꝛ in nobis actꝰ bestialitatis. Et ꝑ hoc pꝫ quid sit dicendū ad argumētum.

Cōtra nonā ↄ̄clonem

Contra nonam conclusionem sic instatur. Nullus est gradus heroicus: igitur dicta non quadrant. Consequentia est clara: et probatur antecedens. Nā si aliqua talis virtus esset/ inclinaret hominem ad ea opera exercenda que excedunt communem facultatem hominū: sed nulla sunt talia: igitur nullus est gradus heroicus. Cōsequentia tenet cum maiore: ⁊ probatur minor. Homines possunt exire in omnem actum/ quem recta ratio potest dictare esse faciendū/vel propter honestatem actus/vel propter bonum publicum/vel propter amorem dei: sed recta ratio scd̄m suam naturam potest dictare virtutem nō esse deserendam propter mortem: igitur volūtas pōt conformiter ad illud dictamen elicere actum imperatiuum executionis mortis.

Pro hoc argumento aduertendū est ꝙ dupliciter intelligi potest ꝙ aliquid excedat cōem facultatem hominum. Primo modo: quia homines scd̄m suam naturam / etiam adiuti habitibus: non possunt illū ꝑtingere: ⁊ sic clarū est nullū esse actū heroicū. Alio mō aliq̄d excedit cōmunē facultatē hominū: q̄ꝛ cōiter hoies ꝭm suā naturā nō adiuti habitibus/nō pn̄t illud ꝑtingere: sed bn̄ nati ⁊ habētes prōptitudinem naturalem ad operandum/ possunt illud pertingere. Hoc modo virtꝰ heroica est homini possibilis. Et per hoc pꝫ quid sit dicendū ad argumētū.

Contra decimam conclusionem instatur. Ignorantia crassa auget pctm̄: sed in incontinentia temeraria/est ignorantia crassa: igitur eorum pctm̄ augetur: ⁊ est maius peccato incōtinentie debilium. Maior est clara: ⁊ minor ꝓbatur. Nam incontinens incontinentia temeraria/ non vult scire ea que scienda sunt/vt recte agat: igitur habet ignorantiam crassam ⁊ supinam agibilium.

Ad hoc argumentum dupliciter respondetur. Primo: negando ꝙ incontinēs incontinētia temeraria/habeat ignorantiam crassam. Nam licet ignoret ea que facienda sunt actu: tamen illa ignorantia nō ꝓuenit ex libertate volūtatis/neq̄ ex aliqua segnicie: sed propter impulsum passionis. ¶ Aliter respondetꝛ ꝙ licet ignorantia crassa augeat pctm̄: tamen scientia vel cognitio magis augmentat: q̄ꝛ nō omnis ignorantia/pctm̄ aggrauat: licet ois scientia.

Contra vndecimam cōclusionem sic

instat. Oportet passiões appetitꝰ sensitiui esse moderatas anteq̃ quis reddatur perfectus: igitur gradus heroicus presupponit gradum continentie.

Ad hoc respondetur ꝙ argumẽtum bene ꝯcludit ꝙ hoc est regulariter verũ: sed non oportet ꝙ ita contingat vniuersaliter. Vel dici põt aliquos esse bene natos ⁊ ꝓniores suapte natura ad virtutes q̃ ad vitia: ⁊ in talibꝰ põt haberi gradus tẽperantie anteq̃ habeat gradus continẽtie nisi natura a iuuentute ꝑuertat mala consuetudine. Alij sunt male nati ꝓniores ad vitia q̃ ad virtutes: ⁊ tales habent ꝑturbatiões eos ĩpellentes ad male oꝑandum: ⁊ in talibꝰ regulariter gradus continentie / gradum temperantie et heroicum precedit.

Dubitatur circa predicta an idem sit prudens et incontinens.

Ad hoc respondet Aristo. ꝙ impossibile est eundẽ esse incontinentẽ et prudentẽ: qꝺ ꝓbat tribꝰ rationibꝰ. ¶ Prima. Oportet prudentẽ esse studiosum moribꝰ: sed incõtinens non est studiosus moribus: igiť idem nõ est incontinẽs ⁊ prudẽs. ¶ Scꝺa ratio. Nõ ꝓpterea quis ꝺr prudens: q2 ꝑcise recte iudicat: sed q2 idoneus est ad bene operandũ: sed incõtinens nõ est idoneus ad bene oꝑandũ: igiť incõtinẽs nõ est prudẽs. ¶ Tertia rõ. Si scia vel prudẽtia ĩest / impossibile est q̃dpiam aliorum vincere: igitur cũ prudentia non est incontinentia.

In oppositũ tñ argumẽtoꝝ. Nã incõtinẽs habet rectã cognitionẽ agibiliũ: ꝫ recta cognitio agibilium est ipsa prudentia vel actus prudentie: igiť icõtinẽs est prudẽs. ¶ Pro dubitatiõis ĩtellectu.

Est aduertendũ duplicẽ esse prudentiam. Nã vna est iꝑfecta / ⁊ ꝯsistit in recta cognitiõe agibiliũ / reclamantibꝰ appetitu / seruo ⁊ voluntate: ⁊ cum ista prudẽtia stat incõtinẽtia: al's tolleretur rõ incõtinẽtie: ⁊ hoc clare ꝯcludit argumentũ post oppositũ. Alia est prudẽtia ꝑfecta: ⁊ cõplectitur rectã cognitionem agibiliũ: ⁊ cũ hoc ꝯformitatẽ voluntatis / ⁊ appetitus sensitiui ad rectã rationẽ. Et de ista prudẽtia loquitur Aristo. in textu / cũ qua non põt stare incontinentia: vt bene ꝓbant ratiões philosophi. Et per hoc patet quid sit dicendũ ad rationes ⁊ ad dubiũ.

¶ Et hec de primo tractatu septimi Ethicorum.

Tractatus Secundus.

¶ Cap. j. Ostendit ciuili philosopho de voluptate ac dolore tractandũ esse. Tres opiniones ponit. Nullam voluptatem bonũ videri quasdã bonas: ceteras prauas. Licet oẽs sint bone. Nullam tñ esse summũ bonũ. Deinde harum opinionũ rõnes affert.

AD ipsum aũt ciuilẽ philosophuz ꝑtinet / de voluptate ꝯtẽplari / atq̃ dolore. Hic eniz achitectus est finis: ad quẽ videtes / vnũquodq̃ aut malum aut bonũ simpliciter dicimus. ¶ Insuper et necessariũ est de ipsis ꝯsiderare. et virtutẽ em̃ moꝝ et vitiũ circa dolores / voluptatesq̃ posuimꝰ. Et felicitatẽ plurimi cũ voluptate asserũt eẽ. ¶ Quibusdã igiť nulla voluptas aut ꝑ se / aut ꝑ accidens bonũ esse videť. Nõ em̃ idẽ bonũ eẽ putãt ac voluptatẽ. ¶ Quibusdã / nõnulle qdẽ bone: plereq̃ autẽ praue eẽ videnť. ¶ Sũt ⁊ q tertio cẽsent: ⁊ si oẽs sunt bone / summũ tñ bonum voluptatẽ esse non posse. ¶ Nõ bonũ igiť oĩno esse putatur: q2 oĩs voluptas / generatio est sensibilis ad naturã. generatio vero nulla: genꝰ idẽ subit qꝺ fines. nulla em̃ edificatio domus est. ¶ Preterea vir tẽperãs fugit ipsas voluptates. ¶ Preterea prudens persequiť vacuitatẽ doloris: nõ id qꝺ afficit voluptate. ¶ Preterea voluptates impedimẽto prudẽtie sunt. atq̃ quo magis hisce qspiã gaudet: eo magis ĩpediť. vt in venerea fit voluptate. nemo namq̃ dũ est in illa: mẽte qcquã ꝑspicere põt. ¶ Preterea ars nulla est voluptatis. ⁊ tñ oẽ bonũ: artis est opus. ¶ Insuꝑ ⁊ pueri / ⁊ fere: ipas voluptates sequunť. ¶ Nõ esse aũt oẽs studiosas existimať: q2 sunt et turpes atq̃ infames. Et q2 afferũt detrimentũ. eoꝝ em̃ q̃ voluptatẽ efficiunt / nõnulla pariũt morbos. Ex eo vero voluptas summũ bonũ non esse putať: quia nõ est finis / sed generatio. Hec igitur fere sunt que de voluptate dicuntur.

PRimum capituluz vna ꝯclusione cũ varijs opinionibꝰ claudiť. ¶ Prima conclusio. Ad phm moralem pertinet de voluptatibus atq̃ doloribꝰ ꝑtractare. Hec ꝯclo tribꝰ rõnibꝰ ꝓbať. ¶ Prima rõ. Delectatio siue voluptates est finis principalis / ad quẽ respiẽtes / vnũquodq̃ bonũ aut malũ dicimꝰ esse: ꝫ de tali fine ꝑtinet ad phꝫ moralẽ ꝯsiderare / igiť. ¶ Scꝺa ratio. Virtus moralis siľr ⁊ vitiũ / sunt circa delectatiões et tristicias: vt visum est in scꝺo Ethicoruz. At vero ad phm moralẽ ꝑtinet ꝟtutũ ⁊ vitioꝝ ꝯsideratio: igiť voluptatis et doloris. ¶ Tertia rõ. Ad phm moralẽ ꝑtinet felicitatis cõsideratio: sed multi posuerũt felicitatem aut esse delectationẽ / aut nõ esse sine delectatiõe. Citat Aristo. tres opiniões de voluptate. ¶ Prima asserentiũ voluptatẽ non esse bonã / nec ꝑ se nec ꝑ accidens. ¶ Scꝺa opinio: alique voluptates sunt bone: ꝫ q̃plurime sint praue. ¶ Tertia opinio. Licet oĩs voluptas sit bona: tñ nulla ẽ summũ bonũ. ¶ Subdunť sex rõnes primã opinionẽ ꝯfirmãtes. ¶ Pria rõ. Nulla gñatio siue motio est, summũ bonũ: sed oĩs delectatio ẽ motio alicuiꝰ sensibilis: igiť. Minor ꝓbať. Nam nulla edificatio est domꝰ: igiť nulla gñatio est vltimꝰ finis. Scꝺa rõ. Tẽperãs fugit voluptates: igiť voluptas nõ est summũ bonũ. Nullꝰ em̃ studiosus summũ bonũ vel id qꝺ ad summũ bonũ ꝯsequendũ ordinať / fugit. ¶ Tertia rõ. Vir prudẽs nec voluptates nec dolores ꝑsequiť: igiť nec voluptas vel dolor est summuz bonũ. ¶ Quarta rõ. Voluptas est impedimento prudẽtie: ⁊ quo maior est / eo magis prudẽtiã impedit: vt ꝯtingit in voluptate venerea. Nemo em̃ dũ in illa ꝑseuerat /

Pria ꝯclo

Varie de voluptate opiniones.

uerat/ q̄cq̄ clare intelligere pōt. ¶Quinta rō. Oē bonū est opus alicuiꝰ artis: sed nulla voluptas est opꝰ artis: igit̄ nulla voluptas est bonū. ¶Sexta rō. Pueri ꝛ fere non habētes ratonē nec rectū vsum voluptatis/ ipas delectatiōes ꝓsequunt̄: igit̄ delectatiōes nō sunt de numero bonoꝝ. ¶Scd̄a opinio confirmatur duabꝰ rōnibꝰ. ¶Prima rō. Alique delectatiōes sūt turpes ꝛ infames: igit̄ nō oēs sunt bone. ¶Scd̄a rō. alique delectatiōes afferunt hoībꝰ nocumentū: qꝛ gignūt morbos/ ꝛ q̄plurima alia corpꝰ atterētia: igitur alique delectatiōes sunt praue. ¶Tertia opinio vnica rōne corroborat̄. Nulla delectatio est finis: lꝫ sit generatio ad finē: igit̄ nulla delectatio ē bonū naturale: cū finis sit bonū suapte natura. ¶Hec igit̄ sunt q̄ ab antiquis de voluptate et dolore in mediū adducūtur.

Annotationes ¶Sequuntur annotationes textus.

¶Bonum per se/ est bonū suapte natura expetibile. ¶Bonū ꝑ accidēs/ est qd̄ gr̄a alteriꝰ expetit̄. ¶Generatio sensibilis ad naturaꝫ/ est oꝑatio ex qua nata est gigni aliqd̄ ipaꝫ naturā ꝑficiēs. ¶Uacuitas doloris duobꝰ modis sumi pōt. Uno mō positiue: ꝛ sic vacuitas doloris est delectatio dolorē vacuās. Alio mō priuatiue: ꝛ sic vacuitas doloris est potētia nō habēs in se dolorem/ siue habeat voluptatē siue nō

¶Cap̄. ij. Distinguit absolute bona: ꝛ alicui bona. item bonorum aliud oꝑationem/ aliud habitum esse. Deinde soluit rōnes opinionū antedictarum.

Non effici aūt ob ea q̄ dicta sūt/ vt voluptas bonū nō sit/ nec id qd̄ est optimū: ex hisce sane cōstabit. primū nāqꝫ cū bonuꝫ sit duplex (est eñ aliđ absolute: aliđ alicui bonū) ꝛ nature ipe/ ꝛ habitus hec sequent̄. Quare sequent̄ ꝛ motꝰ/ ꝛ gn̄ationes. ¶Atqꝫ earū q̄ praue vident̄ esse: quedā sunt simpl'r praue/ alicui vero nō sunt/ sꝫ expetibiles huic. quedā nec huic: sed nōnūq̄ et t̄pe paruo/ expetibiles vero nō sūt. quedā neqꝫ voluptates sunt/ sed vident̄: que sunt cū dolore/ ꝛ medicaminis gr̄a/ quales sunt egrotantiū. ¶Preterea cū bonoꝝ aliud sit operatio/ aliđ habitus: oꝑatiōes q̄ ad naturalē cōstituunt habitū/ ꝑ accidēs afficiūt voluptate. Est igit̄ operatio in cupiditatibꝰ restātis habitus atqꝫ nature. nā ꝛ sine dolore/ cupiditateqꝫ sūt voluptates: vt oꝑatiōes contēplandi/ nō deficiente natura. ¶Signum aūt est. q nō eisdē gaudēt homines: cum replet̄/ ꝛ cū est cōstituta natura. sed cū est constituta ijs q̄ simpliciter afficiunt voluptate: cū replet̄/ ꝛ cōtrarijs. nā ꝛ acribꝰ gaudēt/ ꝛ amaris: quoruꝫ nihil prorsus aut natura/ aut simpliciter afficit voluptate. quare nec voluptates. Nā vt ea que voluptatē efficiūt/ inter sese distāt: sic et voluptates ee que ab illis ꝓueniunt. ¶Atq nō necesse est aliquid aliud esse ꝓstabilius voluptate: vt quidam inquiūt generatiōis ipsius finem. Non enim generatiōes/ neqꝫ cum generatiōe sunt oēs: sed oꝑationes ꝛ finis. Nec eueniunt dū fiunt: sed cum fit vsus. nec omniuꝫ est finis aliud quicq̄: sed earum que ducunt ad perfectionē nature. Quapropter ꝛ nō bene sese habet/ voluptatē dicere generationē esse sensibilem: sed dicēdum est potius operationē eius habitus esse/ qui est scd̄m naturā/ ꝛ pro hoc sensibilem/ sine impedimento. Uidetur autē ex eo generatio quedā esse: quia est proprie bonum. Operationeꝫ eñ generationē esse existimāt. est autem diuersum. ¶At vero si voluptates esse prauas ex eo censent/ quia nonnulle rerū afferētium voluptatem morbos efficiunt: idem et in salubribus rebus censebunt. nōnulle nāqꝫ obsunt pecuniarie rei. hoc igitur pacto praue sunt ambe. At non sunt ob idipsum praue. nā obest interdum ad sanitatē ꝛ contemplatio. ¶Impedit aūt neqꝫ prudentiā neqꝫ habitū vllū voluptas ea que ab vnoquoqꝫ prodit: sed aliene. Nam ee voluptates que ad contemplationem emergunt ꝛ disciplinam: conferūt potius ad cōtemplandū/ atqꝫ discendū. ¶Id p̄terea quod dicitur nullā vllius artis opus voluptatē esse: cum ratione accidit. nec eñ vlla alia oꝑatio artis est/ sed potentie: quanq̄ ꝛ vnguentaria ars/ ꝛ coquinaria/ voluptatis esse videtur. Temperantem autē fugere voluptatem/ et prudentem sequi vacuitateꝫ doloris/ pueros deniqꝫ persequi/ beluasqꝫ/ afficientes res voluptate: eodem omnia modo soluūtur. Nam cum voluptatum (vt dictum est) alie sint absolute bone/ alie non bone: tales voluptates tam pueri q̄ belue persequūtur: ꝛ harū indolentiā prudens: quas cupiditas comitatur/ ꝛ dolor/ queqꝫ corporis sūt. He namqꝫ tales sunt et harum exuperationes quibꝰ intēperans/ intēperās est. ꝓpter has tēperās fugit. Nā sunt voluptates ꝛ tēperātis.

Secundum capitulū vna conclusione/ quattuor suppositionibꝰ ꝛ solutionibꝰ argumētoꝝ ꝓbantiū voluptatē nō esse bonū claudit̄. In hoc capl'o ostēdit Aristo. ꝑcedentes rationes de voluptate nihil concludere.

Prima ꝯcl'o. Predicte rōnes et opiniones non cōcludunt voluptatē nō esse de genere bonoꝝ/ nec ipsam voluptatē esse summū bonū. ¶Et ꝑ huius ꝯclusionis ꝓbatiōe/ ponit quattuor suppōnes. — Pr̄ia ꝯcl'o — Quattuor suppōnes

Prima suppō. Duplex est bonū: aliđ est bonū simpl'r. Aliud est bonū alicui: id est bonū apparēs. Similiter natura et habitus/ motiones et generationes/ eodem modo diuiduntur.

Scd̄a suppō. Prauarū delectationū quedā sunt praue in se ꝛ absolute: alicui autē nō sunt

praue/vtpote vitioso: vt mechari/est praua delectatio absolute: videt̃ tñ bona intem̄pato. Alie sunt delectationes nulli semꝑ eligibiles/sed aliqñ ⁊ in pauco tꝑe: vt/comedere supra saturitatē/nulli videt̃ bonū semꝑ: sed est prauū: apparet tñ bonū ꝓ pauco tēꝑe: vt cū q̄s esurit. Alie sunt delectationes apparentes/q̄ ſm se et absolute nullā habēt voluptatē/⁊ fiūt cū tristicia grā medicaminis vel melioris boni cōsequēdi ſm apparētiam/quales sunt delectationes egrotantium: vt/occidere se/videtur delectabile Didoni.

Tertia suppositio. Bonorum aliud est operatio: aliud habitus.

Quarta suppositio. Operatiões constituētes habitū naturalē/sunt delectabiles per accidēs. Hāc suppositionē ꝓbat Aristo. rōne ⁊ signo. Ratione sic: q2 operatiões delectabiles sunt sine tristicia ⁊ ꝯcupiscētia/⁊ natura nō indigēte: vt oꝑatiões hu9 qꝺ est ꝯtēplari: sed oꝑatiões p̄cedētes habitū sunt cū tristicia ⁊ concupiscētia: ⁊ fiunt ad habitū imperfectū ⁊ ad naturam indigentē: igitur nō sunt per se/ sed per accidens delectabiles. Signo sic probat̃. Nam natura dū repletur /⁊ natura ꝯstituta/ nō eisdē delectabilibus gaudent: sed que constituta est/ gaudet simpl'r delectabilibus: que vero repleta est/gaudet delectabilibus per accidens/vt acribus ⁊ amaris: quorū nullum est delectabile per se: nec igit̃ delectatiões circa hec censende sunt simpl'r delectationes.

Soluit Aristo. rationē tertie opinionis: qua sic argumentabatur. Nulla generatio est finis: igitur nulla generatio est summum bonū: ⁊ si nulla generatio est summū bonum: ⁊ omnis voluptas est generatio: nulla voluptas est summū bonū.

Ad hanc rōnem respondet Aristo. ꝙ nō est opus aliquid aliud a delectatione/ esse melius ipsa delectatiōe: quēadmodū dicūt finē esse meliorē generatiōe/q2 nō oēs delectatiões sunt generatiões: sed quedā sunt operatiões ⁊ fines. Similiter nō oim delectationū finis est aliud ab ipsa delectatione/ sed solum finis delectationū ducētiū in ꝑfectionem nature. Et eodē modo soluit̃ prima ratio prime opiniōis.

Correlariū. ¶ Correlariū. Ex dictis patet diffinitionē voluptatis ab antiquis phis datā/ esse insufficiētē. sic eñ diffiniebāt voluptatē. Est gñatio rei sensibilis in natura. sed sic debet diffiniri. Delectatio est oꝑatio alicuius

Diffinitio voluptatis

rei q̄ ſm naturā habit9 nō impedita/siue tēdat in aliquē finē/siue nō: sic ꝙ loco hu9 termini gñatio/ponat̃ hic termin9 oꝑatio: ⁊ loco hu9 termini sensibilis/ponat̃ nō impedita. ¶ Aristo. soluit aliā rōnē qua antiq̄ nitebant̃ ꝓbare voluptatē esse gñationē. Nā ois operatio est gñatio: sed ois voluptas est oꝑatio: igit̃ ois voluptas est gñatio. Maior est interimēda: q2 nō ois oꝑatio est gñatio: sed aliqua posterior est gñatione. ¶ Soluit tertiā rōnē scꝺe opinionis qua ꝓbat̃ aliq̄s delectatiões esse prauas: q2 sūt nociue ⁊ multas egritudines generāt: igit̃ alique sūt praue. ¶ Rñdet phs negādo ꝯsequentiā. Nā si p̄dicta ꝯña valeret/aliqua sana ⁊ salubria essent praua: vtpote ea q̄ nocēt ad pecuniā seruandā: q2 ad sanitatē acquirendā vel conseruandā/multū cōfert pecunias liberaliter distribuere medicis: lꝫ ergo vtraqꝫ sint praua: id ē delectabilia ⁊ salubria: nō tñ ob ipꝫ praua sunt: id est delectabile nō est prauuꝫ ſm qꝺ delectabile: nec salubria sunt praua ſm qꝺ salubria. Speculatio etiaꝫ aliqñ nocet sanitati acq̄rende: ⁊ tñ nō est praua: igit̃. ¶ Hic Aristo. soluit quartā rōnē qua ꝓbat voluptatē impedire prudētiā: ⁊ per ꝯsequēs ipam esse prauā: distinguēdū est de voluptate: vel voluptas propria/ q̄ scꝫ ab habitu prudētie ꝓficiscit̃: ⁊ sic falsum est voluptatē impedire prudentiā: q2 nulla operatio impedit habitū a quo emanat ⁊ elicit̃: sed citi9 ꝯseruat ⁊ auget. Uel aliena voluptas: vt voluptas in cibis ⁊ potib9: et hoc verū est: sed ꝑpter hoc/rō nihil cōcludit. Uoluptas eñ q̄ ab habitu contemplatiuo ꝓcedit/cōtemplationē auget ⁊ cōseruat/⁊ priores ad discendū nos reddit.

Dissoluit̃ quinta rō qua sic argumētabatur. Uoluptas nullius artis est operatio: igit̃ voluptas non est bona.

Ad hanc rationē respōdet Aristo. dupliciter: ⁊ primo/negando ꝙ oē bonū sit operatio alicuius artis: q2 operatio ꝟtutis ad nullā artē ꝑtinet: sed potius ad potētiā: voluptas aūt est operatio ꝟtutis: igitur voluptatis nō est ars: q̄uis ars pigmentaria/⁊ similiter pulmētaria/ videatur esse voluptatis.

Scꝺo dici pōt ꝙ omnis operatio studiosa est alicuius artis/capiendo artē ꝓ habitu: sec9 assumptum esset falsum/vt dicit Aristo. ¶ Tandem Ari. vna rōne soluit scꝺaꝫ/tertiā ⁊ sextā rōnes/ponēs distinctionē delectationū. Nā quedā sunt delectationes simpl'r bone/⁊ ꝑpter se expetibiles: ⁊ tales expetit prudens ⁊ studiosus. Alie sunt bone per accidens ſm apparentiam: ⁊ tales non expetit prudens: pueri tamen ⁊ bestie illas expetunt.

¶ Sequuntur annotationes textus.

¶ Id dr̃ absolute bonū/ qꝺ est ꝑ se expetibile/vel qꝺ est bonū sine addito. Id ꝟo dr̃ bonū alicui/qꝺ non hꝫ in se verā boni rōnē: sed apparentē. Eodem pacto diuidunt̃ motiōes/habitus/gñationes ⁊ nature. ¶ Duplex eñ est natura. Una est absolute in se ꝯsiderata: ⁊ illa est de se bona. Alia natura ꝯsiderata in ordine ad habitū: ⁊ illa aliqñ est bona/⁊ aliqñ mala. Bonum in oꝑatione ⁊ in habitu secernit̃. ¶ Habit9 restās est habitus intēsus. ¶ Finis gñatiōis est id ad qꝺ ꝯsequēdū aliqua oꝑatio ordinat̃. ¶ Generatio ⁊ oꝑatio differūt. Nā generatio est mediū ad finē ꝯsequendū ordinatū. Operatio vero est finis vel id qꝺ ad finē ordinat̃. ¶ Operatio dr̃ eē sine impedimēto/ qñ elicit̃ ab habitu multū intēso cū delectatione ⁊ libere. ¶ Ex q̄ sequitur actum elicitum ab habitu remisso non elici sine impedimēto. ¶ Cōtēplatio duob9 modis capit̃. Primo mō ꝓut imperat̃ a volūtate habēte in se virtutem moralē: ⁊ sic nō ē impeditiua sanitatis. Alio mō pōt ꝯsiderari ꝑ q̄tro quis iudicat erronee esse contēplandū/etiā si ꝯtēplatio obest sanitati. Hoc pacto cepit Ari. cōtēplationē. ¶ Indolētia ē p̄uatio doloris. Annotationes

¶ Ca. iij. Disputat voluptatē bonū q̄d esse: immo nihil ꝓhibere voluptatē aliquā optimū quid esse: etiā si alique sint simpliciter praue. īfert nisi voluptas q̄dā bona sit/felicis vitam non fore iucūdam.

At qui malū ⁊ ipsum dolorem esse/ ac fugiendū ꝯcedit̃. Ali9 aliqua ex ꝑte ex eo quia affert impedimētū. at cōtrariū fugiēdo/ quo fugiendum quid est atqꝫ malū: est bonū. igitur voluptatem:

luptatē: bonuꝫ quid esse necesse est. Eo namqꝫ modo quo Speusippus soluebat: non cōuenit solutio: vt minori maius et equali voluptatem contrarium esse. non enim sub malo voluptatē ipsam vt speciem dixerit sub genere collocari. ¶ Atvero nihil prohibet/voluptatem aliquā optimum esse: si nonnulle voluptates sunt praue. queādmodum et scientiam aliquam: si sunt nonnulle scientie praue. ¶ Quin potius forsitan et necessarium est: expetibilem esse aliquaꝫ summe. ¶ Si sunt vniuscuiusqꝫ habitus operationes sine impedimento: siue omnis oꝑatio sit felicitas/siue vnius cuiuspiam ipsorum/vacans impedimēto. hoc aūt est voluptas. Quare fit vt aliqua voluptas/ ipsum sit sumum bonum: etiam si forte plereqꝫ voluptatū sint simpliciter praue. ¶ Atqꝫ ob id ipsum felicem vitam iucundam esse omnes arbitrant̄: nectūtqꝫ ipsam voluptatem cum felicitate: non absqꝫ ratione. Nulla namqꝫ operatio perfecta est: si impediet̄. at felicitas operatio est perfecta. quapropter felix indiget bonis ⁊ corporis/et externis/ ipsaqꝫ fortuna: quo non impediatur. Qui autē aiunt/eum qui rota torquetur/⁊ magnis in calamitatibus est constitutus/ felicem esse si modo sit bonus: nihil profecto dicūt/ aut sua sponte/ at inuiti. Quia vero felix īdiget ⁊ fortuna: ideo quibusdam fortune prosperitas/⁊ felicitas/idē esse videtur. qḋ non est ita. Nam ⁊ ipsa si exuperet/impedimentum affert: atqꝫ fortasse iure tū non est prosperitas appellanda. definitio enim ipsius est/ad ipsam felicitatem. Illud etiam beluas/hominesqꝫ persequi voluptatem: indicat ipsam esse quodāmodo summum bonum.

Quam populi celebrant: omnino fama perire
Nulla potest. Sed quoniam eadem natura/habitusqꝫ optimus neqꝫ est neqꝫ videtur: nec voluptatem eandem omnes sequuntur. Voluptatem tamen omnes sequuntur: fortasse autem et persequuntur: non eam quam putāt neqꝫ quā dicerent/ sed eandem. omnia namqꝫ diuinum quid habent natura. Sed corporis voluptates ex eo sibi nomen hoc vendicarunt: quia sepissime occurunt / et omnes sunt ipsarum participes. solas igitur has esse putant/quia sole sunt note. ¶ Patet etiam nisi voluptas ⁊ operatio sit bonum: felicem viuere cum voluptate non posse. cuius namqꝫ gratia ipsa est opus: si non bonum est? At simul et cum dolore ipsum viuere contingit. Dolor enim neqꝫ malū est neqꝫ bonum: si neqꝫ voluptas. cur nam itaqꝫ fugeret? ¶ Neqꝫ igitur studiosi ipsius vita iucūda erat: si non sint ⁊ operationes ipsiꝰ iucunde.

Tertium capitulū quinqꝫ cōclusionibus claudit̄. ¶ Prima conclusio. Necesse est aliquam voluptatem esse bonā. Probatur: nā aliqua tristicia ē simpliciter mala: et alia est mala ẜm quid: q2 impedit bonū fieri: igitur aliqua voluptas est bona. Cōsequētia claret: qm̄ id quod malo opponitur/ est malū ⁊ fugibile/ vel bonum: sed voluptas ꝯtrariat̄ dolori qui est malꝰ: ⁊ voluptas non est mala ẜm se: igitur voluptas est bona. ¶ Aristo. euasionē ipsiꝰ Speusippi expellit. Asserebat eī̄ malum tam bono ꝗ̄ malo esse contrarium: queādmodum maius contrariū est minori et equali: et sic non pōt inferri ꝙ si tristicia que delectationi opponitur/sit malum: ꝙ delectatio sit bonū. Cōtra quē modū argumētat̄ Aristo. Si delectatio ẜm hanc opinionē non est vere malū/est vere bonū: q2 ẜm eos/ oē contrarium malo/est simpl̄r bonū vel simpl̄r malū. — Pria ꝯclo

Secunda cōclusio. Licet alique voluptates sint male: tn̄ nō ꝓhibet voluptatē aliquā esse summū bonū. ¶ Hāc ꝯclonē ꝓbat Aristo. quattuor rōnibus. Prima rō. Nihil ꝓhibet aliquā scientiā esse bonā/lꝫ alique sint male: igit̄ nō ꝓhibet aliquā voluptatē esse bonā/ceteris existentibꝰ malis. Antecedēs est notum ex sexto huiꝰ/vbi supponit̄ sapientiā esse de numero bonoꝝ: ⁊ tn̄ est scientia. Qꝫ aūt alique scientie sint male/ptꝫ de illis quibꝰ hoīes abutunt̄. Scḋa rō. Alicuiꝰ habitus oꝑatio est eligibilissima ⁊ optima si non est impedita: sed talis oꝑatio est voluptas: igit̄ aliqua voluptas est optima. Maior suadet̄. Nā ā vniuscuiusqꝫ habitus oꝑatiōes sunt nō impedite: igit̄ cū felicitas sit oīm habituū vl̄ alicuiꝰ habitus/vel aliquorum oꝑatio: necesse est alicuiꝰ oꝑationē esse optimā. Illa aūt oꝑatio nō impedita: ⁊ ẜm naturam habitus emanās/est delectatio siue voluptas: igit̄ necesse est aliquā voluptatē esse optimā. Tertia rō que ꝑcedētē cōfirmat. Omnes existimant vitam beatā iucundam esse: includūtqꝫ in ratione btitudinis iucunditatē siue delectationē: igit̄ illa delectatio est quid optimū. Antecedens deducitur. Nam felicitas non est operatio impedita: ergo est delectatio: vel iuoluit in se delectationem: quod sic ostenditur ratione ⁊ signo. Ratione sic. Nulla operatio ꝑfecta est impedita: atvero felicitas est oꝑatio perfecta: igitur non est impedita. Signo sic ostenditur. Felix nō eget bonis exterioribꝰ et corporis: vt per eorum absentiam non impediat̄ quo ad eius operationes. Nā dicentes infortunatū/in magnisve calamitatibus constitutum/ si bonus sit/felicē esse: nihil dicunt: id est non asseruntverū: igitur felicitas est operatio non impedita et perfecta. ¶ Aristo. remouet errorē aliquorum phorum asserentiū felicitatem eandem esse cum fortuna/dicens. Licet felicitas indigeat fortuna: ipsa tn̄ nō ē ꝓsperitas sine fortuna. Nam excellēs ꝓsperitas impedit felicitatem: et propterea suꝑabundantia prosperitatis non debet vocari bona: quia cernens sedem fortune ad felicitatē ptinet: hoc est dictu. Prosperitas est bona/ si confert ad felicitatē: si vero non confert/mala est. Quarta ratio. Homines ⁊ belue ipsam voluptatem persequunt̄: igitur voluptas habet in se rationē bonitatatis. Naꝫ (vt vulgo dici solet) fama quaꝫ multi ppl̄i in ore tenēt/nō omnino deperdi pōt: igitur si oēs voluptatē amāt/et hoīes ⁊ belue: voluptas in se aliq̇d boni cōplectit̄. — Scḋa ꝯclo

Tertia conclusio. Nō omnes eandē — Tertia conclusio

voluptatem persequuntur et amant. Probat: quia nō omniū eadem est natura: nec omnium est idem habitus optimus: igitur non omnes eādem delectationē persequunt. Omnes tamē aliquam delectationē psequuntur/et forte eandē: licet non illam quam putant/nec quam asserunt esse delectationem. Nam oia a natura quoddam diuinum habent.

Quarta cō clusio

Quarta conclusio. Licet sint alie voluptates q̄ corporee: tamen sole voluptates corporis nomen voluptatis sunt nacte sunt. Hanc conclusionē probat Aristo. tribus rationibus. Prima ratio. Nam homines frequentius vsum voluptatum corporearū expetunt/q̄ aliarum: quia frequentius hominibus occurrunt. Scd'o: propter ipsarum voluptatū corporearum communitatem/quaruz omnes sunt participes. Tertio: qr solas voluptates corporeas cognoscit multitudo vulgaris: igit solas tales appellat voluptates.

Quīta ɔclo

Quinta conclusio. Que est precedentium cōfirmatiua. Voluptas est bona. Probatur tripliciter. Nam si voluptas non esset bona: non cōtingeret hominē delectabiliter viuere: quod falsum est. Et cōsequentia probatur. Nā si delectatio non est bona/non videt gratia cuius felix ipsam delectationem expetat. Scd'a ratio. Si delectatio non esset bona: tunc felix viueret cum dolore. Si enim non viueret cū delectatione: oporteret eum viuere cum dolore. Nā si tristicia nec est bona nec mala/felix nō deberet tristiciā fugere. Tertia ratio. Si delectatio non est bona/operatiōes studiose nō sunt delectabiles. Consequēs est falsum: ꝛ consequentia patet: quia cuilibet operationi studiose annexa est delectatio.

Annotationes

¶ Sequuntur annotationes textus.

¶ Duplex est enim dolor. Alius est malus simpliciter: alius sm quid/vel aliqua ex parte. Dolor simpliciter/est is qui voluptati absolute et simpliciter dicte opponitur. Dolor sm quid/est dolor oppositus voluptati scd'm quid. ¶ Pseusippus philosophus opinatus est voluptatem contrariam esse dolori/vt malus contrariū est minori et equali: hoc est dictu. Voluptas non contrariatur dolori in ratione bonitatis vel malicie/sed in ratione entis vel in ratione excessus. Aliqua voluptas est summum bonum: vtpote illa que est operatio virtutis perfecte/in qua consistit felicitas humana. Ex quo clare intelligitur scd'm sententiam Aristotelis/delectationē operationis esse ipsam operationem: et summum bonū esse voluptatem. ¶ Aliquē torqueri rota/est ipsuz pati aduersam fortunam. ¶ Maximum iudicium quo iudicamus voluptatem summum bonum esse/est ꝓpterea q' homines et belue eam persequūtur: vt communis fama testat: cui⁹ Vergilius quarto Eneidos descriptionem assignat.

Fama malum/quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget/viresq̧ acquirit eundo.
Parua metu primo/mox sese attollit in auras:
Ingrediturq̧ solo: ꝛ caput inter nubila condit:
Illam terra parens/ira irritata duorum
Extremā (vt perhibent) Ceo Encheladoq̧ sororem
Progenuit: pedibus celerem: et pernicibus alis:
Monstrū horrēdum ingens: cui q̄t sunt corpe plume/
Tot vigiles oculi subter (mirabile dictu)
Tot lingue/totidem ora sonant/tot surrigit aures
Nocte volat celi medio/terreq̧ per vmbram.
Stridens nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos/aut summi culmine tecti:
Turribus aut altis: ꝛ magnas territat vrbes.
Tam ficti/prauiq̧ tenax/q̄ nuncia veri.

¶ Ca. iiij. De corporis voluptatibus p̄cipue agitur: definiens cur si voluptates corpis sint male: dolores quoq̧ contrarij sunt mali: vultq̧ necessarias voluptates esse bonas/saltem ad aliquez terminū. Cur itaq̧ corpis voluptates expetibiliores videntur q' scilicet dolores pellunt/ideoq̧ medicina petuntur: vel q' plerūq̧ alia desunt oblectamenta/voluptates sine dolore et quoq̧ excessum non habent/simplici nature proprias esse ostendit.

De corporis autē voluptatib⁹ considerandū est eis qui dicūt nonnullas voluptates expetibiles esse valde/ꝛ honestas: sz non corporis/ꝛ in quibus temperans ipse versatur. cur igit cōtrarij dolores sunt praui? malo namq̧ bonū ɔtrariū est. ¶ An necessarie voluptates sic sūt bone/qr ꝛ id qd' ē nō malū/est bonū: an vsq̧ ad aliquē terminū bone sunt? habituū em̄ eorū ac motuū/quoꝝ nō est melioris exupatio: neq̧ voluptatis est. Eorum autē quorum est: est et voluptatis exuperatio. At bonorum corporis est exuperatio: ꝛ prauus in persequendo exuperationem/sed non necessarias voluptates/consistit. omnes enim gaudēt quodam modo ꝛ epulis/et vino/et venere: sed non vt oportet. ¶ Cōtra autem: in ipso dolore facit. Nō enim exupeperationem: sed omnino fugit dolorem. Non enim est exuperationi dolor contrarius: nisi ipsi persequenti exuperationem. ¶ At' eniz cum non solum ipsum verum: sed etiam falsi causam oporteat dicere (hoc enim ad faciendam fidem conducit: nam cum id rationi consentaneum fuerit visum/ob quod veruz esse videtur quod non est verum/facit vt ipsi vero magis assentiamur) dicēdum est cur corporis voluptates expetibiliores videntur. ¶ Primum igitur ex eo quia pellunt dolorem. atq̧ ob exuperationes doloris/voluptatem exuperantem vti medelam/et omnino voluptatem corporis persequuntur. ipse autem medele vehementes fiunt. Quapropter et ipsas sequuntur: quia tales videntur cum contrarium adest. et ꝓpter hec igit duo (sicut dictum est) voluptas nō studiosum esse videt: qr alie praue nature sunt operatiōes: aut ab ortu/quēadmodū fere/aut ꝛ ob consuetudinem: quales prauorum sunt hominuz. alie sunt medicamenta quia sunt indigentis: et melius est habere q̄ fieri. ¶ Alie accidunt dum perficiuntur. per accidens igitur sunt studiose.

¶ Preterea

¶ Preterea ipsas q̄ sunt vehementes: ij ꝓsequuntur qui alijs nequeunt gaudere. ipsi itaqꝫ sitim quandã sibi cõparant. que cũ sine quidẽ nocumẽto fit/ nõ est increpandũ: cuz vero cum detrimento/ per prauum est. Neqꝫ enim habẽt alia quibus gaudent/ et nec aliud habere plerisqꝫ permolestum est ob naturam. Nam animal semper laborat: vt naturales etiam sermones testantur/ videre ac audire/ dolorem inferre dicentes: sed consueti iam sumus vt aiũt. Similiter in iuuẽtute quidem ob incrementa: perinde disponuntur ac vinolenti. Et iuuẽtus ad voluptates propensior est. Biliosi autem atra bili natura semper egent medicamento. cõtinue nãqꝫ corpus ob complexionem mordet: et semper in appetitione sunt vehemẽti. voluptas autem contraria: ⁊ queuis etiam modo sit vehemens pellit dolorem. et propterea intemperantes homines prauiqꝫ fiunt. ¶ Voluptates autem ee que sine dolore sunt/ exuperationem non habent. Atqꝫ he proficiscuntur ex ijs/ que natura/ et non per accidens afficiunt voluptate. Ea vero dico per accidens afficere voluptate/ que medentur. etenim quia fit vt homini medeatur/ eo ꝙ sanum ꝑmanet/ aliquid agẽte: ideo talia afficere voluptate videntur. at ea natura voluptate afficiunt/ que faciunt operationẽ talis nature. ¶ Nulla aũt eadẽ res ex eo nos semper delectat. quia non est simplex nostra natura: sed inest et aliquid aliud quo corruptibiles sumus. Quare si quippiam agat alterum: id est alteri nature preter naturam. at cũ equatur: neqꝫ molestum/ neqꝫ iucundum videtur quod agitur. Qz si alicuius natura sit simplex: semper eadem operatio iucũdissima erit. Iccirco deꝰ vna semper/ simpliciqꝫ gaudet voluptate. non enim soluz motionis est operatio: sed et immobilitatis. ⁊ voluptas in quiete potius/ ꝙ̄ in motu consistit. mutatio v̄o omnium dulcissimum est scd̃m poetam: ob prauitatem quandã. Ut enim hõ prauus/ facile est mutabilis: sic ⁊ natura praua est ea/ q̄ indiget mutatione. nõ est em̃ simplex nec bona. ¶ Sed de cõtinentia quidem atqꝫ incõtinentia: ⁊ de voluptate/ doloreqꝫ/ ⁊ quid vnũquodqꝫ ipsorũ est: et quonãmõ alia ipsarũ sunt bona/ alia mala: diximus. Deinceps autem de amicitia dicemus.

Quartum capitulum sex conclusionibus/ vna q̄stione et dubitatione cũ epilogatione clauditur. ¶ Aristo. mouet questionez/ an delectationes corporales sint bone/ an praue. Nã prius dictum

Mouet qõ.

est aliquas delectationes esse valde eligibiles: sꝫ non he circa quas tẽperantia ⁊ intẽperatia versant̃: quales sunt delectationes corporales. ¶ In oppositũ tñ argumentat̃. Si delectationes corporales sunt praue/ non videt̃ ratio propter quam dolores eis oppositi/ debeant esse mali: cum semper bonum malo contrarietur: et sic relinquit dubiũ/ an delectationes corporales sint praue.

Prima conclusio. Delectationes sic sunt bone/ ꝙ sunt necessarie: vel sunt bone vsqꝫ ad aliquem certum et prefixum terminũ. Hec ꝯclusio duabus rationibus probatur. Prima ratio. Nam quorũcũqꝫ bonorũ/ siue habituũ/ siue motuũ/ est superabundantia melioris illorũ que est exuperatio delectationis: et quorũ non est superabundãtia melioris boni/ eorũ non est excessus vel exuperatio delectationis: sꝫ voluptatum corporalium est superabundantia melioris: quia prauus non ideo censetur prauus/ q̄ amat delectationes corporales necessarias: sed ex eo quia ꝓsequitur earũ exuperationes. Secundo probatur. Nam omnes aliqualiter gaudent vsu ciborum et potuũ/ et in re venerea: sed non vt oportet: igitur delectationes corporales ea parte qua necessarie sunt/ ⁊ vsqꝫ ad aliquẽ certum terminũ/ sunt bone: sed non est idẽ iudicium de doloribus. Nam multi hominũ cõperiũtur qui non fugiunt nisi delectationes corporales superabundantes: sed dolorem scd̃m oẽm gradum fugiunt. Dolor em̃ non solũ superabũdãti delectationi cõtrarius est: sed etiã omni ꝓsequẽti delectationẽ in quocũqꝫ gradu delectationis constituatur.

Prima conclusio.

Secũda conclusio. Rationes ꝓpter quas delectationes corporales que de se eligibiles non sunt/ eligibiles apparent: in medium afferende sunt. Probatur. Nam inter docendum non sufficit verum asserere et dicere: sed etiam opus est causam falsi ostendere: id est rationem assignare ob quam falsum apparet verum: hoc est: plurimum confert ad veritatem peruestigandam. ¶ Prima ratio. Delectatio corporea expellit tristiciam: et vehemens delectatio vehementem tristiciam extrudit: igitur voluptates corporee/ quia sunt aliquo modo medicamina dolorum/ efficiuntqꝫ hominem extra omnem tristiciam apparere: maxime ab hominibus expetuntur. Nam vehementiores voluptates creduntur efficaciores medicine. ¶ Secunda ratio. Alique voluptates opinantur non esse bone/ quia sunt operationes nature praue et peruerse: vel quia insunt a natiuitate/ vt bestijs: vel ex mala et peruersa consuetudine: vt in hominibus. Alie vero voluptates sunt medicine contra indigentiam naturalem/ ita ꝙ per eas aliquid habeamus/ quod melius est adeptum esse/ ꝙ̄ adipisci. Iste autem delectationes conueniunt his qui perficiuntur/ ex quo non sunt bone nisi secundum accidens: igitur delectationes corporales apud multos sunt egibiles/ quia sunt tristiciarum medicine. Nam earum indigentia tristiciam procreat. ¶ Tertia ratio. Multi hominum non possunt alijs delectationibus a corporalibus gaudere. Videmus enim quosdam vt delectationibus gaudeant/ sibiipsis quandam sitim et desideriũ ꝓparantes. Signũ igit̃ est eos nõ posse illis delectationibus gaudere/ respectu quarũ nõ est cõsimilis appetitus vel desideriũ: sꝫ multi nõ appetũt

Secũda cõclusio.

nisi delectationes corporales: qr ipse sole sunt eis cognite: igif multis hoib⁹ delectationes corporales sunt expetibiles: quia non possunt aliis gaudere. ¶ Subdit Aristo. q culpabile est psequi delectationes nocivas. Delectationes eñ corporales aliquãdo sunt nobis impedimento/ne aliis delectationibus bonis et honestis gaudeamus: et hoc modo sunt nocive. Prosequi vero delectationes non inferentes nocumentum/non est culpabile.

Tertia cõclusio

Tertia conclusio. Quia tristicia frequens est in hominibus propter naturã: ideo delectatio ad tristiciã expellendã debet esse frequens. Nam aĩa semp laborat: et quẽadmodũ testantur sciẽtie/naturales operationes sensuum exteriorũ: vt videre/audire/sunt hominibus tristes: sed id non percipiũt ꝓpter ꝯsuetudinẽ. Similiter iuuenes disponũtur/quẽadmodũ vinolẽti/propter incremẽta: et ideo inuẽtus immersa est desideriis voluptatum/vel procliuis suapte natura. Similiter melãcolici propter cõplexionẽ continuo cõsumũtur/suntq3 semper appetẽtes/ꝛ semper indigent medicina. Cũ ergo delectatio expellat tristiciam (que est contraria ipsi tristicie) ideo homines frequenter appetunt delectationem tanq3 medicinam: et ob hoc contingit eos euadere intemperantes et malos.

Quarta cõclusio.

Quarta conclusio. Que natura sunt delectabilia/nullam habent superabundantiam. Nã ea que sunt sine tristicia/non habent superabundantiam: sed delectabilia scd̃m naturam et non per accidens/sunt sine tristicia: igitur non habent superabundantiam. ¶ Declarat Aristo. pro intellectu conclusionis quid delectabile scd̃m naturam/et quid delectabile per accidẽs. Ea enim que medicãtia sunt: id est q̃ sanant/ sunt delectabilia per accidens/ quibus suppletur indigentia nature. Nam sanari vel medicatũ esse/ est delectabile per accidens: propterea q is qui sanatur/aliquid exercet/et operatur/et est sanus. Delectabilia scd̃m naturam/sunt que faciunt actum vel operationẽ alicuius talis nature: id est q̃ perficiũt naturam in suo esse.

Quĩta ꝯclo

Quinta conclusio. Nihil idem semp hoiem afficit voluptate: patet: quia hois natura non est simplex/sed preter animam cõtinet aliquid quod est corruptibile: vtpote corpus/et ratione cuius homines sunt corruptibiles: igitur si altera natura q̃ppiã agat/vtpote corp⁹: hoc erit alteri nature/vtpote anime preter naturã. Si vero et corpus et anima equales operationes exercent/tunc opus nec erit eis delectabile/nec tristabile.

Sexta conclusio.

Sexta conclusio. Deus semp vna et optima et simplici delectatione gaudet: patet. Nam si alicuius natura est simplex/semper eadem actio est ei iucũdissima. Dei autem natura/simplex est: igitur vna/eadẽq3 actio simplex deo semper iucundissima est. ¶ Infert Aristo. correlarium. Non omnis operatio est motus/sed aliqua est immobilitas: et delectatio magis est in quiete q̃3 in operatione.

Hic Aristo. soluit obiectionem. Nã scd̃m poetam: id est Homerum/transmutatio est res omnium iucũdissima: igitur quod non transmutatur non afficitur voluptate: sed deus non transmutatur: igitur nulla voluptate afficitur.

Ad hoc respondet philosophus trãsmutationem non esse per se delectabilem: sed iucunda est propter hominum prauitatẽ. Nam homo suapte natura prauus est. Natura enim egens transmutatione/non est simplex: et per consequens neq3 de se bona. ¶ Epilogat philosophus de continentia et incontinentia/de voluptate et dolore/et eorum diffinitionibus iam satis dictum est: deinceps de amicitia pertractãdum est.

¶ Annotationes textus.

Annotationes.

¶ Voluptates sunt bone vsq3 ad aliquem terminum/ que non excedunt limites et terminos rõnis. ¶ Per motum/operationem intelligimus. ¶ Bona/in duplici differentia sunt constituta: siue sint operationes/ siue habitus/siue obiecta operationũ et habituum. Quedam enim sunt in quib⁹ non contingit dare exuperationem melioris boni: sed quanto magis exceditur/tanto meliora sunt: vt speculatio/ felicitas humana/et omnis operatio virtutis. In his enim non datur exuperatio melioris boni: id est nihil est reperibile quod excedat id quod est melius vel optimum in predictis rebus: nam si quippiam tale daretur: vel esset minus bonum/vel esset malum. Alia sunt bona in quibus contingit dare exuperationem melioris: vt vsus ciborum ꝛ potuum scd̃m rectam rationem est bonus. Nam vesci cibis et potibus scd̃m quod iubet ratio/est honestum et per se delectabile/ et melius quod in vsu ciborum et potuum comperitur. Et datur aliquid excedens illum vsum quod est malum: vtpote immoderatus vsus ciborũ et potuum: ꝛ quẽadmodum de operationibus et obiectis dictum est: simili modo de voluptate censeri debet. ¶ Iuuenes ob incrementa perinde disponuntur ac vinolenti. Nam quanto vinolenti magis inebriantur/tãto magis sitiunt/et vini absentiam egre ferunt: sic iuuenes quo magis oblectamentis inuoluuntur/eo magis ea expetunt: et eorum absentiam egrius ferunt. ¶ Ambe nature equantur/ quando exercent operationes vtriq3 delectabiles / vel eque afferentes tristiciam. ¶ Deus vna voluptate simplici semper gaudet: quia seipso summe gaudet/ a quo omnis beatitudo et fruitio electorum emanat et ortum ducit.

Questio

Circa hunc secundum tractatum quero an aliqua voluptas sit per se expetibilis: similiter aliquis dolor per se et scd̃m suam naturam fugibilis. ¶ Pro huius questionis enodatione supponendum est ex variis locis/quidnam sit voluptas corporea/et quid voluptas anime.

Prima suppositio.

Similiter supponendum est aliquã voluptatẽ esse mediocrem et moderatã recto rationis iudicio: aliam esse exuperantem.

Secunda suppositio.

Tertio supponendum est aliquã voluptatem esse naturalem: id est naturaliter ab obiecto produci: et aliquam esse innaturalem: id est contra naturam obiecti ex peruersa apprehensione potẽtie vel mala assuetudine voluntatis.

Tertia suppositio

Quarto supponendum est voluptatem esse operationem mediocrẽ/qua formaliter delectamur: vel operationem exuperãtem/qua aliquid preter rationem agimus: et hoc declaratum est in primo huius similiter in tractatu terminorũ moralium: cũ quibus etiã stat aliquã voluptatẽ esse passionem: qr tenẽdo doctrinam Okam/omnis passio est actus: Nã i appetitu sensitiuo ponũtur act⁹/sicut i volũtate

Quarta suppositio.

Okam

Quinta suppositio.

Quinto supponēdū est ꝙ multiplex est tristicia. Una est que viris bonis infertur: et illa est duplex. Nam quedam prouenit viro bono ex sua propria operatione/ nō quā habet quādo est bonus: sed anteq̄ꝫ esset bonus: vt penitere de peccatis/ et de amissione temporis. Et talis tristicia est bona formaliter: q2 cadit supra obiectū malū. Omnis em̄ tristicia cadens supra obiectū de se malū/ est bona. Talis enim tristicia firmat hoiem in virtute: et excitat ad melius operandum. Alia est tristicia que homini bono infertur per iniuriam illatam sibi vel amico: aut p fortunā aduersam: aut per nature humane fragilitatem: vt sunt fames/ sitis/ egritudines corporales: et tales tristicie possunt esse et bone et male. Alia est tristicia que viro malo infertur. Nam aliqua talis aliquādo procedit ex habitu malo: vt ex inuidia oritur tristicia de bonis alienis: et ex intemperantia oritur tristicia de carentia cibi: et ex timiditate tristicia de terribili imminente. Et hec tristicia mala est: quoniā propter ipsam a bonis operibus recedimus/ et ad opera vitiosa incitamur. Ista etiam tristicia/ quia nō est moderata ratione/ nata est incrementum suscipere: et ex ipsa multa nocumēta sequūtur. Corp⁹ em̄ exsiccat: maciē et extenuationem inducit: cor cōstringit: et spiritus obtenebrat ꝛ ingrossat: ingenium hebetat: iudicium obscurat/ memoriamqꝫ obtūdit: et oino corpus et animam affligit: iuxta dictum sapient. Animus gaudens etatem floridam facit: spiritus ꝓo tristis exsiccat ossa.

Regula moralis. *Nota bene.* *Salomon*

Sexta suppositio.

Sexto supponit ꝙ aliq̄ tristicie sunt studiosis mala penalia: scilicet ille q̄ sunt sequele operū vitiosorum: in quibus vitiosi delectant. verbi causa. Ad nimiā repletionem per intemperantiā/ sequit cruditas stomachi: sequitur etiam dolor/ sensuum hebetudo/ consumptio substātie tēporalis. Alie vero tristicie que inferuntur malis a legū latoribus/ sunt bone: dūmodo tales sint sanabiles: quia sunt medicine. Si autē non fuerint sanabiles: tunc ille tristicie sunt bone saltem aliis inquantum prohibent eos a malo. Nam felix quem faciunt aliena pericula cautū. Uertuntur enim aliis in exemplū que sint actus iusticie: alie vero tristicie que ex infortuniis ꝛ aduersitatibus oriuntur/ inferuntur et bonis et malis.

His suppositis ponūtur cōclusiōes.

Prima conclusio

Prima conclusio. Aliqua voluptas est bona. Probatur. Omnis actio studiosa suapte natura est bona: sed aliqua voluptas est actio studiosa: igitur aliqua voluptas est bona. Cōsequētia est clara cum maiore: et minor probatur de voluptate que est formaliter actus temperantie. Nam (vt prius dictū est) voluptas non distinguitur ab operatione.

Scd̄a ꝯclō

Secunda cōclusio. Aliqua voluptas est mala: patet. Nam omnis actus vitiosus est malus: sed aliqua voluptas est actus vitiosus: igitur aliqua voluptas est mala. Minor est clara. Nam quemadmodum voluptas mediocris est ipsa actio studiosa: sic etiā voluptas superabundans est actio vitiosa.

Tertia conclusio

Tertia conclusio ex his sequens. Aliqua voluptas corporea est summum bonum humanū siue felicitas humana. Probatur. Nam operatio temperantie emanans ab habitu perfecto/ est summum bonum humanum/ capiendo non collectiue: et talis operatio est voluptás corporea: igitur voluptás corporea est summū bonum humanum. ¶ Ex quo sequitur ꝙ nimis inconsulte reprehenduntur philosophi ponentes felicitatem humanam consistere in voluptate corporis: cui⁹ opinionis dicūt fuisse Epicurum: qd̄ certissimum est. sed hi non clare intelligūt q̇dnā sit voluptas corporea. ¶ De tristicia ponūtur ꝯclusiones.

Correlariū

Quarta cō clusio.

Quarta cōclusio. Nulla tristicia cōsiderata ꝭm simplicē rationē tristicie/ est bona: quia illud non est asserendum bonum scd̄m eius simplicē rationē/ quod vir bonus mallet sibi abesse q̄ꝫ adesse: sed studiosus mallet esse sine tristicia/ q̄ꝫ ipsam habere: igitur.

Quinta cōclusio.

Quinta conclusio. Multe tristicie quātū ad circunstātias concurrētes sunt bone: patet de illis que cadunt super materiam de se malam: vt tristicia/ quam habet penitens.

Sexta conclusio.

Sexta conclusio. Tristicie cōsequentes priuationē bonorum in vitiosis/ sunt male: patet de tristicia consequente intemperantiā propter absentiam cibi et potus.

Septima cōclusio.

Septima conclusio. Si fiat cōparatio penes delectationes et tristicias consequentes: tunc delectatio magis est appetēda/ q̄ꝫ tristicia fugienda: Probatur. Quia appetitus primo respicit finem/ et ab ipso determinatur: et non determinatur ad alia/ nisi gratia finis statuti: sed delectatio habet se ad appetitum per modum finis: tristicia vero non: igitur.

Octaua cōclusio.

Octaua conclusio. Si fiat cōparatio inter delectationes et tristicias contrarias/ tūc delectatio est magis appetenda q̄ꝫ tristicia fugiēda. Probatur eodē modo sicut conclusio precedens.

Nona ꝯclō.

Nona conclusio. Si fiat cōparatio inter disparatas delectatiōes et tristicias/ alique delectationes sunt magis appetende/ q̄ꝫ quecūqꝫ tristicie fugiende. Patet conclusio: quia magis est appetendum aliquod delectabile intellectuale/ q̄ꝫ sit fugiēdum quodcūqꝫ tristabile sensuale: igitur delectatio est magis appetenda q̄ꝫ tristicia fugienda. Antecedēs probat: qm̄ mors est maxime tristabile tristicia corporali: vt dicit Aristo. circa finē tertii Ethicorum: et tamen vir fortis sustinet mortem propter actū virtutis exercendum: vt in tertio etiā ꝓbatū est: igitur.

Decima cōclusio.

Decima cōclusio. Alique tristicie intellectuales sunt magis fugiende/ q̄ꝫ quecūqꝫ delectationes corporales prosequende: patet de viro forti per expulsionem inimicorum. ¶ Et per hoc patet tota materia de voluptate et dolore: quonā pacto aliqua voluptas est fugienda tanq̄ꝫ summum malum: ꝛ aliqua expetenda tanq̄ꝫ summum bonum: et eodem modo de tristicia.

¶ Et hec de venerandi Magistri Gilberti Crab interpretatione in septimum Ethicorum Aristotelis.

¶ Liber Octauus Ethicorum.

Tractatus Primus.

¶ Capitulũ primũ. Uarijs probat rationibus de amicitia hic pertractandum esse Dehinc controuersijs quibusdaz reiectis/naturales dubitationes relinquendas:sed humanas que ad mores/ effectusqꝫ ptinent/persequendas esse commonstrat.

POst hec cõsequẽs est de amicitia ptractare. Est eĩ q̃dã virtus:aut est cũ virtute. ¶ Res est preterea summe necessaria in vita. Nemo em̃ habẽs cetera oĩa bõa: sine amicis expeteret viuere. nã et locupletes ⁊ in pncipatu/ptãteqꝫ cõstituti: plurimũ amicis ĩdigere videt. qd em̃ ꝓdest talis ꝓsperitas bñficio sublato: qd gdẽ maxime fit in amicos: ac maxime cõmẽdatur.aut quonã pacto sine amicis custodiri/cõseruariqꝫ põt: quo nãqꝫ magis abũdat:eo magis periculis subiacet. In pauptate quoqꝫ ceterisqꝫ calamitatib vnicũ eẽ cõfugiũ amici putant. Iuuenib etiã cõferũt ad cõpescenda pctã. Et senibus ad obsequiũ/atqꝫ ad eos actus pficiẽdos quos ob imbecillitatẽ ipsi peragere nequeũt. Et ijs itẽ qui sunt in statu/ad actiões honestas.eteni si duo simul eãt: intelligere magis/ atqꝫ agere põt. Inesse etiã amicitia videt natura ei quod genuit/ad id qd est ortuz ab eo.nõ in hoĩb solũ sed in plurimis etiaz animalib/ ⁊ ijs inter sese que sunt eiusdẽ gentis:⁊ hominib maxime. quapropter amatores hominũ laudamus.Cernere etiam quispiam potest ⁊ in ipsis erroribus:familiarẽ oẽm hominem homini/atqꝫ amicum esse. ¶ Ciuitates etiã amicitia cõtinere videtur.et legũlatores circa hanc magis ꝙ circa iusticiam student. concordia nãqꝫ simile quid amicitie esse videt. hanc autem maxime affectant:seditionẽ aũt vt inimicam maxime expellunt.Et si sint quidem amici: iusticia non est opus. sin vero sint iusti: indigẽt amicitia.⁊ id qd maxime iustum est/ad amicitiam attinere videtur. ¶ Non solum autem necessarium est:sed et honestum. Laudamus enim eos/q amant amicos:copiaqꝫ amicorum/honestum esse putatur. et quidam eosdẽ viros bonos esse/atqꝫ amicos putãt. ¶ Est autem controuersia de ipsa non mediocris. Quidam enim similitudinez quandam ipsam esse posuerũt:⁊ similes esse amicos.Unde ⁊ similẽ ad similem inquiunt:⁊ monedulã/ad monedulam et similia. Quidam contra/ singulos inter sese omnes tales inquiũt esse:⁊ de ijsipsis altius/naturaliusve perquirunt.

Eurypides quidem inquiens.

Cum est sicca tellus: ipsa certe tũ imbrẽ amat.
Cum turget ether:imbre cum celum tumet:
Affectat vt telluris in sinus cadat.

Heraclitus autẽ:cõtrariũ dicẽs esse conducẽs/ et ex differentib pulcherrimũ concentũ oriri/ et per contrarietatem omnia fieri. Sed his cõtraria complures alij sentiũt.et Empedocles: qui quidẽ simile appetere simile dicebat. naturales igit dubitatiões omittamus. non em̃ ad hãc sunt accõmodate ꝯsideratione. Que vero sunt hũane/ ⁊ ad mores/ affectusqꝫ ptinẽt: eas cõsiderem.vt sit ne ĩter oẽs hoĩes amicitie: an ĩpossibile ẽ prauos esse amicos.⁊ vtrũ vna spẽs amicitie sit/an plures. Qui nãqꝫ vnã eẽ putãt/ qz magis est/atqꝫ min: nõ sufficiẽti argumẽto ducunt. nã et q̃ sunt diuersa specie: magis sunt atqꝫ minus. Sed de his antea diximus.

ISte est octauus liber Ethicorũ Aristo. in quo de amicitia et amabilibus/ deqꝫ partibus politie pertractat. ¶ Primũ capitulũ vnica cõclusione/varijsqꝫ antiquorũ phorũ opinionib de amicitia clauditur.

Cõclusio. Cõsequẽs est post determinationẽ de gradib virtutũ/de amicitia ptractare. Nã amicitia/aut est virtus aut ꝯuirtuti cõnexa. Est etiã perqꝫ necessaria ad bñ/beateqꝫ viuẽdũ. Uerũ ⁊ si cetera bona hoĩ adsint:sine amicis tñ bene viuere nõ posset: igit de amicitia restat ptractãdum. Diuitib em̃ ⁊ in magistratu/potestateqꝫ collocatis/ plurimũ cõfert amicorũ societas. Nihil em̃ ꝓdest rerũ ꝓsperitas/facultate beneficij conferendi sublata. Beneficij q̃z collatio potissimũ fit ad amicos. Quare diuitib vt bñ ⁊ feliciter viuãt/opus est amicis. Prosperitates etiã fortune sine amicoꝝ adminiculo asseruari nequeũt. Quãto em̃ magis abũdãt/tãto maioribus piculis subsunt. Plurimũ etiã ꝯferũt amici in egestate ꝯstitutis: in qua ad ĩpos vnicũ putat pauperũ cõfugiũ. Iuuenes etiã amicis indigẽt: vt eoꝝ pctã arceant/dñenturqꝫ aĩoꝝ egritudines. Et senib ꝯferũt amici: q̃b plerũqꝫ obsequiũ p̃stare pñt: ⁊ p̃sertim ea vigẽte etate ad eas actiones terminãdas/q̃s ipsi ob impotẽtiam ⁊ senectutis debilitatẽ exercere non possunt. Rursus ꝯferũt amici his oĩb q̃ ad honestas actiones sese parãt. Taliũ em̃ actiões affectu (vt vulgo dicitur) carere nõ possunt: iuxta illud.

Cõclusio. | Nota bene. | Pulchrũ et cõe dictum.

Nõ caret affectu qd voluere duo. ¶ Scdo: amicitia ꝯuenit suapte natura genitori ad genitũ/siue ad id qd ab ĩpo originẽ ducit: nõ solũ in hoĩb/sz in alijs etiam aĩantibus que rationis sunt expertia: vt experimento quotidiano datur. Hec enim amicitia naturalis/aĩalibus eiusdẽ speciei potissimũ ꝯuenit. Facile est etiã cognoscere oẽm hoĩem homini esse sociabilẽ atqꝫ cõmunicatiuũ/vt in viarum erroribus cõtingit.

¶ Tertio.

¶ Tertio. Amicitia ciuiū iura/ipasq; ciuitatū institutiones continet: ⁊ ideo legū cōditores magis circa amicitiā/ꝙ circa iusticiā inuigilāt/maximeq; ipsam desiderāt. Simultates aūt ac inimicitias aspernant: longeq; ꝓpellūt.

Nota ꝓpositionem si oēs essent amici.

Si em̄ oēs ciues sint amici/iusticia posthabetur: sed si oēs sint iusti/operepreciū est amicitia: et iustū amicabile/quod potior iusticie pars reputatur/ad amicitiā ꝑtinet.

Quid iustū amicabile.

¶ Est autē iustū amicabile/quo quis per volūtatē seipsum ⁊ oia sua ꝯdonat. Iustū enim amicabile non solū necessariū est ad vite societatē/sed etiam honestum: hoc est ad virtutē spectat. Nā amicorū copia/res maxime honesta censet. Verū aliqui philosophorum arbitrati sunt virtutem et amicitiā idē esse.

Opinionū varietates.

¶ Subiūguntur opinionū varietates de ipsa amicitia. Quidam enim philosophorū ipsam similitudinē quandā esse dixerūt ⁊ oēs similes censuerunt amicos. Unde inquiūt simile ad simile (vt corniculā ad corniculā) amicitiā habere. Alij philosophorū oia similia inimica/⁊ sibi mutuo odiosa esse censuerunt. Eurypides autē vnū cōtrariū alterū appetere atq; amare asseruit: vt patet in eius carminibꝰ que textui inserūtur.

Heraclitus

Heraclitꝰ philosophus pulcherrimū dicebat sonū ex cōtrarijs ortum habere/ oiaq; per contraria generari.

Empedocles.

Empedocles tamen similes ad simile amicitiā autumabat. Sed he naturales ꝑscrutationes veniūt postergāde: quia huius discipline limites egrediuntur.

Mōnes nō dilecte.

Cōsiderandum est igitur de his que ad hoim mores/animorūq; perturbationes spectare videntur: vt sit ne inter oēs hoies amicitia: est ne possibile prauos/amicos euadere: ⁊ an sit oim amicitiarum vna species. Quidam enim philosophorum vnā esse amicitie speciē dicūt: quia amicitia scd̄m magis et minus dicitur: sed hi inefficaci argumēto ducunt. Nā res variarū specierū/ magis atq; minꝰ recipiūt.

Argumētū inefficax.

Annotatio.

¶ Annotationes textus.

¶ Monedula/est cornicula tota nigricans/ cui insita est auri atq; argenti furacitas: et dicitur monedula/ quasi monetula. A furandis enim pecunijs hec auis nomen inuenit. Unde Ouidius.

Ouidius

Sytonis accepto ꝙ auara popoſcerat auro/
Mutata est in auē que nūc quoq; diligit aurum.
Nigra pedes/nigris velata monedula pēnis.

¶ Vulgatissimū est oēs figulos suapte natura inuidos esse: Unde meminit Hesiodus.

Hesiodus

Inuidet et figulus figulo/et egenus egeno
Siue faber fabro/dulcisq; poeta poete.

Amicitie laudes Beroaldus

¶ Est mediusfidius sanctissima res amicitia: et non singulari veneratione digna/sed eterna laudatione decorāda: vtpote genitrix optima magnificentie et honestatis: germana beneficentie ac charitatis: inimica odij et auaricie: semꝑ prōpta/semꝑq; ꝓpēsa ad ea q̄ ꝓ altero strenue peragenda/que pro se alterū vellet operari: neq; preces expectans: neq; blāditias expetēs: cuiꝰ effectus ꝓbatissimi hodierno die rarenter inter mortales conspiciūtur: cuiꝰ rei causa est hoim cupiditas inexplebilis: q̄ ꝓprie tm̄modo vtilitatis rōnem habētes/amicitiā ad penitissimas orbis terras exterminarūt: extorrēq; fecerūt. Hec Beroaldus.

¶ Multi em̄ putarūt virtutē et amicitiā idē esse. Nā sicuti virtus multa ꝑclara oꝑatur: sic ēt amicitia/dicēte Seneca.

Seneca

Vir bonꝰ qd̄ honeste se facturū putauerit/faciet etiā sine pecunia: si laboriosū erit/faciet: etiā si damnosuz erit/faciet: etiā si ꝑiculosuz erit. Rursus qd̄ turpe erit/ nō faciet: etiā si pecuniā afferet: etiā si voluptatē/potētiam/honorē/ab honesto nulla re deterrebit: ad turpia nulla spe inuitabitur. Sicut em̄ virtus oia subit: sic et amicitia/vt habet Picus mirandula.

Picus mirandula.

virtutis: similiter honores / ꝑut impẽdunt̃ in signum ꝟtutis. Id aũt vocat delectabile qd̃ sensui affert delectationẽ: vt sunt cibi et potꝰ / ⁊ actus venerei: silr̃ ludi. Utile aũt vocat qd̃ nõ sm se est delectabile: sed qr valet ad acquisitionẽ eius qd̃ sensum immediate delectat: vt sũt pecunie ⁊ alia bona externa: ⁊ sm quodlibet p̃dictorũ verificat̃ amicitia. Eos eñ quos videmus ꝯuenire / ⁊ se mutuo in suis opationibus adiuuare / vocamꝰ amicos sm vulgatũ ⁊ tritũ modũ loq̃ndi. Boni eñ cõueniũt ꝓpter solã ꝟtutẽ: mali ꝟo ꝓpter bonũ delectabile in cibo ⁊ potu: et negociatores siue mercatores ꝓpter bonũ vtile. Sꝫ sm rei ꝟitatẽ / amicitia nõ diuidit̃ i illas tres species: qr amicitia ꝓpter bonũ vtile / silr̃ ꝓpter delectabile / nõ est amicitia: qm̃ amicitia simplr̃ dicta / nõ est nisi respectu aliciuꝰ amabilis simplr̃ dicti. Sed amabile vtile / silr̃ delectabile / non est amabile simplr̃ dictum: igitur cũ hec duo nõ dicant̃ amabilia / nisi ꝓ quanto ordinant̃ ad amabile honestuz solũ: igit̃ amabile honestũ / est ꝑ se amabile. ¶ Isto notato ⁊ bene intellecto ponunt̃ ꝯclõnes.

Prima conclusio. amicitia ꝓpter ho Pria ꝯclo

nestum non potest contingere/ nisi inter solos bonos: vt amabile honestū ab vtili ꝛ delectabili distiguatur. Probaṫ conclusio auctoritate Aristo. sic inquientis. Si oēs essent amici/ non esset his opus: hoc aūt esset falsum/ nisi oēs amici essent boni. Nā prauis existenti bus amicis/ opus esset iusticia: igitur inter solos bonos est amicitia ꝑpter honestum. Secundo probaṫ. Nam amicitia ꝑpter honestum est ad hominē honestum ipsius gratia: sed solus studiosus est honestus: igitur inter solos bonos est dicta amicitia. Maior est clara: qꝛ amicitia requirit redamationē: sed studiosus neminem redamat/ nisi sciat eū bonum. Prauus enī nunq̄ perfecte amat studiosū ipsius gratia. Nā op⁹ ꝑfecte amantis/ est se ꝯdonare amato/ vt omnia velit que scit amantē velle. Prauus autem non omnia vellet/ q̄ scire vellet studiosū. Et Cicero li. de Amicitia/ sic dicit. Hoc primū sentio amicitiam nō nisi in bonis esse non posse. ¶ Item ꝓbatur idem ꝑ diffinitionem amicitie quam dat Tullius li. de amicitia. Est enim amicitia nihil aliud q̄ diuinarū ꝛ humanaꝝ reꝝ cum beniuolentia ꝛ charitate summa consensio. Talis autem amicitia viro malo competere non potest: igitur. ¶ Itē ꝓbaṫ auctoritate eiusdē. Ipa (inq̄t) virt⁹ ipaꝫ amicitiam gignit ꝛ continet: nec sine virtute/ amicitia esse vllo pacto potest: igitur inter solos bonos est amicitia propter honestum.

Prauus nō pōt perfecte amare studiosum

Tullius de amicitia

Amicitie descriptio a Cicerone

Scđa ꝯclō

Secunda cōclusio. amicitia propter

vtile vel delectabile (capiendo amabile/ vtile et delectabile/ vt distinguūtur contra honestum) potest esse inter prauos: patet. Naꝫ praui possunt propter solam vtilitatem vel voluptatem conuiuere. Possunt etiam esse similium morum: et se mutuo amare: igitur inter eos pōt esse talis amicitia. ¶ De hac amicitia loquiṫ Iuuenalis. Magna iter molles ꝯcordia. i. amicitia.

Iuuenalis

Dubium

Dubitaṫ scđo an amicitia ꝑpter de-

lectabile/ veri⁹ dicaṫ amicitia q̄ amicitia ꝑpter vtile.

Pro huius dubij enucleatiōe est ad-

uertendum q̄ in presentiarum non est sermo de amicitia ꝑpter delectabile in operationibus virtutum: sed est sermo de ea amicitia q̄ est circa delectationes sensuales/ prout amicitia propter vtile et delectabile distinguūtur ab amicitia ꝑpter honestum. Unde ꝫm talem amicitiam propter delectabile/ vnus potest esse alteri delectabilis multis modis. Primo modo propter conuenientiam in complexione: quia regulariter homines eiusdem cōplexionis sese amant. Scđo modo propter mutuam cohabitationem. Tertio modo propter similitudinem morum. Quarto modo propter connexionem sanguinis. Quinto modo propter exhibitionem alicuius desiderati. Et isto modo vn⁹ dicitur alteri delectabilis ad inordinatos act⁹ exercēdos/ sicut iter iuuenes ad inuicē in actib⁹ venereis in ludo vel alijs recreatiōib⁹. ¶ Hoc notato ponūṫ ꝯclōnes.

Pria ꝯclō

Prima cōclusio. amicitia ꝑpter dele-

ctabile quattuor primis modis/ est verior amicitia q̄ amicitia propter vtile: hoc est magis accedit ad naturam ꝛ similitudinem vere amicitie: probatur. Nā illa amicitia ꝫm Aristo. est melior/ quam querunt boni et beati. Nā bti nō indigēt vtilib⁹/ sed delectabilib⁹: sed amicitia ꝑpter delectabile/ quattuor primis modis ē huiusmodi: igitur. Minor patet. Nam cōsanguinitas vix dissolui pōt/ etiā inter malos. ¶ Itē: illa amicitia ꝑpter delectabile/ ē magis firma/ stabilis ꝛ diutina: igitur magis accedit ad similitudinē vere amicitie.

Aristoteles

Scđa ꝯclō

Secunda ꝯclō. amicitia propter de-

lectabile scđo modo acceptū/ nō veri⁹ accedit ad naturam vere amicitie q̄ amicitia ob vtile. Probatur: quia talis amicitia non est adeo ꝑmanens/ neq̄ fixa/ cum sit inter prauos ꝑpter voluptateꝫ momentaneā: vtpote ꝑpter delectationem veneream/ que cito fluit: igitur non adeo ꝓpe accedit ad similitudinē amicitie/ sicut amicitia ꝑpter vtile. Scđo probaṫ idē. Nā amicitia ꝑpter vtile/ cōuenit senibus ꝛ non iuuenib⁹: modo senes stabiliores sunt iuuenibus: igitur eorum amicitia ꝑpter vtile/ stabilior est et firmior/ q̄ amicitia ꝑpter delectabile scđo modo acceptū. Senes enī ꝑpter defectum caloris nō ꝓsequuntur delectabile: ſꝫ ꝑpter indigentiam senectutis ꝓsequuntur vtile.

Dubium

Dubitatur tertio an cōtingat eundē

esse amicū pluribus ꝫm veram et perfectam amicitiā amicitiā. ¶ Pro elucidatione dubij est aduertēdū q̄ ly multa/ dupl'r accipiṫ. Primo mō vt opponiṫ vnitati: ꝛ hoc modo duo dicūṫ multa. Alio mō vt opponiṫ paucitati: ꝛ sic duo dicunṫ pauci. Nā duo sunt prima pauca: ꝛ hoc expssē testatur Aristo. x. Metaphysi. immo nec tria/ nec q̄ttuor dicunṫ multa. Cū enī statim possumus numerū aliquoꝝ hoīm apphēdere: nō dicim⁹ eos multos/ ſꝫ duos/ tres vel quattuor. Sil'r capi pōt ꝑ habitu/ eo modo quo pri⁹ diffinita. Alio mō ꝑ actu quo q̄s seipꝫ ꝯdonat amato: ꝛ ꝑfecte viuit cū amato.

Quot mōdis aliqua dicūṫ multa

Hoc supposito rn̄deṫ ꝫm sniam Ari.

q̄ impossibile est eundē esse amicū multis/ capiendo multa vt opponiṫ paucis: ꝛ capiendo amicitiam scđo modo: quoniam vnus non potest ꝑfecte seipsum cōdonare multis simul: cū non possit cōuenire multis nec in actionib⁹/ nec sermonib⁹ ꝑ eodē tpe: quod ꝓbatur. Quī opꝫ amico familiariter gaudēti ꝯgaudere/ ꝛ dolenti ꝯdolere: qđ nō ē possibile/ nec decēs ad multos. Nam sic/ idē gauderet ꝛ doleret respectu diuersorum amicoꝝ ꝑ eodē tpe: est tn̄ possibile eundē esse amicum multis/ capiendo multa vt opponiṫ vni: qꝛ inter tres pōt esse amicitia: vt videṫ velle Ari. nono huius. Nā opꝫ studiosum amicitiā suā sic disponere: vt nō sit ex toto subiecta fortune. Si aūt eēt ad vnū solū/ esset minus subiect⁹ fortune: qꝛ facile est hoiem vnū mori: ꝛ sic alter sine amicitia relinq̄reṫ. qđ min⁹ absurdū videṫ aliq̄b⁹. Qꝫ aūt vera amicitia sit iter tres/ sic suadet Burida. Tunc enī est ꝑfecta multitudo amicorū cū saluaṫ in ea oīs modus dilectiōis: sed hoc solū est inter tres. Modi enī dilectionis sunt tres: ſꝫ dilectio q̄ est ad amicū. Redilectio ad amantē: et condilectio ad tertiū. Nā si quartus vel quint⁹ adiūgaṫ/ nō efficietur nouus modus dilectiōis: qꝛ nō erit nisi ꝯdilectio. Tertia rō. queadmodū ē in amicitia naturali: sic esse debet in amicitia acq̄sita/ q̄ est virt⁹ moralis: sed amicitia naturalis q̄ est viri ad vxorē/ ē ꝑpter vnū tertiū: vtpote ꝑpter prolē. Et iō steriles nō tm̄ amāt q̄tū fecundi: igiṫ in vera amicitia debēt esse tres.

Aristoteles

Buridan⁹

Tres modi dilectionis.

Alia rō de amicitia naturali

Instantia

Sed cōtra istud istaret aliquis. Nā

bonū suipsi⁹ ē diffusiuū: igiṫ q̄to ꝯuenit plurib⁹/ tāto est melius: sed amicitia est de numero bonorū/ cuꝫ sit virtus ꝛ bonū honestū: igiṫ q̄to plurib⁹ ꝯuenit/ tāto est melior ꝛ ꝑ consequēs potest esse inter plures.

Alia instantia

Ad hāc ratione respōdeṫ q̄ nō quod-

libet bonum quanto plurib⁹ ꝯuenit/ tāto est ꝑfectius: sed hoc intelligitur: dum modo illud bonum non diminuatur

minuatur: modo amicitia per communicationem pluribus diminuitur ⁊ corrumpitur.

Alia instantia

Secūdo sic. Omnis studiosus debet ſm rectam rationem omne illud amare: quod suapte natura est amabile: sed omnis studiosus est huiusmodi: igitur omnis studiosus omnem studiosum debet amare. Tales autem sunt plures: ⁊ ꝑ ꝯsequens inter multos ⁊ plures ꝙ̄ tres/ potest esse vera amicitia.

Ad rōnem

Ad hoc rn̄det ꝯcedēdo ꝙ oēs studiosi se mutuo cognoscētes/ debēt se amare amore beniuolo: sed non quātū ad ꝑfectū conuictū ⁊ cōlcationē: hoc est enim operosum et difficile.

Si dicas: habet Aristo. ꝙ nemo habens cetera bona/ sine amicis expeteret viuere: igitur multitudo amicorum plurium ꝙ̄ triū est possibilis.

Ad hoc respondetur ꝙ Aristo. ibi loquitur de amicitia ciuili et non de perfecta amicitia: vel potest saluari illud dictū de duobꝰ amicis. ¶ Et dixi in titulo questionis ſm veram et perfectam amicitiam: quia quis potest esse amicus pluribus/ amicitia vtili et delectabili. Nam scdm Aristotelem/ diuites ⁊ in potestate constituti/ diuersis vtuntur amicis. Nam alij sunt eis vtilitati/ alij voluptati.

Dubiū

Dubitatur quarto/ an senes ⁊ seueri sint ad amicitiam inepti. ¶ Pro solutione dubij est aduertendum ſm Aristo. ꝙ potissimum ad verā amicitiam requisitum est conuictus/ communicatio/ siue cōgressio/ quibus priuantur senes: vt satis clare prius deductum est in annotationibus ⁊ expositione textꝰ. Nam cōgressio consistit in sermonibus et verbis iocosis/ atq; afferentibus voluptatem/ que vt in pluribꝰ sunt ab abundantia sanguinis boni/ ⁊ a bono temperamēto humorum. Ideo inter omnes/ sanguinei sunt iucundissimi: et maxime mouent alios ad delectationem: et qꝛ senes carent feruore sanguinis/ et sunt omnino sicci: ideo non possunt cōgredi more iuuenum in quibus maxime superabūdat sanguis. ¶ Ex quo sequitur melancolicos esse ineptissimos ad amicitiam: similiter litterati qui propter nimiam lucubrationem effecti sunt melancolici/ de quibus loquitur Aristote. xxxij. particula suorum Problematum/ inepti sunt ad ad amicitiam. ¶ Item/ senectus secum adducit tristiciam que maxime repugnat actibꝰ amicitie. Ideo Therentius senectutem morbum appellat. ¶ Item: senectus odiosa est iuuentuti/ que maxime prona est ad amiticiam. Iuxta illud Therentianū. Odiosa est hec etas adolescētulis. ¶ Senectꝰ em̄ multa icōmoda secū affert/ multa etiā adimit: iuxta illđ Horatij.

Melācolici inepti ad amicitiam

Aristoteles in ꝓblema.

Therentiꝰ

Horatius

Multa ferunt anni venientes ꝯmoda secum
Multa recedentes adimunt.

¶ Illa tn̄ senectꝰ que iuuētuti est similis. i. q̄ gaudet loquacitate ⁊ ꝯgressionibꝰ/ ꝑgrata est/ ⁊ amicitie aptissima: quēadmodū iuuentus illa ingratissima est/ que senectuti est persimilis: iuxta illud Ausonij.

Ausonius poeta Gallꝰ

Grata senectus homini parilis iuuente:
Illa iuuentus grauior/ que similis senecte.

¶ Et hec de primo tractatu.

Tractatus Secundus.

¶ Ostēdit aliā esse amicitie speciē q̄ in excellentia ꝯsistit/ eiusq; varias esse species. Has quoq; ꝯseruari docet quō/ que cuiq; debent/ ꝑ dignitate tribuunt.

Est autem ⁊ alia species amicitie q̄ in excellētia ꝯsistit: vt amicitia p̄ris ad filiū/ et oīno senioris ad iuniorē/ viri ad vxorē/ et principis oīs ad eos q ipsi subijciunt. atq; he inter sese etiā differunt. Nō est em̄ eadē amicitia parētibus ad liberos: ⁊ principibꝰ ad subditos. nec patri ad filiū/ ⁊ filio ad patrē: nec viro ad vxorē/ ⁊ vxori ad virū. diuersa em̄ est vniuscuiusq; horū virtꝰ ac opus. diuersa etiā sunt ⁊ ea propter que amāt. diuerse igitur ⁊ amatiōes ⁊ amicitie. Atq; eadē quidē vtriq; ab altero nec fiunt/ nec sunt q̄renda. ¶ Sed cū liberi qdē ea parentibꝰ tribuūt q̄ tribuēda sunt genitoribꝰ/ parētes aūt filijs q̄ natis tribui debēt: stabilis taliū et bona est amicitia. ¶ Oportet aūt ⁊ amationē oībus in amicitijs q̄ in excellentia cōsistunt/ ꝯparatiōe fieri rationū. Magis em̄ amari ꝑstabiliorē/ vtiliorem ve: ꝙ̄ amare optz. ⁊ ceteroꝝ vnūquemq; similiter. Nā cū amatio fit pro dignitate: tūc fit aliquo modo equalitas. qđ quidē amicitie esse videt. ¶ Equale aūt in iustis ⁊ in amicitia/ nō similiter sese habere videt. Est em̄ iustis quidē equale prīo/ qđ ē ꝑ dignitate: scđo qđ est ī quātitate. In amicitia aūt id quidē quod est ī quātitate/ primo. id autē qđ est pro dignitate/ secūdo. constat autē: si in virtute vel vitio/ vel diuitijs/ vel ī aliqua alia re/ magna distātia fiat. non em̄ vlterius sunt amici: nec dignū putant se esse amicos. Maxime aūt hoc est manifestū in ipsis dijs immortalibus. hi nāq; plurimū bonis omnibꝰ antecellūt. ¶ Constat autem ⁊ in regibus. nec eniz his se esse amicos dignum ij putant: q sunt lōge inferiores. nec item optimis viris aut sapientissimis/ ij q nulliꝰ sunt precij. ¶ Exacta igit in talibus nō est definitio quousq; sint amici. multis em̄ ablatis: adhuc amicitia manet. ꝙ si nimis fuerint separati (vt a deo) nō ꝑmanet. ¶ Unde ⁊ dubitat si amici velit amicis ea bonorum q̄ maxia sunt: vt deos esse. nō em̄ vlteriꝰ erunt ipsis amici. quare nec bona. amici namq; bona sunt suis amicis. Quare si bene sit dictū amicū amico bona illius gratia velle: manere oportet/ qualiscunq; sit ille. homini autem volet maxima bona inesse: ⁊ fortasse non omnia. sibi eniz ipsi maxime quisq; vult ipsa bona.

Septimū capitulum/ quod est primū secundi tractatus/ quinq; conclusionibus/ vno correlario cum vna dubitatione clauditur. ¶ Prima cōclusio. preter p̄- Prima ꝯclo

dictas. Alia est amicitie species que inequalitate ꝑsonarum consistit: patet. Nam patris ad filium/senioris ad iuniorem/ꝛ viri ad vxorem/ꝛ principis ad subditum est amicitia. Hee aũt ꝑsone sunt inequales: igit̃ preter predictas amicitie species/alia est inequalium personarum amicitia.

Scd̃a ꝯclo

Secunda conclusio. Amicitie in excellẽtia locate/inter se discrepantiã patiunt̃: pꝫ. Nam alia est parẽtum ad liberos/ꝛ principum ad subditos amicitia. Alia est etiam viri ad vxorem/et vxoris ad virum/patris ad filium/et filij ad patrem. Nam oĩm predictorũ altera est virtus/ꝛ alterum opus. Secũda ratio. Nam omnium predictorum cause sunt diuerse: igitur actus amãdi ꝛ amicitie. Antecedẽs suadet̃: qꝛ non eadẽ accõmodant̃ ꝛ fiunt parẽtibs a filijs/ꝛ contra. nec viro ab vxore: ꝛ vxori a viro: sed cũ filij ea q̃dẽ q̃ tribuẽda sunt/parẽtibꝰ tribuũt. Parẽtes itidẽ q̃ natis erogari debent/ firma ꝛ ꝑmanẽs ẽ taliũ amicitia.

Tertia conclusio

Tertia cõclusio. amicitie q̃ in excellẽtia ꝯsistũt/fiunt ꝭm dignitatẽ ꝑsonaꝝ/ vt melior ꝛ vtilior magis ametur q̃ꝫ amet. Talis eñ amicitia iusta est ꝛ ꝑmanens. Nam in hoc amandi genere seruatur equalitas/cum in eo fiat amatio ꝭm dignitatem ꝑsonarum. Equalitas enim amicitie maxime ꝓpria est.

Equalitas est q̃d ꝓpriũ amicitie

Quarta cõclusio

Quarta cõclusio. Nõ eodẽ modo sumenda est equalitas in iusticia et amicitia. Suadet̃. Nã iusticia distributiua q̃ ꝭm equalitatẽ dignitatis ꝛ ꝓportiõis sumit̃/primas sedes sibi vendicat. Ea ꝟo iusticia q̃ ꝭm equalitatẽ qnãtitatis attẽdit̃/postremũ sibi vendicat locum: secus aũt est in amicitia. Nã illa amicitia dignior atqꝫ excellentior cẽset̃: q̃ est inter ꝑsonas equales ꝭm quantitatẽ illius boni/ratione cuius se amãt: vtpote boni delectabilis/vtilis vel honesti/illa vero que inequaliũ ꝑsonaꝝ in qua seruat̃ quedam dignitatum proportio/imperfectior est. ¶ Ex q̃ patet amicitiam ꝭm suam rationem magis equalitatem boni/q̃ꝫ dignitatem personarum respicere.

Nota bñ qꝛ difficile

Quita ꝯclo

Quinta ꝯclo. Personarũ inequaliũ ac multũ distantiũ/aut virtute/ aut vitio/aut diuitijs aut aliquo alio mõ: non solũ est amicitia/ sed nec vna alteram suo amore dignam existimat. Suadet̃ cõclusio tribus rõnibꝰ. ¶ Prima rõ. Deos ipsos qui hoies longe antecellant/nõ dicimus amicos ꝓpter nimiã a nobis distantiã in virtute. ¶ Scd̃a rõ. Reges non iudicant se amicos his q̃ inferioris sunt cõditionis atqꝫ status. ¶ Tertia rõ. Uiri optimi nõ iudicãt eos amicos qui nullius sunt estimatiõis vel fame. ¶ Correlarium. Terminus distantie et inequalitatis ꝑsonaruꝫ extra quã nõ ꝯperitur amicitia/ꝛ ĩtra quẽ comperit̃/ non est limitatus atqꝫ finitus: pꝫ. Nã multis ablatis in quibus erant equales/adhuc ꝑmanent amici: sed si nimis fuerint separati/vt homines a deo separant̃: amicitia dissoluitur.

Correlariũ.

Dubitatio cũ diluuiõe.

Occurit dubitatio. Si amici velint amicis ea bonoꝝ q̃ maxia sunt/vt eos esse deos. Nã illis maximis bonis ab eis adeptis/non amplius manent amici ꝓpter nimiã inequalitatẽ: q̃ (vt supius dictũ ẽ) amicitiã dissoluit. Quare nec bona amici ãpliꝰ erunt eius: nam amici bona suis amicis sunt bona.

Diluit dubiũ. si supra recte dictuꝫ est amicũ velle amico bonũ illius grã: optꝫ eum manere talẽ qualis est. i. hoiem ꝛ amicũ. Licet eñ velit amico maxima bona: non tamẽ pre oĩbus: quia vnusquisqꝫ sibiipsi maxima bona cupit atqꝫ expetit.

Unusquisqꝫ vult maximũ bonum sibiipsi

¶ Sequuntur annotationes textus.

Annotationes

¶ Parẽtes filijs tribuere debẽt alimẽtũ/ꝛ oẽꝫ aĩoꝝ moderationẽ/rectã vite institutionẽ/exẽplaria virtutũ: corã quibus de innocẽtia/ de castitate/sobrietate/ alijsqꝫ ꝟtutibus sermo habeat̃. Abstinere etiã debẽt parentes in filioꝝ pñtia a multis: ne ipsi edocti/eoruꝫ exẽplo in vitium ruãt/ad q̃ maxie dociles sunt. Puerorũ eñ rectissimam a parentibꝰ educationẽ enucleatissime expressit Iuuenalis Satyra decimaquarta.

Iuuenalis

Plurima sunt fusiue/ꝛ fama digna sinistra:
Et nitidis maculam ac rugam figẽtia rebus:
Que monstrant ipsi pueris/traduntqꝫ parentes:
Si dãnosa senem iuuat alea: ludit et heres
Bullatus/paruoqꝫ eadem mouet arma fritillo:
Sic natura iubet velocius/ꝛ citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica/magnis
Cum subeant animos auctoribus/vnus ꝛ alter/
Forsitan hec spernant iuuenes/ quibus arte benigna
Et meliore luto finxit precordia titan:
Sed reliquos fugienda patrũ vestigia ducunt:
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpe:
Abstineas igitur damnis huiusce/etenim vel
Una potens ratio est: ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus ac prauis/omnes sumus: ꝛ catilinã
Quocũqꝫ in populo videas/quocunqꝫ sub axe:
Sed nec brutus erit: bruti nec auũculus vsqꝫ:
Nil dictu fedum/visuqꝫ hec lumina tangant
Intra que puer est: ꝓcul huic/ ꝓcul ite puelle:
Lenonum ꝛ cantus pernoctantis parasyti:
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras: nec tu pueris contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

¶ Filij eñ frequentissime parentum mores imitant̃.

Mantuanꝰ

Quod viret in folijs venit a radicibus humor:
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

¶ Cap̃. ij. Docet plerosqꝫ magis amari q̃ꝫ amare velle/ꝛ amari ꝑstabiliꝰ esse quoqꝫ honorari/q̃ illi ꝓpinquũ est. Nihilominꝰ tñ amicitiã magis in exhibẽdo/quoqꝫ suscipiendo amorẽ consistere amicitiam ex contrarijs ob vtilitatem effici: sed contrarium per accidens appetere contrarium.

PLericqꝫ autẽ ob ambitionẽ/magis amari q̃ꝫ amare velle videntur. Quapropter plericqꝫ amant ip̃os adulatores. adulator eñ ĩferior ẽ amicꝰ/aut fingit se taleꝫ: ꝛ magis amare q̃ꝫ amari. Amari aũt ꝓpinquũ huic esse videt̃: affici inquã honore. quod quidẽ plericqꝫ affectant. ¶ Non per se autẽ sed per accidẽs videntur honorẽ expetere. Nã plericqꝫ gaudẽt: cũ honorant̃ ab ijs q̃ sũt in potestatibꝰ ꝓpter speꝫ. putant enim se si quo indigeãt/ id ab illis impetraturos. gaudent igitur ipso honore: vt signo beneficij suscipiẽdi. Qui autem appetunt a bonis viris atqꝫ scientibus honorari: confirmare opinionẽ eã quã ipsi habent de se/affectãt. gaudent igit̃

dent igitur: quia sunt boni/credentes eorũ iudicio qui id dicũt. Amari autem per se gaudent. quapropter prestabilius ipsum esse q̃ honorari videbitur: et amicitia expetenda per seipsam esse. ¶ Uidetur autem magis in exhibendo amorem q̃ in suscipiendo consistere. Argumento sunt matres/amando gaudentes. Nonnulle namq; suos tollendos filios dant. et amãt quidem scientes. vt amentur autem ab illis non q̃runt si vtrumq; fieri nequeat. sed satis ipsis esse videtur si in prosperitate vidẽt illos esse constitutos. Amantq; illos: et si illi non possunt ob ignorationem ea que sunt exhibenda retribuere matri. ¶ Cum igitur amicitia magis in amãdo consistat et laudentur qui amant amicos: virtus amicorum videtur esse amare. ¶ Quare in quibus hoc fit pro dignitate: ij stabiles sũt amici/et amicitia talium est stabilita. hoc autez modo et qui sunt inequales: maxime fuerint amici. equales enim fieri possunt. equalitas autem ⁊ similitudo est amicitia. ¶ Et maxime quidem eorum similitudo qui similes sunt virtute. Nam cum stabiles per seipsos sint/⁊ tales inter se sunt: et neq; indigent prauis/neq; talia subministrant: quin potius etiam prohibent. Est enim bonorum hominum neq; ipsos delinquere: neq; amicos permittere praua subministrare. ¶ Praui autem stabilitatem quidem non habent: quippe cum neq; sibijpsis similes perseuerent. breui vero tẽpore fiunt amici: sua gaudentes mutuo prauitate. ¶ Utiles autem ⁊ iucundi permanẽt magis. permanent enim quousq; voluptates aut cõmoda sibi mutuo prestant. ¶ Ex contrarijs autem maxime videtur ea fieri amicitia que ob vtilitatem efficitur. Nã fit amicus pauper diuiti/ac indoctus scienti. Cuius enim quis indiget: id affectans aliud affert/pro ipso. huc trahere quispiam et amatorem ac adamatum: et pulchrum ac turpem potest. Quapropter et amatores ridiculi videntur interdum: dignum esse censentes perinde amari vt amant. Atsi similiter quidem amabiles sint: amandi sunt fortasse vt censetur. si vero nihil amabilis habeant/ridiculum est profecto/sese vt amant amari oportere censere. Fortasse autem neq; contrarium per se contrarium appetit: sed per accidens. appetitio vero/ipsius est medij. hoc enim est bonum. veluti sicco: non vt humidum fiat/sed vt accedat ad mediũ/et calido/et ceteri simili modo. Sed hec quidẽ missa faciamus. nõ enim ad hũc locum accommodantur.

Secũdum capitulum sex conclusionibus/duobus correlarijs ⁊ vna dubitatiõe clauditur. ¶ Prima cõclusio. Plerisq; hominum ob honorem atq; gloriolã/magis amari q̃ amare expetunt: ꝓpterea multi ipsos adulatores amant/credẽtes se ab ipsis amari. Adulator enim inferior est amicus: id est non est verus amicus: et fingit se talẽ. i. magis amare q̃ amari. Amari etiã simillimum est huic qd̃ est affici honore: naz vtrũq;/⁊ amari et honorari est/vel esse debet ꝓpter virtutem. Is enim qui honoratur/videtur ab afferente honorem amari. — Prĩa ɔclõ

Secunda conclusio. Amari meli⁹ est q̃ honorari: ⁊ amicitia eligibilior ẽ honore. Suadet. Nam id quod suapte natura est expetibile/meli⁹ est et eligibilius: eo quod est per accidẽs: et propter aliud expetibile. At vero amari per se/expetibile est: honorari vero propter aliud: igit. Minor claret. Nã multi gaudent honorari ab his qui in potestatibus sunt cõstituti: ⁊ hoc ob spem. Sperant enim se ɔsecuturos ab eis aliquid quo indigent: et sic gaudent honore: non propter honorem/sed quodam signo bone spei/vel vt signo beneficij suscipiendi. Secundo. Nam homines appetunt honorari a bonis et sapientibus/expetẽtes opinionem suã de ꝓpria excellentia ɔfirmare. Gaudent igitur quia honorantur vt boni/credentes eoruz iudicio qui ipsos honoribus afficiunt. — Scd̃a ɔclõ

Tertia cõclusio. Amicitia magis in exhibitione amoris q̃ in susceptione ɔsistit. i. in amare q̃ in amari. Matres eñ sunt argumento gaudentes in filiorũ amore. Magis eñ curãt filios amare/q̃ ab ipsis amari. Nam quedam matres dant filios suos nutriendos: ⁊ gaudent/eos amando: nec querũt redamari: si vtrumq; fieri nequeat. i. si non contingat eas amare filios: ⁊ ab ipsis amari. Sat est enim ipsis si filios in prosperitate constitutos videant. Matres igitur filios amant/etsi ipsi non possent ob ignorationem ea tribuere matribus que tribuẽda sunt. ¶ Primum correlariuz. Uirtus amicorũ est amare: hoc est: potissimus actus amicitie est amare. Suadet. Nam amicitia magis in amare q̃ in amari cõsistit: vt ex ꝑcedẽti ɔclone claret. Amatores etiam magis laudantur q̃ amati. ¶ Scd̃m correlariũ. Hi amici stabiles sunt/in quibus amare fit scd̃m dignitatem: id est habita ɔsideratiõe amantis et amati. Nã ꝑ hunc modũ inequales maxime fiũt equales: cum oĩs amicitia sit quedã equalitas ⁊ similitudo: vt prius deductũ est. — Tertia ɔclõ; Probatio de mr̃ibus

Quarta ɔclõ. Eorũ amicitia q̃ similes sunt ꝟtute/maxĩe stabilis est: prauoꝝ ꝟo q̃ ꝟtute similes esse nequeũt instabilis. Suadet. Nã boni stabiles sunt ⁊ firmi ꝑ seipsos. Bonus eñ sibi cõcordat: q: talis est. i. bonus. Neq; boni egent prauis: nec praua subministrant: q: virtus non illud ꝑmittit. Nã bonoꝝ est/nec peccare: nec amicis peccãtib⁹ praua subministrare: nec peccãtibus permittere eos ministros esse. Secũda pars suadetur. Nam praui in suis actionibus nullam habent stabilitatem/nec permanent similes: sed breui tẽporis intersticio fiunt amici/sua prauitate gaudentes. — Quarta cõclusio

Quĩta ɔclõ. Utiliũ atq; delectabiliũ amicitia prauoꝝ est stabilitas: nã taliũ amicitia diuturnior est atq; ꝑmanẽtior: non tamen permanet nisi q̃diu durant delectatio ⁊ voluptas. — Quĩta ɔclõ

Sexta ꝯclo Sexta conclusio. Amicitia vtiliuz ex contrarijs: id est dissimilibꝰ coalescere videtur. Nam ƀm tale amicitie genꝰ/ pauper fit diuiti amicꝰ/ ⁊ ignarus scienti. Affectantes eñ id quo indigemus/ aliud pro ipso conferimus. Ad hanc etiã amicitiam ex contrarijs põt reduci amicitia delectabiliũ/ vtpote amicitia amatoris ad adamatũ/ et turpis ad pulchrum.

Correlariũ. ¶ Correlariũ. Hi amatores ridiculi atqꝫ vani censentur/ volentes amari ꝑinde ac amãt: cũ nihil amabile in se habeãt. Si eñ similiter sunt amabiles vt amãt/ amãdi sunt ƀm eorũ iudiciũ. Sed si nihil amabile in se habeãt: ridiculum est eos velle se amari vt amant.

Obiectio Diluitur obiectio circa sexte conclusionis materiam. Diceret eñ quispiam vnũ contrariũ non posse expetere reliquũ: igitur perperã dictum est amicitiam ob vtile ex cõtrarijs conflari.

Hanc obiectionem diluit Aristo. dicens vnum contrariũ non per se/ sed per accidens reliquum appetere. Appetitꝰ eñ per se/ est ipsius medij: per accidens vero/ cõtrarij qđ est bonũ appetenti: vt siccũ nõ appetit fieri humidũ: sed ad mediũ reduci: ħ est/ appetit esse minus siccũ. Simili modo calidũ nõ appetit esse frigidum: sed priuari excessu caliditatis: aliquando tamen siccum expetens esse minus siccũ/ per accidens efficiť humidum: et calidum expetens excessu caloris priuari/ ad frigus reducitur. Sed hec posthabenda sunt: qm̃ ad aliud negociũ accõmodantur: vtpote ad philosophiam naturalem.

Annotationes ¶ Sequuntur annotationes textus.

¶ Ambitio hic sumiť vt est species supbie: ⁊ est iordinatus appetitus honoris vel glorie. ¶ Gloria eñ miseros vrit: vt se amari vltra q̃ȝ deceat/ sentiant.

Seneca decima tra.
Pauci reges non regna colunt.
Plures fulgor conuocat aule:
Cupit hic regi proximus ipsi:
Clarusqꝫ latas ire per vrbes:
Vrit miserum gloria pectus.

¶ Desinat igitur insana hoim mens ob gloriam temporalem (que floccifacienda est/ nec cuiqꝫ ad virtutis adeptionem conducat) velle amari. Ouidius.

Ouidiꝰ epistola. xj.
Quid iuuat admota proauorum nomia celo?
Inter cognatos posse referre iouem?

¶ Recte enim celestem gloriam considerans/ glorie huius mundi pudebit. Boetius.

Boetiꝰ metro septimo libro scdo
Quicunqꝫ solam mente precipiti petit
Summumqꝫ credit gloriam:
Late patentis etheris cernat plagas:
Artumqꝫ terrarum situm.
Breuem replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.

¶ Matres filios maxime amant: suntqꝫ nonnunq̃ȝ in eorum malis adiutrices: et cõtra paternam castigationem insurgunt. Therentius. Matres oẽs filijs in peccato adiutrices: ⁊ auxilio in paterna iniuria solent esse. ¶ Sit eñ Monica diui Augustini mater oĩbus matribus in coercendis filijs exemplo: que filiũ turpi insanientẽ libidine/ ad castitatis amorẽ sanctis assidue monitis cohortabatur. Tanta eñ in ea animi constãtia/ tanta perseuerantia ac religio extitit: vt optimos quosqꝫ ac doctissimos semꝑ anxia ac gemebũda adiret: rogans/ instansqꝫ vt filium errantẽ docerent vere religionis dogma/ atqꝫ doctrinã: que virili demũ aĩo/ neqꝫ laboribus/ neqꝫ periculis ꝑcens/ semper inuicta/ semper infracta/ per longa viarum spacia/ terra eum/ mariqꝫ secuta est: quousqꝫ ad xp̃iane religionis institutum cõuerteretur. Imiteñť igiť matres Monicam in filiorum institutione/ sobrietatem/ modestiam/ integritatem atqꝫ innocentiã colant: in gubernanda re familiari ⁊ in instituendis filijs diligẽtiam: quibus etiã vtatur pater: ne ex nimia patrum in filios indulgẽtia/ deteriores euadãt: vt rectissime cecinit Mantuanus.

Blanda patrum segnes facit indulgentia natos. Mantuanꝰ

(Therentiꝰ, Monica Augu. mr̃ — marginal notes)

¶ Ca. iij. Ostendit quum amicitia: vt iustum a societate consistat/ sintqꝫ societates oẽs similes partibꝰ societatis ciuilis/ amicitias ipas tales societates seq̃.

Videtur autẽ amicitia/ et iustũ (vt in pñcipio diximus) circa eadem ⁊ in eisdeȝ esse. in omni namqꝫ societate iustum aliqđ/ ⁊ amicitia eẽ videť. ¶ Itaqꝫ vt amicos appellant: simul nauigãtes/ ⁊ commilitones/ ⁊ ceteros similiter socios. atqꝫ quatenus communicant/ eatenus est amicitia: ⁊ iustum enim eodeȝ modo. ¶ Et ꝓuerbium recte/ ea que sunt amicorum/ communia dicit esse. Amicitia namqꝫ in cõmunicatione/ sociateqꝫ cõsistit. ¶ Atqꝫ fratribus quidẽ/ sodalibusqꝫ cuncta ꝯmunia sunt. ceteris autem definita. Et alijs plura/ alijs pauciora. ⁊ amicitiaruȝ eñ alie magis/ alie minus amicitie sunt. differunt autem ⁊ iusta. Nõ enim eadẽ sunt parentibus ad filios ⁊ fratibus inter se: neqꝫ sodalibus atqꝫ ciuibus/ ⁊ in ceteris similiter amicitijs. diuersa igitur sunt et iusta ad horum singulos. ¶ Et incrementa suscipiũt/ ꝙ sunt ad magis amicos. est enim grauius sodali/ q̃ȝ ciui pecuniam auferre. et fratri q̃ȝ extraneo opem non ferre: ⁊ patrem q̃ȝ quẽuis alium pulsare. crescit autem ⁊ iustum cum amicitia simul: quippe cũ sint in eisdem/ ⁊ eque sese extendãt. ¶ At vero societates omnes: similes sunt partibus societatis ciuilis. Nam ob vtilitatem aliquem cõueniunt homines et aliquid eorum consequũtur/ que ad vitam ꝯferunt. Ciuilis quoqꝫ societas/ conducentis ab initio cõstitui gratia/ permanereqꝫ videtur. hoc eñ ⁊ latores legum cõiectant: ⁊ iustum id inquiũt esse/ quod publice prodest. Cetere igitur societates per partes vtilitatem appetunt. naute quidem eam que ex nauigatione ꝓuenit/ acquisitionẽ inquã pecuniarum aut aliquid tale: milites auteȝ eam que fit ex bello/ siue pecuniam/ siue victoriam/ siue ciuitatẽ affectent. eodemmodo contribulesqꝫ ⁊ populares. Nonnulle autem societates gratia voluptatis constare vidẽtur. vt eorũ qui simul choros exercent/ aliaqꝫ similia: ⁊ eorũ qui pecunias cõferũt

ad cõuiuia

ad conuiuia sibi paranda. he nanq̃ sacrificij/conuictusq̃ causa fiunt. ❡Omnes autem he sub ciuili societate esse videntur. Non em̃ presens commodũ ciuilis affectat: sed ad omnem vitã. Atq̃ sacrificia et cetus circa hec faciunt/honorem dijs tribuentes: ⁊ sibijpsis requiem prestantes cum voluptate. Vetusta namq̃ sacrificia/conuentusq̃ post frugum fieri preceptionem (vt primitie) videntur. hoc em̃ in tempore maxime ocio induldebat. Societates igitur vniuerse/partes ciuilis esse videntur. tales aũt amicitie: tales societates sequuntur.

Prima ꝯclõ

TErtiũ caplm̃ quattuor conclusionibus clauditur. ❡Prima conclusio. Omnis amicitia in quadam cõgressione/cõicatioue ve ꝯsistere videtur. Probatur. Nam amicitia ⁊ iusticia circa eadem/⁊ in eisdẽ versantur: sed iusticia in quadam cõmunicatione/congressione ve versat: igitur ⁊ amicitia. Scdo probatur. Nam simul nauigantes ⁊ cõmilitones/ceterisq̃ sociorũ amici appellantur ea ratione qua societatẽ ineunt: ⁊ vetus verbũ qd oĩa amicorum bona cõia asserit/rectissimũ censetur. Eorum namq̃ bona in cõicatione ⁊ congressione cõsistunt: igitur ⁊ amicitia. Nam fratribus ⁊ sodalibus omnia bona sunt coĩa: alijs ꝓo sunt limitata ⁊ diuisa: ⁊ alijs plura/alijs pauciora sunt bona. Nam iusticia ⁊ iniusticia ad bonorum variationẽ mutãtur: igitur ⁊ amicitie: cum iusticia ⁊ amicitia circa eadem versentur. Añs suadetur: q̃r nõ eadẽ sunt parẽtibus ad filios/et fratribus atq̃ sodalibus inter se. Iusticia enim et amicitia magis excrescunt/quo magis sunt ad amicos. Nam is grauius peccat q̃ pecuniam sodali aufert/q̃z alieno: ⁊ qui fratri/q̃z extero nõ magis auxiliatur. Grauius est etiã patrẽ/q̃z quẽpiam aliũ iniurijs afficere: igitur amicitia horũ est maior atq̃ perseuerãtior/cum crescente amicitia crescat/⁊ augeat iusticia: cum sint in eisdẽ ⁊ circa eadem.

Scda ꝯclõ. Scda conclusio. Omnes societates similes societati ciuili vident. Oĩes em̃ societates effigiem ⁊ similitudinẽ societatis ciuilis preseferũt. Nam oẽs hoĩes alicui⁹ vtilitatis gratia cõgrediũt: cum sint ad vitam tuendã/conseruandãq̃. Nam ciuilis societas a principio gratia cõferentis boni cõstitui videtur/atq̃ permanere: ⁊ hoc quidẽ iudicant legũlatores: et hi qui rebus publicis moderandis/ciuitatibusq̃ presunt: dicũtq̃ id iustũ esse qd publice vtilitati confert.

Tertia ꝯclõ Tertia ꝯclusio. Oẽs societates preter ciuilẽ/pticularẽ vtilitatẽ expetũt. Nam naute eã que ex mariũ traiectione ꝓuenit/expetũt: aut vtilitatem pecuniariã/vel aliqd simile. Milites ꝓo eã expetunt vtilitatẽ q̃ ex bello orit/quecunq̃ sit illa/siue pecunia/siue victoria/siue ciuitatis depredatio: ⁊ idez de his q̃ eiusdẽ trib⁹ sunt atq̃ mltitudine censeant.

Quarta cõclusio. Quarta cõclusio. Alique societates voluptatis grã ⁊ nõ vtilitatis esse vident: vt est eorũ cõgressio q̃ choris vtunt/alijsq̃ instrumẽtis iucũditatẽ hoĩb⁹ afferẽtib⁹. Preterea eorũ societates q̃ pecunias ꝯferunt ad lauta conuiuia sibi parãda: tales nãq̃ societates sacrificiorũ/cõuictuũq̃ grã fiũt: sed oẽs societates sub societate ciuili ꝯtinẽt. Nã ciuilis societas non solũ ea q̃ pñtia sunt/sed futurã vtilitatẽ exposcit. Oblatiões em̃ ⁊ hoĩm ꝯgregatiões ad hec referunt erogãtes dijs immortalib⁹ eũ honorẽ quez affectãt/⁊ sibijpsis requiẽ cũ voluptate. Nã veteres oblatiões post frugũ/fructuũq̃ tre collectionẽ fieri solẽt/vt pmitie. Hoĩes em̃ illis tpib⁹ ocio idulgebãt ❡Cõfirmat Aristo. ꝯclusionẽ principalẽ/dicẽs vniuersas societates societatis ciuilis pticulas esse. Diuerse enim amicitie diuersas societates sequuntur.

Annotationes textus.

Annotationes. Sodales ❡Sodales dicunt q̃ simul enutriti sunt. ❡Bonuz cõducẽs/bonũ vtile ⁊ bonũ ꝯferens/idẽ sibi volunt.
Cõtribules ❡Contribules sunt hi hoĩes q̃ eiusdẽ trib⁹ censent.
Chorus ❡Chor⁹ est instrumẽtũ quo gẽtiles i suis iucũditatib⁹ exercẽdis vtebant: ⁊ quo de⁹ ipe ab antiq̃s patribus laudib⁹ afficiebat/perinde ac xp̃iani nunc organis vtunt. Et sunt septẽ instrumẽta qb⁹ dñs deus in antiqua lege laudabat: vtpote tympanũ/psalteriũ/cymbalũ/cythara/tuba/chor⁹ ⁊ organũ.
Primitie ❡Primitie sunt primi fructus ex agris collecti q̃ deo offerunt.
Septem instrumenta diuine bonitatis. Laudatoria
❡Plinius romanorũ abstinentiã cõmendans dicit eos vinum non degustasse/quousq̃ sacerdotes primitias libassent.

❡Ca.iiij. Tres reipublice species: totidẽq̃ trãſgressiones distinguit: docetq̃ regnũ cui cõtraria est tyrannis: ceteris prestare: ex optimatũ potestate ad paucorũ potentiã migrari. Sed censupotestatẽ pessimã esse cui ꝯtraria popularis potestas inter transgressiones minimum prauitatis habet: sicut tyrãnis plurimum istarum specierum similitudines in domibus accipi posse declarat.

REi autẽ publice tres sunt species: et totidẽ etiã trãſgressiones ⁊ quasi labes illarũ. Et ille quidẽ sunt regnũ ⁊ optimorũ potestas/et tertia est ea q̃ e censib⁹ fit. quã censupotestatẽ dicere accõmodatũ videt. plurimi aũt rempublicã appellare ꝯsueuerũt. Atq̃ harũ optima quidẽ est regnũ deterrima vero censu potestas. Transgressio autem regni quidez tyrãnis est. ❡In vtraq̃ em̃ vn⁹ est princeps: sed inter sese plurimũ differũt. Nã tyrãn⁹ qdẽ suũ/rex aũt eoꝝ q ab ipso regunt ꝯsiderat cõmodũ. Nõ est em̃ rex/nisi sit ex sese sufficiens: ⁊ bonis oĩb⁹ antecellat. Talis aũt nulli⁹ indiget rei: nõ ergo suas ipe/sed eoꝝ q regunt/vtilitates cõsiderat. q nãq̃ talis non est/forte potius quidẽ est princeps q̃ rex. ❡Tyrãnis aũt est ꝯtraria regno. suũ nãq̃ bonum cõsequit ipe tyrãnus. Quo magis patet ipam esse pessimã. pessimũ em̃: id est qd est contrariũ optimo. fit aũt in tyrãnidẽ ex regno trãſgressio. Tyrãnis em̃ principat⁹ ẽ prauitas ei⁹ in quo vn⁹ est princeps. prau⁹ aũt rex: fit tyrãnus. ❡Ex optimatũ vo ptãte ad paucoꝝ po

tentiā fit trāsgressio: vitio principū q res ciuitatis preter dignitatē distribuūt/⁊ cūcta bona sibi vel plurima tribuunt/⁊ magistratus semꝑ eisdē plurimi diuitias faciētes. pauci igit ⁊ praui ꝓ optimis dominant. ¶Sed ex censupotestate ad popularē fit transgressio potestatē. Sunt eñ he finitime. nā ⁊ censupotestas/multitudinis esse solet: et pares sunt oēs q sunt in censu. ¶Minime vo prauū est popularis potestas. parū eñ reipublice transgredit speciē. Res igit publice hoc maxime modo mutant. minima eñ sic atq; facillima fit ipsaꝝ migratio. ¶Similitudines aūt ipsaꝝ ⁊ quasi exēpla quispiā ⁊ in domib⁹ accipere pōt. Societas eñ pr̄is ad filios: regni pre se fert effigiē. nati nāq; patri sunt cure. hinc ⁊ Homerus Iouē patrē appellat. ipm nāq; regnū / imperiū est suapte natura paternum. Patris aūt apud Persas imperiū tyrānicū est. suis eñ filijs vtunt vt seruis. Heri etiā ad seruos tyrānicū est. nā in ipso vtilitas agit heri. atq; hoc quidē rectū esse videt: sed Persarū aberrat. diuersoꝝ eñ diuersa sunt imperia. Uiri aūt ⁊ vxoris societas: similis optimatū potestati videt. pro dignitate nāq; vir presidet/⁊ ī ijs q̄ virū decēt: q̄ vo vxori accōmodant/hec illi tribuit. Qꝫ si in oībus vir dominet: in paucoꝝ potestatē mutat. preter dignitatē eñ hoc facit: ⁊ nō ea rōne qua prestabilior est. Interdū autē dominant vxores: ob amplitudinē pr̄imonij. nō igit fiunt imperia ob virtutē: sed ob diuitias/et potētiā/perinde atq; ī paucoꝝ fit ptāte. fratrū vo societas/silis est censuptāti. sunt eñ pares/preter differentiā etatis. Quocirca si multū etatib⁹ differant: nō fraterna inter ipos fit amicitia. popularis autē potestas/in ijs maxime habitationibus est: que domino carent. hic enim omnes sunt equales. ⁊ in quib⁹ princeps est imbecillis: ⁊ vnicuiq; inest potestas.

Prima ꝯclo Quartū caplm/nouē conclusionib⁹ claudit. ¶Prima cōclusio. Tres sunt respublice species/⁊ totidē trāsgressiones. Sunt eñ regnū optimorū/ potestas/⁊ censupotestas tertia. Due postreme Aristocratia ⁊ Tymocratia nūcupant. Multi ei solēt Tymocratiā vel censupotestatē rempublicā appellare.

Scda ꝯclo. **Scda ꝯclusio. Predictarū politiaꝝ** optima/est regnū: ⁊ omniū infima/est cēsupotestas.

Tertia ꝯclo **Tertia ꝯclo. Transgressio regni est** tyrannis. Nā in vtraq; repu. regno scꝫ ⁊ tyrannide/ vnus est princeps ⁊ moderator inter se plurimū discrepantes. Nam tyrannus/propriū atq; peculiare: rex vo in subditorū vtilitatem perquirit. Non eñ est rex: nisi ex se sit sufficiēs/bonisq; oibus alios preeat. Eñ vero rex nullius rei indiget: igit nō peculiare cōmodū/sed eorū qui ab ipso vtilitatem exposcit. Qui enim bonis omnibus non abundat/nec subditorum comodum peruestigat: quadam potius sorte ⁊ fortuna est princeps q̄ rex.

Quarta conclusio. Tyrannis est regno aduersa. Nam tyrannus peculiare bonū ⁊ non subditorū persequitur: hinc fit ipam tyrannidē oim transgressionū pessimā esse. Id eñ ab oib⁹ pessimū censetur/ qd optimo opponit/aduersaturq;. At vo tyrannis optime respu. aduersatur: vtpote regno: quare omniū transgressionū pessima censetur. Nam tyrānis est prauitas respu. in qua vnus est pīceps. Quarta cōclusio.

Quinta ꝯclusio. Ex regno in tyrannidem fit trāsgressio siue mutatio. Nam prauus rex tyrannus efficitur. Quīta ꝯclo

Sexta cōclusio. Ex optimorū potestate ad paucoꝝ potentiā fit transmutatio vitio principū/ aliorūq; superiorū/qui res ciuitatis nulla habita consideratione virtutis / distribuunt/tribuētes sibiipsis omnia ciuitatis bona/magistratusq; semꝑ eisdē elargiunt. ¶In hac igit transgressione pauci ⁊ praui pro bonis dominantur. Sexta ꝯclo

Septima ꝯclusio. Ex censupotestate ad popularem ptātem fit transgressio. Nam he due respu. sunt sibi propinque: et in censupotestate multi dominant equales/eiusdemq; census. Septīa cōclusio.

Octaua cōclusio. Popularis ptās ē ceteris resp. trāsgressionib⁹ min⁹ praua. qꝛ nō multū respu. speciē ⁊ silitudinē transgredit. Tales igit fiūt rerumpu. transmutationes atq; transgressiones in earuꝫ labes oppositas/ ⁊ aduersas. Facilis enim est vniuscuiusq; trāsmutatio/⁊ ꝑsertim ei⁹ q̄ minima ē. Octaua cōclusio.

Nona ꝯclusio. Similitudines rerūpu. atq; earū labes/siue opposite/in re familiari cōperiuntur. Nam societas patris ad filium/ regni similitudinem presefert. Nati enī patri sunt cure atq; sollicitudini. Homerus poeta Iouē patrē appellat: nam imperium paternū suapte natura est regnum. Persarum nāq; imperium ad filios/tyrannicum est Suis etenī filijs tanq̄ seruis vtuntur. Imperiū etiā dñi ad seruos/tyrannicū est: hic eñ dñi vtilitas perquiritur. Sed Persarū respublica aberrat/que filijs tanq̄ seruis vtitur. Nam diuersorū hominū diuersa sunt imperia. Et insuper viri atq; mulieris societas similis est optimatū reipublice. Nam in his que viro sunt honestamēto/vxori preest: vxor vo in his que ipam decēt. Sed si omnibus in negocijs vir preesse vellet: eorū imperiū atq; dominiū Aristocraticū in paucorū potestatē transmutatur. Nulla eñ dignitatis ratione habita/hoc facit: non quidem ea ratione qua melior atq; prestabilior est. Aliqñ etiam dominantur vxores propter patrimonij incrementū atq; amplitudinē. Tale autē dominiū nō ob virtutē contingit: sed potius propter diuitias atq; potentiā vt in paucorū potestate accidit: sed fratrū societas atq; cōgressio persimilis est censupotestati. Fratres eñ pares omnino sunt preter differentiā etatis: qꝛ vnus altero maior natu est. ¶Ex quo claret inter fratres nullam manere amicitiā/si multū etate discrepent/differantq;. Nona ꝯclo.

differãtq;. Sed popularis potestas in domibus maxime comperitur/que dño carẽt/ ⁊ in his familijs in quibus princeps est impotens vel imbecillis/cumq; omnes potestatẽ in domo habent.

Annotationes.

¶ Annotationes textus.

Regnum. ¶ Est em̃ regnũ respublica in qua vnus est moderator ⁊ rector/bonum cõe bono peculiari preferens.

Tyrannis. ¶ Tyrannis est respu. cuius vnus est rector/omnia in propriã vtilitatẽ ⁊ nihil in cõem referens.

Optimorũ potestas. ¶ Optimorũ potestas respublica est/cuius boni imperant cõmunem omniũ vtilitatẽ/⁊ non propriam expetẽtes: que et alio vocabulo Aristocratia siue principatus Aristocraticus nũcupatur: cui paucorꝫ potestas siue obligarchia aduersatur: vbi plures dominantur/vtilitatem publicã posthabentes/⁊ propriã perquirẽtes.

Paucorum potestas.

Censupotestas. ¶ Censupotestas est respub. in qua plures in censu equales dominantur/bonũ publicũ bono priuato preponẽtes: q̃ ⁊ Tymocratia dr. Huic popularis potestas aduersatur/que Democratia vocitari solet.

Popularis potestas.

¶ Ca. v. Cõdistinguit species amicitie scd̃m iustuz ad species reipublice: ⁊ pariter amicitie exiguitates ad transgressiones scd̃m iusti defectũ/concludens in tyrannide perparũ esse et amicitie et iusti: in populari autẽ potestate permultum.

IN vnaquaq; autẽ republica tantum amicitie esse: quantũ et iusti videtur. atq; regis quidem amicitia ad eos q regunt̃ i excellẽtia beneficij cõsistit. cõfert em̃ in eos beneficia q ab ipo regunt̃. siquidẽ cum sit bonus/curã ipsorũ habet/quo bene sese habeant: vt ouium pastor. Unde homerus Agamennonem populorum nũcupauit pastorem. ¶ Talis autẽ est ⁊ amicitia paterna: beneficiorum vero magnitudine differt. Est enim essendi causa pater/qd̃ maximum esse videtur: ⁊ enutritionis ac eruditionis. Hec eadem ⁊ ceteris maioribus tribuuntur. Natura namq; pater filiorum: ⁊ aui nepotum: et rex eorum quibus presidet/imperium obtinet. He autem amicitie in excellentia consistunt. quapropter et honorantur ipsi parentes. Et iustum igitur in his nõ idem est: sed qd̃ efflagitat dignitas. Sic em̃ sese habet ⁊ amicitia. Et viri etiã ad vxorẽ eadem est amicitia et in optimatum potestate. est enim vt virtus postulat. Et prestabiliori plus tribuitur boni et quod vnicuiq; accõmodatur: sic autẽ sese habet ⁊ ip̄m iustuz. At amicitia fratrũ similis est sodalitie. sunt em̃ pares atq; equales etate. tales autem eiusdẽ plerũq; discipline ⁊ eorũdem sunt morũ. ¶ Similis est huic ⁊ q̃ in censupotestate. ciues enim pares esse solent ac boni. et quisq; nunc dominatur: nunc paret et eque. sic igitur est in ipsis ⁊ amicitia. In transgressionibus autẽ quẽadmodũ ⁊ iustum: sic et amicitia exigua est. et minime est in ea que est pessima. in tyrannide namq; nihil aut perparũ est amicitie. In quibus em̃ nihil est cõmune imperãti atq; parẽti: nec amicitia est. nam neq; iustũ. Sed tale quidẽ est quale est artifici ad instrumentum: ⁊ anime ad corpus: et hero ad seruũ. ¶ Hec em̃ omnia vtilitatẽ quidã ab his suscipiunt qui ip̄is vtuntur. sed amicitia non est inanimata: nec iustum. Quin neq; ab bouez vel equũ: neq; ad seruũ ea ratione qua seruus est: nõ est em̃ quicq; cõmune. Seruus em̃ aĩatum est instrumẽtũ: instrumẽtũ aũt inanimatus est seruus. ad seruũ igitur hoc ipso quo seruus est nõ est amicitia: sed est homo. Nã om̄i homini iustũ quidẽ esse videt̃ ad omnẽ hominem: qui cõmunicare scd̃m legem/pactionemq; potest: quare ⁊ amicitiã: rõne qua homo est. ¶ Per paruz igitur in tyrannide est amicitie atq; iusti. In popularib⁹ aũt potestatibus plurimũ. Cõplura enim his sunt cõia cum sint pares.

QUintum capitulum duabus cõclusionibus claudit̃. ¶ Prima ɔclusio. Quẽadmodũ in vnaquaq; dictarũ rerũpu. cõperitur iusticia: sit etiã amicitia. Nã regis ad subditos amicitia/in quadã beneficiorum superabundantia consistere videt̃. Rex em̃ in subditos varia beneficia cõfert. Siquidẽ cuz sit probus ⁊ moribus abundans/curã subditorũ habet: vt bene ⁊ recte gubernent̃: euadantq; in optimos legũ obseruatores: veluti ouium pastor curã hꝫ/vt totus grex regat̃: ⁊ ne pereat ex grege quicq;. Hinc fit Homerum Agamenonẽ regẽ/populorũ nuncupasse principez. Amicitia etiã paterna similis est regis ad subditos amicitie: cum in beneficiorꝫ excellentia perinde ac regis ɔsistat: magnitudine tñ ab amicitia regia discedens/differensq;. Pater nãq; est causa atq; principiũ essendi. i. generationis siue productionis filij/qd̃ maximũ iudicat̃. Est insuper causa nutritionis atq; eruditiõis/institutionisq; morũ filij. Et hec maiorib⁹ erga minores cõgruũt. Pater nãq; suapte natura in filiũ imperiũ habet. Aui etiã in nepotes/ ⁊ rex in eos quibus preest. Omnes aũt amicitie (de quibus prehabitus est sermo) in quadã excellentia/ superabundantiave beneficiorũ consistunt: quasobres ipsi parentes a filijs honorant̃. Similimodo ip̄a iusticia nõ eodẽmodo in his societatibus asseruat̃: sed scd̃m similitudinez dignitatũ. Non est em̃ iustũ/ patrem ea in filios efficere: que filios in patrem efficere oportet. Filij namq; maiore honore patrem afficere debent/q̃ econtrario. Amicitia etiam viri ad vxorem eodem cõtingit modo. Est em̃ in Aristocratico imperio cõstituta. Nam vnicuiq; id qd̃ magis est bonum/tribuitur/seruata personarum dignitate atq; excellentia. Iusticia etiam perinde ac amicitia in hac societate asseruari solet. Suadetur insuper cõ cõclusio de amicitia fratrũ que censupotestatis effigiem presefere videtur. Est enim fratrum amicitia sodalitie persimilis. Tales em̃ nonuunq; pares sunt etate/nonunq; moribus atq; disciplina. Amicitia

Prima ɔclo

etiã ciuiũ que i censupotestate ꝯsistit/huic amicitie est similis. Nam ciues equales in diuitijs esse solẽt. Unusquisqꝫ ꝑo nunc dominatur/nunc paret: ꝛ recte quidẽ scḋm virtutẽ. Eodez etiam modo inter ciues conseruatur amicitia.

Scḋa ꝯclo. Scḋa ꝯclusio. In transgressionibus rerũpublicarũ exigua est amicitia/queadmodũ iusticia: ꝛ potissimũ in ea republice transgressione que pessima est: vtpote in tyrannide. Hec enim amicitia exigua est/in qua nihil est cõmune imperanti ꝛ parenti siue obedienti. Atvero in republica tyrannica nihil est cõmune imperanti et obedienti: cum tyrannus omnia in suã vtilitatẽ transferat: pari modo iusticia exilis videtur. Est em̃ amicitia tyranni ad subditos similis amicitie artificũ ad instrumẽta/et anime ad corpus/ꝛ dño ad seruũ. Nam hec tria/vtilitatem expetũt ab his quibus vtunt. Anima em̃ vtitur corpore ad suã vtilitatem: sed non amat ea quibus vtit. Non est em̃ amicitia ad inaĩata/sicut nec iusticia. Neqꝫ est amicitia ad bonũ/vel equũ/vel seruum ea ratione qua seruus est. Talibus em̃ nihil est cõe. Nam seruus animatũ est instrumentũ. Instrumentum autem/inaĩatus est seruus: igitur ad seruum ea ratione qua seruus est/non est amicitia/sed qua est homo. Nam omni homini ad omnẽ hoiem aliquid iusticie inesse videtur/qui scḋm cõuentionẽ aut legẽ cõmunicare potest: igitur dño ad seruũ aliquid amicitie adest/ea rõne qua seruus homo est. Nihil igit aut parum in tyrannide est amicitie aut iusticie: sed in cõmunicatione que popularis potestas est/multũ amicitie cõperitur. Multa nãqꝫ cõmunia sunt his q̃ in populari potestate sunt constituti.

Annotationes. ¶ Annotationes textus.

¶ Est em̃ instrumentũ quo in operationibus faciendis vtimur. Cõmunis homo/vel natura vel pacto/ omni homini est amicus atqꝫ familiaris iuxta illud Therentianum. Homo sum: nihil humanum a me alienum censeo.

¶ Ca. vj. Precipue de cognatorũ/propinquorũqꝫ amicitijs ꝓsequit. Primũ cõsanguineã/sodalitiãqꝫ a ceteris ciuili amicitijs seponẽs: nõ sanguineã multiplicem esse: sed oẽm ex paterna pendere cõfirmat. Infert interim parentes amare natos ꝛ seipsos: sed matres magis. fraternã quoqꝫ dilectionẽ explicat addens de ceteris propinquis. Postremo coniugiũ amicitiã scḋm naturam esse ostendit: in qua ꝛ vtilitas/ꝛ voluptas/interim etiam virtus inest.

Omnis igitur amicitia (vt dictũ est) in societate cõsistit. Consanguineam aũt quispiã seiunxit ac sodalitiam. Ciuiũ aũt amicitie ꝛ cõtribuliũ ꝛ simul nauigãtiũ: ꝛ quotquot sunt tales/magis in societate cõsistunt. Nam stipulatione quasi quadã constare videntur. Inter has quispiã ꝛ hospitalitiã collocauerit: cõsanguinea ṽo multiplex esse videtur. Pendet autẽ oĩs ex paterna. ¶ Parẽtes em̃ diligũt natos vt aliqd sui. nati ṽo parentes vt quid ex illis. Atqꝫ magis sciunt parẽtes eos q ex illis. Atqꝫ magis sciũt parẽtes eos qui sunt ꝛ ipsis: q̃ nati se esse ex illis. Magisqꝫ coniunctũ est ex quo natũ est ipo nato q̃ pactum ei quod fecit. est em̃ ei ex quo est ortum propriũ id quod ex ipo est ortum. vt dens/crinis/ꝛ quiduis habẽti. Nulli autem illorũ id ex quo orta sunt aut min⁹. ¶ Accedit eodem et temporis longitudo. Parentes em̃ natos continuo diligunt. Illi ṽo parẽtes: incrementis tempore susceptis: ꝛ mentis cõprehensione vel sensus. Ex his autẽ patet: et cur magis diligant matres. Parentes igitur natos vt seipsos amant: qui nãmqꝫ ex ipsis sunt orti quasi ipsi alij separatione. Nati ṽo parentes vt orti ex illis. ¶ Fratres autem sese mutuo diligunt: q ex eisdem sunt orti. Identitas enim que est ad illa/idem inter ipsos facit. Quapropter vt eũdem sanguinem dicunt: et stirpem: ꝛ talia sunt igitur quodãmodo idem et in diuisis. ¶ Magnum aũt ad amicitiã est ꝛ enutritos simul esse: ꝛ etatis equalis. Equalis em̃ equalẽ delectat. ꝛ ipsi familiares sodales sunt: et idcirco fraterna amicitia sodalitie similis est: patrueles ṽo ꝛ ceteri propinqui: ex his sint coniũcti: propterea q sunt ex eisdem. Atqꝫ alij magis: alij min⁹ fiunt ex cõiunctis: qꝛ prope est aut distat origo. Amicitia autem que filiorum est ad parentes: ꝛ hoim ad deos: vt ad bonum est atqꝫ excellens. Nam maxima beneficia contulerunt: fuerũt em̃ essendi causa ꝛ alimenti: ac educationis. Habet aũt ꝛ voluptatem et vtilitatẽ talis amicitia magis q̃ extraneorum quãto ꝛ vita communior ipsis este. ¶ Sunt aũt ꝛ in fraterna amicitia ea que ꝛ in sodalitia sunt: ꝛ magis in bonis: ꝛ omnino in similibus quãto cõiuncti sunt magis: atqꝫ ab ortu sese mutuo diligunt. Et quanto sunt magis similiũ morũ qui ex eisdem sunt orti: ꝛ simul nutriti: ꝛ silr educati ac eruditi. ¶ Probatio em̃ que quidem fit tempore: plurima est atqꝫ firmissima. Sunt etiam de ceteris in consanguineis ea que ad amicitiã attinent: vt rationũ cõparatio flagitat. Uiro aũt ꝛ vxori secundũ naturã amicitia videtur inesse. Homo nãqꝫ natura cõiugale magis est: q̃ ciuile: quãto prius ꝛ necessariũ magis est domus q̃ ciuitas ꝛ procreatio cõmunior animalibus. At ceterorum quidẽ animaliũ: hic societas est terminus. Homines aũt coniugiũ subeunt nõ solum procreationis: sed eorum etiã gratia que ad ipsam ꝯferunt vitã. ¶ Officia namqꝫ continuo sunt diuisa. Atqꝫ alia viri: alia sũt vxoris. Opem itaqꝫ sibi mutuo ferunt: proprias

in cõmune ponentes. Quapropter hac in amicitia vtilitas inesse videt᷑: atqꝫ voluptas. Fuerunt aũt ⁊ ob virtutẽ: etiã amicitia si boni sint. Est em̃ vtriusqꝫ virtus. Atqꝫ hoc ipso esse gaudent. Filij autem cõiunctio esse videt᷑. Idcirco ⁊ citius hi qui carent liberis/ dissoluunt᷑. Filij namqꝫ bonũ est vtrisqꝫ cõe: ip̃m autẽ cõe cõtinet. ¶ Querere v̓o quonã mõ viro viuenduꝫ est cum vxore/ ⁊ oĩno amico cũ amico: nil aliud esse videt᷑ ꝙ̃ querere quomodo iustum est. Nõ em̃ idẽ iustũ videt᷑ amico ad amicũ: nec ad extreaneũ: ⁊ sodalẽ ac cõdiscipulũ esse.

Sextũ capl'm nouẽ cõclusionibus cum tribus correlarijs clauditur.

Prima ꝯcl'o ¶ Prima cõclusio. Omnis amicitia in societate quadã consistit. Suadetur. Nam amicitia ex sanguinis propinquitate coalescẽs que a sodalitia seiungit᷑/ in cognatorũ societate consistit. Ciuium etiã amicitia/ ⁊ eorũ qui eiusdẽ tribus sunt ⁊ simul nauigantiũ/ et similiũ/ amicitie in quadã societate ꝯsistũt. Nam he amicitie quadã cõuentione coalescunt. Omnes igitur amicitie in societate consistunt. His etiã annectitur amicitia hospitalitia.

Scd̄a ꝯcl'o. Scd̄a ꝯclusio. Licet amicitia cõsanguinea multiplex dicat᷑: omnis tñ ex paterna ortum trahit. Prior pars suadet᷑. Nam alia est amicitia filialis: alia fraterna: alia alioꝝ consanguineorũ inter se. Suadet᷑. Nam parentes filios amant vt aliquid sui. i. vt aliquid ex eorũ substantia procreatũ: filij v̓o parẽtes/ vt aliquid ex ip̃is ꝓductũ: igit᷑ amor filiorũ ad parentes/ minor est amore parentum ad filios: ⁊ per ꝯñs amor ille ab amore paterno orit᷑/ atqꝫ enascitur. Scd̄o: si parẽtes sunt certiores filios eẽ suos/ ꝙ̃ filij a talibus parentibus ortum sumpsisse: igitur amicitia parentũ ad filios maior est amicitia filiorũ ad parentes. Tertio. Maior est propinquitas generantis ad genitum/ ꝙ̃ geniti ad generans: vel facti ad id quod facit. Nam id quod est factum/ est propinquum ei quod fecit: vt dens propinquus est mendibule/ et crinis capiti. Nam dens a mendibula/ et crinis a capite pendet: non autem illud a quo factũ est vel minus: cum causa non dependeat a suo effectu/ licet nonnunꝙ̃ effectus a sua causa dependeat. Quarta ratio. Longiore tp̃e pater diligit filios/ ꝙ̃ filij patrem. Nam parentes filios diligunt statim ab ipso natiuitatis exordio: filij v̓o parẽtes nõ diligũt/ nisi prius incremẽta tẽporis lapsu susceperint/ cogni-

Correlariũ. tionẽqꝫ ⁊ sensus ⁊ intellectus habuerint. ¶ Correlarium. Ex dictis intelligi potest cur magis matres ꝙ̃ patres filios diligãt. Nam matres prius sciunt se esse matres/ ꝙ̃ patres cognoscãt se esse patres. Lõgiore igitur tp̃is curriculo matres ꝙ̃ patres amant: igitur ꝯñs est ex dicta ratione eas magis amare ꝙ̃ patres. Quĩta ratio. Parẽtes filios vt seip̃os amãt filij nãqꝫ sunt ipsi alij parentes tanꝙ̃ ab ip̃sis geniti ⁊ propagati: ab ip̃is tamen separati tanꝙ̃ diuerse persone. Nati v̓o parentes amãt vt orti ab illis: igit᷑.

Tertia ꝯcl'o Tertia cõclusio. Amicitia fraterna queẽadmodum cetere/ ab amicitia paterna oritur. Suadet᷑. Nã fratres sese mutuo diligũt: q̓ ex eisdẽ ortũ sumpserũt. Illa em̃ idẽtitas in eisdẽ idẽ facit. i. frẽs eos efficit: quãobrẽ frẽs dicũt se ex eodem sanguine ⁊ stirpe: immo sunt idẽ sanguis ⁊ eadẽ stirps. Sunt igitur idem in diuersis.

Quarta ꝯclusio. Licet amicitia fraterna/ a paterna ortuꝫ captat: aliũde tñ auget᷑/ atqꝫ incrementum suscipit. Nam mutua hominum educatio/ paritas etatis ⁊ similitudo moruꝫ/ amicitiam fraternam augent. Equalis em̃ vel moribus vel etate/ aut quauis disciplina/ equalẽ delectat. Sic etiã sodales ⁊ connutriti/ familiares sunt/ ⁊ sua mutua humanitate vtunt᷑. ¶ Correlariũ. Fraterna amicitia sodalitie persimilis est: eisdem namqꝫ augentur/ incrementumqꝫ suscipiunt. Quarta ꝯclusio. Correlariũ.

Quinta cõclusio. Patruelium atqꝫ nepotũ amicitia/ a paterna originẽ ducit. Suadet᷑. Nam patrueles ex eisdem parentibus orunt᷑: ideo amicitiã ineunt: alij em̃ cõsanguinei maiorẽ/ alij minorẽ: scd̓m qd̓ magis vel minus/ ab origine distãt. Quĩta ꝯcl'o

Sexta cõclusio. Amicitia filiorũ ad parentes ⁊ hominũ ad deos/ in quadam excellentia consistit. Nam parentes maxima beneficia in filios conferũt. Sunt em̃ cause vt sint/ similiter educationis ⁊ nutritionis. Hec etiã amicitia maiorẽ hꝫ vtilitatem/ maiorẽqꝫ voluptatẽ/ quanto vita eis cõmunior est/ ⁊ sanguis siue origo propinquior. Sexta ꝯcl'o

Septima cõclusio. Fratrũ amicitia tertiũ locũ post amicitiã filiorũ sibi vendicat. Suadetur cõclusio. Nam in amicitia fraterna cõperiunt᷑ quecũqꝫ in sodalitia cõperiri solent: presertim in maioribus bonis. Nam fratres similiũ bonorũ sunt participes/ quanto sunt magis coniuncti sanguine. Et quanto ab exordio magis sese diligunt: sunt etiã similiũ moꝝ eo magis quo ab iisdẽ sunt orti: et simul nutriti/ ac eruditi. Probatio em̃ morũ que fit tp̃is lõgitudine/ firmissima est amicitie effectrix. Scd̓o probatur. Nam in alijs amicitijs que inter propinquos sanguine cõperiunt᷑/ sunt ⁊ ea que ad verã amicitiaꝫ requirunt᷑ scd̓m cõparationẽ rationũ dignitatis. Septĩa cõclusio.

Octaua conclusio. Uir et vxor mutua vtunt᷑ societate scd̓m nature instinctũ. Nam homo suapte natura magis cõiugale ꝙ̃ ciuile aĩal censetur: quãto domus prior est ciuitate: ⁊ magis necessaria: sic procreatio que per cõiugiũ fit/ cõior est animantibus/ ꝙ̃ societas ciuilis. Nam ꝓcreatio est finis societatis aliorũ aĩaliũ. Hoĩes aũt cõnubiũ aggrediunt᷑/ nõ solũ ꝓcreationis grã: sed etiã eorũ que ad vitam conducũt. Officia em̃ viri ⁊ mulieris sunt diuersa: conferũt tñ sibi mutuã vtilitatẽ/ suas res in cõe collocantes. ¶ Correlariũ. Amicitie viri ⁊ vxoris nõ solũ vtilitas/ verũetiaꝫ iocunditas inest. Et si vterqꝫ est bonus/ inest ⁊ honestas. Octaua cõclusio. Correlariũ.

Nona conclusio. Uiri et vxoris coniunctio siue nexus amicitie est filius. Suadetur conclusio duabus rõnibus. ¶ Prima ratio. Hi qui liberis carent/ citius dissoluuntur ꝙ̃ illi q̓bus sunt liberi. ¶ Scd̄a ratio. Filius est bonũ cõe viro ⁊ vxori: igit᷑ est eorũdẽ cõnexus. ¶ Correlarium. Querere quonã pacto viro viuendũ est cũ vxore ⁊ amico cũ amico/ nihil aliud videt᷑ ꝙ̃ peruestigare quonã pacto iustum est viro cum vxore viuere/ ⁊ amico amico. Non em̃ eadẽ amicitie species seruãda est amico ad amicum et extraneum. Nona ꝯcl'o.

Amicitia cõsanguinea. Stipulatio. Amicitia hospitalitia Patrueles.

¶ Amicitia ꝯsanguinea est mutu⁹ eoꝝ nex⁹ ad opa ꝟtutū subeūda/ q̄ ex eodē sanguine ꝑcreant. ¶ Stipulatio ꝑ cõuentione accipit. ¶ Amicitia hospitalitia est amicitia exteroꝝ siue pegrinoꝝ. ¶ Patrueles sunt filij patruoꝝ. patruus ꝟo frat' p̄ris dr: sicut ꝓpatru⁹ frater proaui. Et abpatruus/ frater abaui. ¶ P̄r est cā essendi. i. ꝑcreatiōis prolis. ¶ Amicitia inest viro ⁊ vxori scd̄m naturā: q2 coniugiū qd̄ est firmissimū amicitie vinculū/ ipsi inest. Uir ⁊ vxor ponunt sua ꝓpria in cōi: q2 amicitia naturalis pot⁹ bonoꝝ cōionē/ q̄ꝫ pticularē asseruationē expetit

Condiscipuli. Aial coniugale.

¶ Carentes liberis sunt frigidi vel sitiati. ¶ Cōdiscipuli sunt qui sub eodē preceptore/ eodem tēpore litteris dant operam. ¶ Animal coniugale/ quod cum alio eiusdē speciei ꝯiungit ꝓpter speciei multiplicationē.

Questio moralis de varijs specieb⁹ amicitie.

Circa scd̄m tractatū octaui Ethicoꝝ q̄rit vtrū sit alia species amicitie p̄ris ad filiū ⁊ viri ad vxorē/ principātis ad subditū/ ⁊ ecōtra. P̄ro solutiōe q̄stiōis notādū est q̄

Acceptiōes huius nōis amicitia.

p̄ter varias acceptiōes amicitie/ adhuc amicitia potest capi duob⁹ modis. Primo mō ꝓprie: ⁊ sic multa importat. Imprimis importat actū amationis non quēcūqꝫ: s3 solū illū scd̄m quē bñ volum⁹ amato gr̄a sui ipius. Scd̄o: importat amātē ⁊ amatū: qm̄ amor nō pōt intelligi siue amāte ⁊ amato. Tertio: iportat redamationē. Amās em̄ pōt dici q̄ est beniuol⁹: licꝫ non readamet: sed nō dr amic⁹: vt exp̄sse hꝫ Aristo. Quarto iportat vtrūqꝫ amicoꝝ manifestū esse q̄ ad vtrūqꝫ actū: scꝫ amationē ⁊ readamationē. Quinto:

Amicus alter ego.

iportat omnimodā cōdonationē ipsoꝝ amicoꝝ scꝫ velle ⁊ nolle: ⁊ ob h̄ amic⁹ dr ali⁹ ipe. Sexto: iportat ipsoꝝ frequentē cōuictū ⁊ integrā bonoꝝ suoꝝ cōicationē. Sic em̄ amic⁹ vere fit ali⁹ ipe. Un̄ dicit Sene-

Senece auctoritas ad Lucillum.

ca ep̄la. iij. ad Lucillū. Si amicū aliquē3 existimas cui nō tantūdē credis q̄ꝫtū tibi/ vehemēter erras/ et nō satis nosti vim vere amicitie. Nullū hꝫ mai⁹ malū occupat⁹ suis bonis ⁊ obsessus/ q̄ꝫ q̄ amicos sibi putat qb⁹ ipe nō est: diu cogita an tibi in amicitia aliq̄s recipiēdus sit/ cū placuerit fieri/ toto illū pectore admitte: audacter cum illo loq̄re: ⁊ secū curas ⁊ oēs co-

Seneca epistola sexta: Ouidius Amicitias tibi q̄re pares.

gitatiōes tuas misce. Et idē in ep̄la. vj. dicit amicos scire se habere oia cōia/ eo q̄ ipsoꝝ amicos in societatē honestā cupiēdi/ par volūtas trarit. ¶ Hec igit oia videt iportare nomē amicitie: ⁊ sic solū inter pares est amicitia. Talis em̄ amicitia nō cōperit inter p̄rem ⁊ filiū/ dn̄m ⁊ seruū/ ꝓpter defectū duarū vltimaꝝ ꝯditionū. ¶ Alio mō capit amicitia vt ē amor manifestus/ beniuol⁹ ⁊ bñfic⁹/ nō adijciēdo cōdonationē/ ⁊ frequentē cōuictū. Hoc mō: inter patrē ⁊ filiū/ dn̄m ⁊ seruū/ est amicitia. ¶ Sciēdū scd̄o q̄ (vt pri⁹ dictū est) amor ⁊ odiū si cōiter accipiant/ nō ptinēt ad vnicā ꝟtutē sicut delectatio ⁊ tristicia/ sed ad oēs ꝟtutes: vt amor pecuniaꝝ ad liberalitatē: amor honoris ad magnanimitatē: ⁊ ita de alijs. Sed si capiāt spāliter/ vt sūt ad ꝑsonā gr̄a sui ipius/ cuiuscūqꝫ

Diuersi parentum ⁊ filioꝝ mores.

stat⁹/ aut ꝯditiōis sit: tūc spectāt ad amicitiā. Talis aūt diuersitas ꝑsonaꝝ nō arguit diuersitatē i substātia ꝟtutis scd̄m speciē essentialē. ¶ Itē: in cōuiuēdo aliter opꝫ p̄rem sese habere ad filiū/ ⁊ filiū ad p̄rem scd̄m diuersos act⁹: qm̄ p̄ris est ipendere filio nutrimentū: ⁊ viri ē vxori ipendere fecūditatē: ⁊ pricipis ē subdito securitatē. Fili⁹ ꝟo/ vxor ⁊ subdit⁹/ nō habēt ad p̄dictas ꝑsonas tales act⁹: s3 ꝓbabile ē dicere q̄ isti act⁹ sūt eiusdē speciei essentialis: vt ptꝫ ꝑ obiecta. P̄r em̄ q̄ est obiectū amicitie filij/ ⁊ fili⁹ q̄ ē obiectū amicitie p̄ris: nō differūt specie essentiali: ergo neqꝫ act⁹ amicitie p̄ris ad filiū/ ⁊ filij ad p̄rē.

Opinio dn̄i Buridani.

¶ Hec ē opinio dn̄i Buridani. viij. huius/ q̄stiōe. xi. ¶ Itē: act⁹ q̄ sortes diligit patrē/ ⁊ q̄ diligit filiū/ nō differūt specie: vt ptꝫ ꝑ obiecta: g̃ neqꝫ duo act⁹/ quoꝝ vnus amor ē p̄ris ad filiū/ ⁊ ali⁹ filij ad p̄rem. Et si ē aliq̄ differētia/ ē differētia accidētal': qm̄ isti termini/ amicitia p̄ris/ ⁊ amicitia filij/ licꝫ habeāt diuersa cognotata: tñ res significate sunt eiusdē speciei: sicut albū ⁊ nigrū hñt diuersas rōnes formales: ⁊ differūt specie p̄dicamēti q̄litatis: nō tñ seq̄tur q̄ ois res alba ⁊ res nigra differāt specie essentiali.

Conformis ad Aristotelē responsio

¶ Aliter pōt dici ꝯformiter ad Aristo. q̄ amicitia p̄ris ad filiū/ ⁊ filij ad patrē differūt specie essentiali/ ꝓpter diuersas passiōes specie differētes/ circa q̄s sunt imediate ille amicitie: ⁊ queādmodū tēperātia nō ē vna ꝟt⁹ fm̄ speciē spe-

Tēperātia.

cialissimā: s3 ē gen⁹ ꝟtutꝫ: etiā amicitia nō ē vna ꝟt⁹ fm̄ speciē specialissimā: s3 fm̄ gen⁹. Et diuidit primo

Amicitia circa amores et circa odia.

in amicitiā q̄ est circa amores: ⁊ i amicitiā q̄ est circa odia: q2 sicut pri⁹ dictū ē: i odio ꝯtigit exupare ⁊ deficere: g̃ etiā mediocriter se habere. ⁊ nulla videt ꝟt⁹ i tali mediocritate ꝯsistēs/ p̄ter amicitiā: igit amicitia circa odiū/ ⁊ amicitia circa amores nō ē species specialissima/ s3 subalterna ꝯtinēs amicitiā paternā/

Contra hāc solutionem.

amicitiā filialē/ ⁊ amicitiā dn̄i ad seruū. Sed q̄cquid sit/ istud non apparet verū propter obiecta non differentia specie. ¶ His notatis ponūtur conclusiones.

Prima ꝯclo

¶ Prima ꝯclo. Alia ē amicitia p̄ris ad filiū ⁊ dn̄i ad

Scd̄a ꝯclo.

fuū: sil'r viri ad vxorē ⁊ pricipis ad subditos. hec ꝯclo claret ex textu. ¶ Scd̄a ꝯclo. Alia est amicitia p̄ris ad filiū ⁊ filij ad p̄rē. Ptꝫ h̄ ꝯclo. Nā p̄r amat filiū vt aliq̄d ab eo factū siue genitū/ queādmodū cā suū effectū natural'r amat: vt poeta sua carmina: ⁊ artifex rē ab eo ꝯfectā. Fili⁹ aūt p̄rem amore ꝑseq̄tur vt aliq̄d

Instante ꝯ ꝯclusiones.

ex substantia p̄ris ꝯfectū. ¶ Sed ꝯ p̄dictas ꝯclones sic instat. Inter tales nullo mō ē amicitia. Nā amici cōdonāt se sibi inuicē: s3 dn̄s nō se ꝯdonat seruo: igit inter dn̄ꝫ ⁊ seruū nō ē amicitia. ¶ Cōfirmat hec rō. Nunq̄ꝫ em̄ dn̄s subditū: nec p̄r filiū solet vocare amicū. ¶ Cōfirmat scd̄o. Potissima cā amicitie est eq̄litas: s3 inter p̄dictas ꝑsonas nulla ē eq̄litas: igit nec

[illegible]

amicitia. ¶ Ad primā rationē rn̄det q̄ nō in oi amicitia opꝫ amicos se sibi mutuo cōdonare: sed solū in amicitia ꝑsonaꝝ eq̄liū: q̄lis nō est inter patrē ⁊ filiū/ dn̄m ⁊ seruū. ¶ Uel dici pōt q̄ dn̄s ⁊ seru⁹ se sibi mutuo cōdonāt/ scd̄m qd̄ recta rō dictat: ⁊ talis cōdonatio sufficit ad amicitiā. ¶ Eodē mō dicat ad aliā rationē cū ꝯfirmatiōe. ¶ Ex isto clare pꝫ amicitie vinculū mai⁹ eē atqꝫ indissolubili⁹ inter eq̄les scd̄m mores/ q̄ꝫ inter eq̄les fm̄ naturā. Cōtigit em̄ aliq̄n amicos esse eq̄les scd̄m mores/ ⁊ inequales scd̄m naturā

Utrū amare sit melius q̄ꝫ amari. Aristoteles

vel dignitatē. ¶ Dubitat primo vtrū amare sit meli⁹ q̄ꝫ amari. ¶ Pro solutiōe q̄stiōis ē aduertēdū primo q̄ inter illa q̄ ptinēt ad amicitiā/ illd̄ videt meli⁹ in q̄ cōsistit amicitia: sed h̄ est amare: vt innuit Aristo. in textu. ¶ Itē: illd̄ ē meli⁹ i amicitia ꝓpter qd̄ magis laudam⁹ aliquē: s3 aliquē magis amam⁹ ꝓpt amare

Quare aliq̄s ver⁹ dicatur amic⁹.

q̄ꝫ ꝓpter amari: igit. ¶ Un̄ verū ⁊ fidelē amicū nō dicim⁹ aliquē/ ex eo q̄ amat multū: s3 q2 amat. ¶ Itē: melius ē nobis amare deuꝫ/ q̄ꝫ deū amari a nobis: g̃ amare est meli⁹ amāti/ q̄ꝫ amari amato. ¶ Item: ille actus est melior q̄ cōuenit excellētiorib⁹ ꝑsonis: sed amare cōuenit excellētiorib⁹ ꝑsonis: igit est act⁹ melior. Minor ptꝫ: q2 parētes magis amāt filios q̄ꝫ/ ecōtra: ⁊ bñfaciētes magis amāt bñfactores/ q̄ꝫ ecōtra.

Itē illud

Amor parē tū in filios. ¶ Itē: illud qḋ ē liberi⁹ ⁊ magis volūtariū/ ē semp
meli⁹ in gn̄e moris/ceteris parib⁹: ſʒ amare ē liberi⁹
Act⁹ volūtatis positiu⁹. ⁊ magis volūtariū/ q̄ʒ amari: qm̄ q̇ amat/ hʒ actū vo
luntatis positiuū: sed q̇ amat᷑ inq̄ʒtuʒ hmōi/ nullū hʒ
Triplex potest eē questiōis sens⁹. actum: igitur. ¶ Pro solutione sciendū est scḋo ꝙ tri-
plex pōt eē sensus q̄stionis. Prim⁹ ē: an act⁹ q̇ amās
amat/ sit melior actu q̇ amat⁹ amat᷑. Scḋs sensus: an
ille act⁹ q̇ ē amare/ sit melior amāti/ q̄ʒ amari sit ama
to. Terti⁹ sensus pōt esse: an ille q̇ amat/ sit melior eo
Rn̄sio scḋʒ primum sensum ⁊ scḋm. q̇ amat᷑. Scḋʒ p̄mū sensuʒ rn̄deri pōt ꝙ act⁹ q̇ amās
amat/ nō est melior actu illo q̇ amatū amat᷑: qm̄ ē idē
act⁹ nūero q̇ amās amat/ ⁊ q̇ amatū amat᷑. Quo ad
scḋm sensuʒ rn̄det᷑ ꝙ amare meli⁹ est amāti/ q̄ʒ amari
amato: q᷑ bonū est meli⁹ respectu illi⁹ cui⁹ est intrin-
secū/ q̄ʒ respectu illi⁹ cui⁹ est extrinsecū: ſʒ amare est
bonū intrinsecū amāti: cū ei⁹ aiam ꝑficiat ⁊ eliciat᷑ a
Amari bonum extrinsecum. volūtate mediāte habitu. Amari aūt ē bonū extrin-
secū amato: q᷑ attribuit᷑ hoi tā dormiēti q̄ʒ vigilāti: ⁊
nō ē in ptāte amati: sed in ptāte amātis: igit᷑. Sed q̇
Scḋm tertiū sensum. ad t̄tiū sensū dr̄ ꝙ nō est op⁹ ꝙ ille q̇ amat/ sit melior
amato: qn̄ ē amicitia ꝓp̄e dicta. ¶ His suppositꝭ po
Ad dubiuʒ responsio. nit᷑ ꝯclo. Amare est meli⁹ q̄ʒ amari: ad hūc sensum ꝙ
ille actus scḋm quē amās amat/ inq̄ʒtū act⁹ amātis/
melior ē ⁊ ꝑfectior q̄ʒ amari: h̄ est q̄ʒ ille idē act⁹/ in-
In oppositū q̄ʒtū ꝑ eū aliq̄d amat᷑. ¶ In oppositū tn̄ argumētor:
qm̄ ille act⁹ est melior q̇ ē magis ꝯueniēs ꝑsonis ex-
cellētiorib⁹: ſʒ amari est eiusmodi: igit᷑ ē act⁹ melior.
¶ Itē: ē magis vtile amari q̄ʒ amare: vt videt᷑ innue
Aristoteles re Arist. meliorē magꝭ amari q̄ʒ amare ⁊ vtiliorē ma
Perfectum gis/ ⁊ aliorū vnūquodq̄ʒ silr̄. ¶ Scḋo sic. Illḋ qḋ at-
Perfectibile. tribuit᷑ ꝑfectiori/ ē meli⁹ illo qḋ attribuit᷑ ꝑsone indi-
gēti ⁊ ꝑfectibili: amare aūt ē appetere ⁊ amari appe
ti: amare attribuit᷑ ꝑsone ꝑfectibili: amari ꝟo ꝑfectio
No. hāc rationem. ni: igit᷑ amari ē meli⁹ q̄ʒ amare. Tertio. Illḋ ē meli⁹
ex q̇ mai⁹ bonū excrescit/ ſʒ ex amari mai⁹ bonū ex-
crescit q̄ʒ ex amare: igit᷑ amari est mai⁹ bonū q̄ʒ ama
re. Maior est clara: ⁊ ꝓbat᷑ minor: q᷑ mltū bonū nobis
excrescit ex q̇ a deo amamur. Nullū aūt bonū excre-
scit deo/ ex h̄ ꝙ amat nos. ¶ Quarto sic argumētat᷑:
sicut se hʒ amās ad amatū: ita se hʒ amare ad amari
ſʒ amatū ē meli⁹ amāti: igit᷑ amari meli⁹ ē q̄ʒ amare.
Auctoritas Minor ꝓbat᷑: q᷑ amatū hʒ rōnē finis: amās aūt ma-
gis hʒ rōnē agētis ꝓpter finē: mō finis est semp me-
Ad rōnes. lior his q̇ sunt ad finē. ¶ Ad primā rōnem negat᷑ ꝙ
amari ꝯueniat simplr̄ ꝑsonis excellētioribus: immo
Amare deū est meli⁹ q̄ʒ amari ab eo amare ꝯuenit ꝟtuti ꝑfectori. ¶ Ad scḋam rōnē eodē
mō dicat᷑: ⁊ ad principalē rōnē. ¶ Ad tertiam negat᷑
ꝙ h̄ sit vniuersalr̄ verū: scʒ ꝙ ex amari mai⁹ bonū ex-
crescat: imo amare nos/ ē ipi deo meli⁹ q̄ʒ nobis ama
ri ab ipo: q᷑ ille act⁹ deo nō distinguit᷑ ab essentia di-
uina. ¶ Ad q̄rtā rōnē pricipalē dr̄ ꝙ lʒ finis p̄maria
intentiōe sit aliis nobilior: nō tn̄ finis secūdaria intē-
tiōe/ de q̇ ē ad p̄ns s̄mo: q᷑ h̄ mō factū ē finis faciētꝭ:
De amore regis ad subditos. ⁊ sic nos sum⁹ finis dei. ¶ Dubitat᷑ scḋo vtrū amor re
gū ad subditos sit i supabundātia bn̄ficij. Pro decla-
ratiōe hui⁹ q̄stiōis ē diligēter aduertēdū ꝙ ad amicū
spectat bn̄facere amico/ ⁊ bn̄ velle si pōt: ergo in eo inq̇
supabūdat potētia bn̄faciēdi/ supabūdat bn̄ficiū scḋʒ
Pro solutione. in rege ꝓpter abūdātiā diuitiaꝝ ⁊ ciuilis potētie/ su
perabūdat potētia bn̄faciēdi: igit᷑ et bn̄facere. ¶ Et
Prima difficultas. ꝑ solutione huius dubij sciendū est scḋo ꝙ circa istā
q̄stionē tres occurrūt difficultates. ¶ Prima ē: vtrū
Scḋa difficultas. rex vl̄ q̇cūq̄ʒ ali⁹ superior debeat magis amare subdi-
tos seu iferiores/ q̄ʒ ecōtra. ¶ Scḋa difficultas: vtrū
Tertia difficultas. rex dʒ magis bn̄facere subditꝭ/ q̄ʒ ecōtra. ¶ Tertia:
vtrū rex bn̄faciēdo subditꝭ excedat p̄rēʒ bn̄faciēdo fi

lijs. ¶ Pro prima difficultate ē notādū ꝙ duplex est Amor duplex amicitie ⁊ cōcupiscētie.
amor. s. amicitie ⁊ ꝯcupiscētie. Vn̄ amor amicitie ē qn̄
amam⁹ aliquē ipsi⁹ grā: ⁊ iste amor spectat ad amici-
tiā q̇ ē ꝟt⁹. Et vocat᷑ amor ꝯcupiscētie: qn̄ amam⁹ ali
quē nō pricipalr̄ ipi⁹ grā/ ſʒ nr̄i: talis amor spectat ad
amicitiā ꝓpter vtile ⁊ delectabile. ¶ Et differūt illi Differētia illorū amorū.
duo amores: qm̄ ꝑ amorē amicitie volumus bn̄facere
amico: ſʒ ꝑ amorē ꝯcupiscētie nolum⁹ bn̄ pati de ami
co. ¶ Scḋo: q᷑ amor amicitie fūdat᷑ i ꝑfectiōe alicui⁹
ꝑfecti. Perfecti ei ē aliis bn̄facere/ elargiēdo eis suā
bonitatē. Amor aūt ꝯcupiscētie fundat᷑ sup idigētia.
⁊ sic amor amicitie magꝭ spectat ad supiorē/ q̄ʒ amor
ꝯcupiscētie: q᷑ amor amicitie ē q̇d ꝑfecti⁹ ⁊ nobili⁹: ergo
tribuēd⁹ ē ille amor ꝑfectiorib⁹ poti⁹ q̄ʒ min⁹ ꝑfectis:
et etiā magis ꝟtuosis: q̄les regularit᷑ sūt supiores re
Correlariū. spectu subditoꝝ. ¶ Ex h̄ ptʒ ꝙ supiores magꝭ amāt
subditos q̄ʒ eq̄les: tn̄ iferiores magꝭ obligāt᷑ ad amā
dū supiores q̄ʒ eq̄les. Tū p̄mo: q᷑ maiora ab eis bōa
Supiores semp magꝭ amandi. recipiūt. Tū scḋo: q᷑ meliores semp sūt magꝭ amādi
ſʒ supiores sūt meliores subditꝭ: ergo veniūt magꝭ amā-
di. Sʒ nō seq̄tur: magꝭ obligant᷑ ad amādū: ergo magis
amāt. Et oia veniūt itelligēda: qn̄ supior ē subditꝭ ex
Obiectio. cellētior/ nō solū q̇ ad potētiā ciuilē/ ſʒ q̇ ad ꝟtutes. et
si dicat aliq̇s: si oēs subditi sūt boni/ ⁊ etiā rex: tunc
amor subditoꝝ ad regē/ ē maior amore regꝭ ad sub-
ditos: q᷑ nō pōt eē tāt⁹ amor vni⁹ hois boni/ q̄ʒtus ē
Responsio. amor mille hoiʒ bonoꝝ. ¶ Ad h̄ rn̄det᷑: ꝙ amor regꝭ
ad subditos/ ē minor: qn̄ oēs subditi sūt bōi: ⁊ ē et mi
nor respectu cuiuscūq̄ʒ subditi: q᷑ vnusquisq̄ʒ de ppl̄o
Ad scḋam difficultatē. magis amat regē q̄ʒ ipe rex eū amet. Est tn̄ ꝑfectior
rōne effect⁹ sui bn̄ficij. ¶ Pro scḋa difficultate notā-
Bene facere. dū ē t̄tio ꝙ sicut visuʒ ē i scḋo hui⁹/ discrepāt bn̄ face-
re ⁊ bonū facere. dicim⁹ ei bonū facere: si illḋ sit bonū
Bonū facere. qḋ extra facim⁹: lʒ malo aio h̄ faciam⁹. Sʒ bn̄ facere
dicim⁹: si recto aio ꝓ ſʒ rectū rōnis iudiciū h̄ faciam⁹
lʒ ꝯtigat op⁹ extra eē malū: q᷑ nō ē icōueniēs ꝓpt᷑ de
fectū alicui⁹ circūstātie: vl̄ ꝓpt᷑ ignorātiā inuincibilē
Opus regꝭ ꝯtigit aliqn̄ facere aliqḋ malū bono aio. Hoc suppo
sito/ dr̄ ꝙ regꝭ ē magꝭ bn̄facere subditꝭ q̄ʒ ecōtra: qḋ
sic ꝓbat᷑. rex ei dat leges ppl̄o ⁊ ei ꝯseruat ad bn̄/ btē
q̄ʒ viuēdū: punit malos: fouet bonos: pacē ꝓcurat et
Obiectio. ꝟuat: ⁊ meliori aio rex bn̄facit subditis/ q̄ʒ subditi re-
Confirmatio. gi: cū supponat᷑ eē melior. Sʒ ꝯdiceret aliq̇s: q᷑ subdi
ti tribuūt regi honorē. honor aūt ē optimū externoꝝ
bonoꝝ vt vult Aristo. iiij. hui⁹ ca. de magnanimitate
igit᷑. Silr̄ ppl̄s a pricipio regē sibi instituit: si institut⁹
fuit iure naturali: ⁊ sic ppl̄s regi dedit auctoritatē iu-
Responsio ad obiectionem. diciālē/ ⁊ diuitias ⁊ alia mlta bona. ¶ Ad hoc rn̄det᷑
ꝙ honor/ circūscripta virtute ꝓpt᷑ quā/ ⁊ i cui⁹ signū
exhibet᷑/ nō ē maximū bonoꝝ ext̄iorū/ nisi dnoiatiōe
extriseca a ꝟtute: ⁊ sic nō ē maximū bonū essentialr̄/
⁊ formalr̄ ſʒ sigatiue/ iq̄ʒtū exhibet᷑ i signū ꝟtutꝭ. Vel
sic dicat᷑/ ꝙ honor nō ē maximū bonoꝝ exterioꝝ sim
plr̄: ſʒ ē maximū qḋ iferiores pn̄t supiorib⁹ retribuere
Maximum bonorū honor. ¶ Pro t̄tia difficultate sciendū ē q̄rto: ꝙ amor natu-
ralis patris ad filiū/ maior est amor/ q̄ʒ regis ad sub-
ditos. Probat᷑: q᷑ pater ꝓpinquior est filio naturalit᷑
q̄ʒ rex est subditis: immo inq̄ʒtū rex amat subditos
amore naturali: q᷑ nō ē a natura ꝙ ille est rex subdi-
torū: sicut est a natura ꝙ iste est pater respectu istoꝝ
filioꝝ. Sed amore genito ex frequētib⁹ actibus/ rex
Rex inq̄ʒtū rex/ p̄re melior. magis amat subditos/ q̄ʒ pater filios: q᷑ ad meliorē
semp spectat magis amare: ſʒ rex inq̄ʒtū rex/ est me-
lior p̄re inq̄ʒtū pater: tn̄ opʒ regē habere ꝟtutē per-
fectā. ¶ Itē: amor p̄ris ad filiū/ non est de se bon⁹ in
gn̄e moris/ lʒ in gn̄e nature: qḋ sic ꝓbat᷑. q᷑ videmus

Amor in genere moris ⁊ nõ nature.

virũ malũ eque intẽse diligere filios suos malos/sicut virũ bonuz filios bonos: ⁊ illud cõpitur in bestijs sicut ĩ hoĩb⁹: vt docet experiẽtia. ¶ Põt igit̃ dici ꝙ licz amor patris ad filios/sit intensior: tñ amor regis ad subditos/est multo nobilior/cũ fundet̃ in rõne: ⁊ hoc semper supponendo regem esse bonum.

Amor reg̃ nobilior.

His suppositis ponitur conclusio. Amor regũ ad subditos/est in supabũdãtia bñficij.

In oppositũ tñ argumentor: q͛ mediũ ptinet ad ꝟtutẽ: supabũdantia ꝟo ⁊ defect⁹ ptinẽt ad vitia: vt patuit ex scõo hui⁹. Sed amor regis ad subditos dz esse scdm virtutẽ: cum dicat Aristo. scõo Politicoꝝ. Principantẽ q̃dẽ opz habere moralem virtutem: igitur amor regis ad subditos/non consistit in superabundantia beneficij.

Aristoteles scõo Politicorum.

Scõo sic. Amor ille non est supabũdantia qui nõ est maxime benefactiuus: sed amor regis ad subditos est id genus: igitur. Minor patet: q͛ videmus cõmuniter ꝙ reges plus infestãt subditos nouos vsus imponentes/q̃ ament: igitur.

Mores tyrannorum.

Tertio sic. Amor patris ad filiũ/est maior ⁊ magis bñfactiu⁹ q̃ regis ad subditos: igit̃. Antecedẽs patet: quia filius recipit a patre esse/nutrimẽtũ ⁊ disciplinã: igit̃. ¶ Ad primã rõnẽ rñdet̃: ꝙ licz rex vltra ceteros abũdet in bñficijs ex pte rei: tamẽ semp tenet mediũ rõnis/nihil plus distribuẽs q̃ opz scdm rõnem. ¶ Ad scdam dr: ꝙ tales nõ sunt reges/sed vocati reges seu tyranni. ¶ Ad tertiã patet q̃d sit dicendũ ex tertio notabili.

De amore reciproco filij ⁊ patris. Que pater filio tribuat

Dubitat̃ tertio vtrũ pr̃ magis amet filiũ/q̃ filius patrẽ. ¶ Ad dubiũ rñdet̃ ꝙ amor pr̃is ad filiũ est maior q̃ amor filij ad pr̃em. Probat̃ multis rõnib⁹. Et primo: q͛ pr̃ magis bñfacit filio q̃ ecõtra: cũ det filio esse ⁊ nutrimẽtũ/sic͛ doctrinã: ⁊ propriũ est amico benefacere amico: sequit̃ ꝙ pr̃ magis diligit filiũ q̃ ecõtra. ¶ Itẽ amicitia ẽ ꝟt⁹: ergo ad meliorẽ semp spectat magis amare: sed pr̃ est melior filio: igit̃. ¶ Itẽ: amare est meli⁹ ⁊ nobili⁹ q̃ amari: vt iam declaratũ est: ergo maiorib⁹ ⁊ nobiliorib⁹ cõpetit: pr̃ est hmõi: igit̃. ¶ Itẽ: amor amicitie est melior amore ꝯcupiscẽtie: sz amor pr̃is ad filiũ/est amor amicitie: ⁊ amor filij ad patrẽ/est amor ꝯcupiscentie: igit̃. ¶ Itẽ: appetit⁹ sensitiu⁹ est intẽsior: qñ iudiciũ sensus est firmi⁹: sed parẽtes firmi⁹ sciũt ꝙ filij sũt ex ipsis/q̃ filij sciãt ꝙ sint ex parẽtib⁹: igit̃. ¶ Itẽ: videmus nõ solũ hoĩes/sed etiã bruta/lõgitudine tpis se amare ppter ꝯsuetudinẽ: sed lõgiori tpe parẽtes dilexerũt filios q̃ ecõtra: q͛ parẽtes filios natos cõfestim diligũt. Filij ꝟo p intellectũ ⁊ sensuz assuefacti p tpis successum/parẽtes diligũt: igit̃. ¶ Itẽ: actus amoris est tẽdere ĩ aiatũ: ⁊ se vnire aiato: ⁊ si nõ realiter/tñ ꝑm effectũ. sz hoc magis cõuenit pr̃i respectu filij/q̃ ecõtra. Pr̃ eñ in cõnascẽdo filiũ/se ipm infundit: filius ꝟo non: igit̃. ¶ Possunt adduci alie rõnes quas pro nunc relinquẽdas censemus.

Amor amicitie melior q̃ concupiscentie.

Tibullus. Lõga dies hoĩ docuit parere leones. Lõga dies molli saxa p edit aqua.

Alie rõnes omittuntur.

Argumẽtũ in contrariũ Pater melior filio.

Sed ꝯtra hoc instat̃: q͛ quicũq̧ magis obligat̃ alteri/tenet̃ alterũ magis diligere: sz filius magis obligat̃ pr̃i/q̃ pr̃ filio: cũ plura bona ab eo recipiat: igit̃ ꝑm rectã rõnẽ fili⁹ mag̃ diligit pr̃ez q̃ ecõtra. ¶ Itẽ: illud qđ simpl'r est meli⁹ (ceteris paribus) magis amat̃: sz pr̃ est melior filio: ergo magis amat̃. ¶ Ad pmã rõnẽ rñdet̃ ꝙ recta rõ nõ respicit obligationẽ tãtũ/sz ipam rei naturã: iõ rõ respiciẽs ad obligationẽ/iudicat ꝙ fili⁹ mag̃ dz amare pr̃ez q̃ pr̃ filiũ: sz ꝙ fili⁹ magis dz/hoc ẽ magis obligat̃. ¶ Ad aliã rõnẽ dico ꝙ rõ iudicat semp meliorẽ esse magis amãdũ/sz nõ a quocũq̧. Verbi grã. Si ego sciã Sortẽ eẽ meliorẽ me: recta rõ tñ nõ dictat ꝙ debeã magis amare Sortẽ/q̃ meipm: sed bñ dictat ꝙ Sortes dz magis amare se/q̃ ego debeã me amare. ¶ Vñ de rigore hec argumẽtatio nõ licz: pr̃ ẽ melior filio: ĝ ꝑm iudiciũ rõnis ẽ mag̃ amãd⁹ a filio/q̃ ipse fili⁹: sz seq̃tur ꝙ pr̃ magis amabit seipm q̃ fili⁹.

Ad rõnẽ responsio.

Exemplificat.

De rigore q̃modo concludendum.

Dubitat̃ quarto: vtrũ matres magis amẽt filios/q̃ pr̃es. ¶ Ad hoc dubiũ multi respondẽt sicut Albert⁹ magn⁹: ꝙ mr̃es feruenti⁹ diligũt filios: pr̃es ꝟo ꝯstanti⁹. Et ista vtriq̧ mag̃ diligũt/sz alter ⁊ alter. ¶ Sz hec solutio nõ videt̃ sufficiẽs: q͛ Aristo. in. viij. ⁊. ix. hui⁹/dicit simpl'r sine q̃cũq̧ distinctione mr̃es magis diligere filios: qđ nõ videret̃ dixisse/si sic esset distinguẽdũ. ¶ Ideo aliter rñdet Buridan⁹/ꝙ parẽtũ ad filios põt esse duplex amor: scz naturalis indit⁹ eis sine ꝯsuetudie: ⁊ amor acq̃sit⁹ p ꝯsuetudinẽ. ¶ Tunc dr ꝙ mr̃is ad filiũ est maior amor naturalis. Nã videm⁹ nõ ex lõgiori tpe esse maiorẽ amorẽ matris ad filiũ: sed aliqñ admittit dissolutionẽ/vt in brutis: cũ filij sunt sufficientes q̃rere victũ: ⁊ ꝓserti͛n cũ supueniũt noui filij. iõ mr̃es (vt in plurib⁹) magis amãt postremos filios. Ideo hac amicitia naturali mr̃es magis diligũt/⁊ feruentius/⁊ ꝯstantius. Amor eñ matris ad filios est oĩno necessarius ad eoꝝ nutritionẽ ⁊ educationẽ: nõ solũ amor remissus ⁊ leuis/sed intensus amor ppter magnũ laborẽ in nutritione ⁊ educatiõe filioꝝ/quẽ mr̃ nõ sustineret ex leui amore. Tant⁹ aũt labor pr̃is circa filios nõ est necessari⁹: nec videt̃ cõueniens: ergo maior est amor naturalis mr̃is ad filiũ/q̃ pr̃is: saltẽ quousq̧ filij fuerit enutriti: cũ h' tñ stat ꝙ amor pr̃is ad filios dz esse melior ⁊ nobilior q̃ amor mr̃is: q͛ amor pr̃is ordinat̃ magis ad introductionez filioꝝ in morib⁹. Amor ꝟo mr̃is ad nutritionẽ ⁊ necessitatẽ corporis: igit̃. ¶ Põt tñ hec ꝯcl'o alijs rõnibus suaderi. ¶ Prima rõ: q͛ rectitudo iudicij de re amabili acuit et ꝯfortat amatorẽ: sed mr̃es certi⁹ sciũt ꝙ filij sunt sui/q̃ pr̃es. ¶ Itẽ: magis amat̃ qđ cuz maiore labore acq̃rit̃: iõ dicit Aristo. iiij. huius/ꝙ liberales nõ sunt q pecunias pprio labore acq̃sierũt: sed mr̃es magis laborauerũt circa filios/q̃ pr̃es. ¶ Itẽ: q̃ pximior ẽ filio/magis amat filiũ: sed mr̃ est pximior filio: q͛ filiũ interi⁹ portat: ⁊ pprio sanguine ⁊ pprio lacte nutrit. ¶ Itẽ: illud qđ est naturale vbiq̧ et in oib⁹/hz eandẽ potẽtiã: sicut est naturale igni cõburere: iõ vbiq̧ ꝯburit: sed aliqua aialia feminina multum diligũt filios: vbi tñ aialia masculini gñis nõ diligũt: vt ꝯtigit canib⁹/eq̃s/lupis/tygrib⁹/gallinis. ¶ Per hoc ptz quid dicendũ ad dubiũ. ¶ Ad rationes questionis patent solutiones ex dictis.

Dubiũ de dilectione parentum.

Solutio insufficiens.

Alia Buridani rñsio.

Amor naturalis ⁊ ex cõsuetudine.

Mos matrum fetus abigentiũ.

Maternus amor necessarius/ Labor pr̃is Amor pr̃is nobilior.

[illegible]tiones pulchre persuadentes.

Prouerbiũ Gratior est fructus post multa picula ductus.

Naturale igni ꝯburere.

Femelle magis fet⁹ diligunt q̃ masculi.

Dubitat̃ quinto an sint tantũ sex species reipublice. ¶ Pro solutiõe q̃stiõis est aduertẽdũ primo ꝙ politia est pricipatuũ ordo optime se habẽtiũ ad rẽpublicã. Et diuidit̃ in has sex species ĩ titulo q̃stiõis numeratas: quaꝝ distictio sic põt haberi. Nam in omi politia/vel est vnus princeps/vel plures. Si vnus/vel intendit bonũ cõe: et sic est regnũ. vel bonum proprium: et sic tyrannis. Si plures: hoc contingit dupliciter. Vel tales sunt diuites: vel pauperes.

Politia qđ sit.

Diuisio ꝛ reductio predictarũ specierum.

peres. Si diuites: aut si dominando intendunt bonum cõmune: ꝛ sic est Aristocratia. Uel bonum priuatũ: ꝛ sic est obligarchia. Si pauperes ꝛ intendunt bonum cõmune: ꝛ sic est Tymocratia. Uel priuatũ: ꝛ sic est Democratia.

Hoc supposito / ponitur cõclusio responsiua. Sex sunt species politie: hoc est politia diuiditur in sex res / ꝛ realiter ꝛ specifice distinctas.

Responsiua conclusio.

De cõmunicatiõe economica.

Dubitatur sexto vtrum cõmunicatio economia possit diuidi ꝑ istas species. ¶ Respõdetur ꝙ sic. Nam si in excõmunicatione economica principaret pater vxori: et filij / ꝛ intendunt bonũ publicũ: tũc est regnũ / etiam iuxta vulgare prouerbiũ.

Prouerbiũ vulgare.

Rex quisqꝫ in propria dicitur esse domo.
Si vo bonum priuatum intendãt: tũc est tyrannis. Si pater / vxor / ꝛ filij principantur / et intendãt bonũ cõmune: sic est Tymocratia. Si proprium: et sic est Democratia. Si pater / vxor / filij / fratres et sorores principantur / ꝛ intendant bonũ cõmune: sic est Aristocratia. Eius est optimatũ principatus / vbi optimates rẽpublicã tractãt. Economia / est dispensatio domestica: hoc est prudentia rectiua multitudinis vnius familie scdm beatum Thomã scda secũde. q. xlviij. cuius finis vltimus est totũ bene viuere scdm domesticam cõuersationẽ. Scdm eundem / Democratia est populi principatus / status / et cuꝫ ad commodum egenorum respublica a pauperibus gubernatur / scdm Aristotelẽ lib. iiij. Polyticorum. Et hec nomina penitus greca sunt.

Aristocratia quid sit
Deriuationes
Economia.
Sanctus Thomas
Democratia.

Dubitatur septimo / quis principatus est melior et laudabilior: scꝫ an regalis / an politicus. Et arguitur primo ꝙ politicus sit melior: quia ille principatus est melior / vbi reperitur maior prudentia: sed principatus politicus est huiusmodi: igitur est melior. Consequẽtia est clara: ꝛ probatur minor. quia diuersa multitudo ꝯcludit magnã sapiẽtiã.

Uter melior principatus an regalis.

In oppositum tamẽ arguitur: quia principatus regalis principalissimo principatur: scꝫ monarchie toti⁹ vniuersi. Et ideo dicit phs. Plitas principum mala: ergo vnus princeps.

In oppositũ ... ritas.

Ad dubiũ responsio.

Ad dubium respondetur. Principatus regalis est melior ꝛ perfectior principatu politico. ¶ Et ad rationem ante oppositum / conceditur maior: nisi per talem pluralitatem redderetur dissimilior: talis politia principalissimo principatur: sed vbi cetera sunt paria: verũ est / si esset in eadem specie principatus.

Dubiũ octauum.

Dubitatur octauo / an viri ꝛ mulieris ꝯiunctio sit naturalis. ¶ Pro solutione questionis est aduertendum ꝙ dupl'r aliquid dicitur naturale. ¶ Primo: quia inest toti speciei / ꝛ cuilibet indiuiduo. Hoc modo coniunctio viri ꝛ mulieris non est naturalis. ¶ Alio modo: quia inest toti speciei scdm aliquam partem propter multiplicationem specierũ omnium animantium. Hoc modo / coniũctio maris et femine est naturalis.

Tractatus tertius.

¶ Ca. j. Repetens qd in cuiuscꝫ generis amicitia siue per pares / siue per impares ꝯseruanda sit necessariũ. Explicat in amicitijs que ob virtutẽ / voluptatemve fiunt querelas ferme nõ fieri: sed in ea que ob vtile est: ꝙ scꝫ amici se nõ tot q uot indigent / assequi putãt. Itaqꝫ tales dissoluendas esse: sponte reddendo quantũ acceptũ est. Finit deide eius qui suscepit vtilitatẽ metiendũ esse beneficiũ: ꝗꝗ in amicitia ob virtutẽ: electio conferentis similis est mensure.

Cum aũt tres sint amicitie (vt ab initio dictũ ẽ) ꝛ in vnaquaqꝫ alij sint pares amici: alij impares (nã similiter boni fiunt amici: ꝛ pstabilior deteriori. similiter ꝛ iucundi: ꝛ ob vtilitatẽ etiã incõmodis pares: ꝛ differẽtes) pares qdẽ tã amãdo ꝙ ceteris equales esse optꝫ. impares aũt id reddere qd excellẽtie ratio flagitat. ¶ Fiũt aũt in amicitia q̃ vtilitatis est gratia: vel sola: vel maxime incusatiões nõ sine ratione atqꝫ querele. Qui nãqꝫ sunt ob virtutẽ amici / prõpti sunt ad beneficia sibi mutuo ꝯferenda. hoc em̃ est ꝛ virtutis ꝛ amicitie. Atqꝫ cũ ad hoc certatim properẽt. nulle prorsus inter ipsos accusationes nec rixe fiunt. Nemo em̃ amanti ꝛ beneficia cõferenti succensetꝫ: sed si sit gratus: bñficijs rñdet. ¶ Atqꝫ q in beneficijs ꝯferendis exuperat: cuꝫ id assequatur qd cupit / nõ incusabit amicũ. Uterqꝫ em̃ bonũ affectat. Nec in his que ob voluptatẽ constant querele nimium fiunt. Nam si simul degere gaudent: fit id simul vtrisqꝫ quod appetunt: ridicul⁹ aũt videt ꝛ qui nõ delectantẽ incusat: cũ liceat nõ cõuersari. ¶ At in ea q̃ vtilitatis gratia ꝯstat: locũ incusatiões habẽt atqꝫ querele. Nam cũ sese mutuo pro vtilitate vtantur: semp indigẽt pluris ꝛ minus ꝙ oportet sese habere putant: atqꝫ querunt ex eo ꝙ nõ tot assequũtur quot indigẽt / cũ sint digni. Qui vo cõferũt bñficia: nequeũt tot ꝯferre: quot indigẽt ij in quos beneficia ꝯferunt. ¶ Uidet aũt vt duplex est iustũ: aliud sine scripto: aliud legeꝫ: sic ꝛ eius amicitia que vtilitatis est gratia: alia moralis: alia legitima esse. ¶ Fiũt igit incusationes tum maxime cum non per eadem commutant ꝛ dissoluuntur. Atqꝫ legitima quideꝫ est ea que in definitis consistit. et quedam est omnino sordida de manu in manum: quedam liberalior ad tempus: sed per pactionem quid pro quo: id est qd debetur in hac manifestum ꝛ non ambigitur. habet autem dilationem ad amicitiã attinentẽ. ¶ Quapropter apud nõnullos horũ nõ sunt iudicia: sed arbitrant eos oportere contẽtos esse: q fide cõmutarũt. Moralis aũt nõ in definitis consistit: sed vt amico quidem largitur: aut vt alij (quisquis is tandem sit)

dem sit) accipere autē dignū esse censet: equale autem plus: quasi non dederit, sed mutuauerit. Atqꝫ si nō vt commutauit, dissolutio fit incusabit. hoc autem ideo accidit: quia omnes vel plurimi volunt quidē honesta: anteponūt autem ea que prosunt. Atqꝫ honestum quidē est beneficia conferre: non vt vicissim suscipiatur: vtile vero suscipere. Si potest igitur dignū reddere oportet beneficium his qui accepit et sponte quidem: inuitus enim non est faciēdus amicus. errore igitur in principio facto: et beneficio a quo accipere non oportebat suscepto. (Non em̄ ab amico: nec ob ipsum id faciente) dissoluere ipsum oportet: vt beneficio pro definitis suscepto: atqꝫ polliceri cum posset reddere. nam si non posset: nec dignū is qui dedit ipsum suo munere censuisset. quare reddēdum est: si habeat facultatem. In principio autem considerādum est quodnam beneficium: et de quo confertur: vt pro his suscipiat aut non suscipiat illud. ¶ Existat aūt dubitatio vtrū eius qui suscepit, vtilitate metiri oporteat id quod reddi debet: an eius qui contulit benefico: Qui nāqꝫ beneficiū acceperūt extenuantes idipsum: ea dicūt sese cepisse: q̄ parua erant illis, queqꝫ ab illis licebat accipere. illi vero contra ea que maxima rerum erant suarū: queqꝫ ab illis assequi nō poterant: et in periculis aut necessitatibus talibus. An quia amicitia est ob vtilitatē: vtilitas eius q beneficiū suscepit, mēsura statuenda: Hic est enim qui indiget et huic fert opem vt accepturus equalem. tm̄ igitur auxiliū fuit quantū vtilitatis habuit hic. et reddendum est igitur tantum quantū ipse consecutus est: vel etiā plus. Est em̄ magis honestū. ¶ In amicitijs autē que sunt ob virtutem accusationes quidem non sunt. Mensure autem similis est electio eius qui beneficium contulit. id enim quod est virtutis ac moris, precipuū in electione consistit.

Prima conclusio

Capitulū primū duabus conclusionibus et vno correlario clauditur. ¶ Prima conclusio. In sola amicitia vtilium fiūt accusationes et querele. ¶ Pro huius cōclusionis probatione, suspponit Aristo. ea que de amicitia dicta sunt. Cum em̄ tres sint amicitie species: vt in principio dictū est: amicitia propter vtile, propter delectabile et honestū: et scd̄m vnāquāqꝫ harū specierū, aliq pares, alij impares amici cōperiūtur. Nā hi q sunt eque boni, fiūt amici: quia pares sunt et melior inferiori. Siḿr hi q sunt pares in vtilitate et in voluptate, efficiunt amici, et impares scd̄m dignitatē, id reddendo qd ratio expostulat. ¶ Hoc supposito, suadetur cōclusio. Nam in vlla alia amicitia preter amicitiā vtiliū, cōperiunt incusatiōes et querele: nō em̄ in amicitia ob honestatē. Nam amici, propter virtutē proni sunt ad beneficia sibi mutuo conferenda. Conferre namqꝫ beneficia, est opus virtutis et amicitie: cum vero homines pro viribus et facultate id faciant, nulle inter ipsos criminationes aut querele contingūt. Nemo em̄ amanti et beneficia cōferenti succenset: sed si sit gratus, beneficiū collatum compensat: et si alter amicorum in beneficijs conferendis exuperet: et non consequat gratiā beneficio collato respondentē, non incusauit amicū: cū id qd concupiscit, assequitur: consequens est suadere amicitiā ob voluptatē querelis atqꝫ criminationibus non carere. Nā amici ob voluptatē simul viuere gaudēt: et sic vtriqꝫ amicorū qd expetit, contingit. Si em̄ non possent simul viuere, nec simul viuēdo gaudere: ridiculus est is qui aliū incusat: cum liceat secū non viuere. Probat deniqꝫ phs confirmādo priorē cōclusionē in amicitia vtiliū esse calūnias ac criminationes. Nam homines hac amicitia sese amant, vtilitatis gratia et non virtutis: ideo semp indigere se dicūt: ac minus q̄ oportet habere: et conquerūtur se nō tanta beneficia ab amicis cōsequutos esse, quātis sunt digni, ac indigent: quia amici nō possent tot beneficia in eos conferre, quot indigent. ¶ Pro scd̄a ratione supponendū est duplicem esse amicitiā, quēadmodū iusticiam. Nam sicut vna est iusticia legalis: alia moralis: sic in amicitia cōtingit aliam esse legalē, et aliam moralem. Tales em̄ sic se habent, quod cōtingit vnum operari scd̄m vnā amicitie speciē, benefaciendo amico. Alterū vero contingit dissoluere scd̄m aliam amicitie speciē: hoc autē contingere non potest nisi fiant incusationes ac querimonie. Exprimunt deinde membra diuisionis. ¶ Est em̄ amicitia legitima que in determinatis pactis vel verbis consistit: et est duplex. Nā vna est sordida et venalis: cum de manu ad manū quid pro quo traditur. i. certum pro certo. Alia est hac liberalior: que fit ad tēpus, habēs dilationē temporis, que ad amicitiā attinet: et in hac amicitie specie, id qd tribuendū est, nō ambigitur. Ideo nōnulli horum qui sic commutant, iudicijs carent: sed eos qui fide commutarunt, arbitrant contētos esse. Moralis vero amicitia non in dictis consistit, sed amicus amico aliquid cōdonat, vel alteri intēdens tantūdem reportare, quasi nō dederit, sed mutuauerit.

Conferre beneficium est opus virtutis ac amicitie.

Due rōnes.

Duplex amicitia.

Respondet Aristoteles tacite obiectioni: quobrem aliqui scd̄m vnam amicitie speciem commutant: et scd̄m aliam dissoluunt.

Hoc em̄ ideo accidit: quia vel oēs vel plurimi expetūt, que honesta sunt. Ea vero que vtilia sunt, anteponūt. Honestū em̄ est beneficium erogare, non vt vicissim suscipiatur. Utilitatis tamen est bñficiū suscipere. Ideo plures cōmutant vno modo, et alio dissoluunt.

Secunda cōclusio. Potens beneficium compensare, vicesqꝫ rependere debet scd̄m dignitatem, recepto beneficio respondere.

Suadetur hec conclusio duabus rationibus. ¶ Prima ratio. Nullus inuitus faciendus est amicus: qui em̄ inuitū amicum facit, in principio peccat: quia beneficium capit ab eo a quo accipere non oportet. Non enim ab amico, nec a faciēte quicq̄ ob amicitiā capiēdū ē. ¶ Secunda ratio. Quēadmodū contingit in amicitia legitima que dictis et factis passionem firmat: sic et in morali. At vero is in quē beneficiū cōfertur,

id ad qđ deuinctus est confitetur: igitur in amicitia morali is cui confertur beneficium/ si potense sit/ rependere debet tantum vel maius beneficiū retribuere/ ⁊ se ad hoc obligatum censere/ ⁊ beneficium accepisse ab amico non vt donū/ sed vt mutuū.

Tertia ɔclō **Tertia conclusio.** Occurrit dubitatio an beneficij compensatio vtilitate eius qui primū beneficiū accepit/ an iudicio atq̧ estimatione eius qui dedit/ metiri debeat. Hi em̄ qui beneficium acceperunt/ illud extenuant: ⁊ exile atq̧ modicū iudicāt/ dicētes se ea q̄ parua erant/ accepisse: ⁊ illa ab alijs ⁊ non ab amicis debere dari. Dantes ꝟo primū beneficium/ que maxima suarū rerum erant/ se dedisse fatētur: ⁊ que ab amicis accipere nequibāt: sese etiā maximis periculis atq̧ necessitatibus cōmisisse.

Enodatio. **Solutio.** Amicitia ob vtilitatem est mensura: igitur vtilitatis estimatione eius qui accepit/ cōmensuranda est. Hic em̄ est is qui indiget/ conferens beneficium huic/ fert opem ea intentione qua equalem vtilitatem accipiet. Huic igitur reddendū est tantum quantū accepit/ ⁊ si fieri posset/ plus. Nā magis honestū est maius beneficiū retribuere: q̄ id quod in eum collatū fuit. ¶ Correlariū. In his amicitijs que ob honestatē fiunt/ incusatiões atq̧ querele locum non habent. Nam opus beneficiū conferentis similis est mensure. i. virtuti. Id autem qđ ad virtutem pertinet/ ab electione emanat

Correlariū.

¶ Annotationes textus.

Annotationes. ¶ Certatim properant: est singulariter/ vnusq̧ cum altero/ et quisq̧ pro viribus aliquid facere. ¶ Succēsere: est alicui in re graui/ et iusta ex causa irasci. ¶ Gratitudo que ingratitudini opponit̄/ mater est omniū virtutū: queadmodū ingratitudo omniū vitiorum est mater. Unde Cicero in orōne pro Placo. Hec vna (inquit) virtus est non solum maxima/ sed etiam mater omniū virtutū reliquarum. Quid enim est pietas/ nisi voluntas grata in parentes qui sunt boni ciues/ qui belli/ qui domi de patria bene merētes/ nisi qui patrie beneficia meruerūt? Qui sancti/ q̄ religionem colentes/ nisi qui meritā dijs immortalibus gratiā/ iustis honoribus ⁊ memori mente persoluunt? Que potest esse vite iucunditas/ sublatis amicis: que porro amicitia pōt eē inter ingratos? quis nostrum est liberaliter educatus / cui non educatores/ cui non magistri sui atq̧ doctores/ cui nō locus ille mutus/ in quo alitus grata recordatione in mente versaturi? ¶ Duplex est amicitia ob vtile. Una sine scripto/ q̄ amicitia moralis dr̄. Alia legitima. Amicitia moralis ob vtile/ est cū q̄s alteri cōdonat nulla pactione preuia/ ea (qua equale vel maius beneficiū receptur⁹ est) intentiōe. Amicitia ob vtile legitima/ in determinatis pactionib⁹/ ꝟbo vel scripto expssis ɔsistit: ⁊ illa est duplex: cuius mēbra in textu claret. ¶ Iudiciū/ ē signū demonstrās aliq̄d esse retribuēdum. ¶ Cōmutare/ est bn̄ficio dato aliquē obligare. ¶ Dissoluere/ est beneficiū recipiendo/ aliquem ab obligatione eximere.

Certatim properant. Succensere Gratitudo. Cicero

Duplex amicitia ob vtile

Iudicium. Cōmutare. Dissoluere.

¶ Ca. ij. Denarrēs quales in amicitijs impariū incusationes fieri solent. docet ad has cōseruandas pro dignitate vni amicorū plus honoris: alteri plus lucri tribuendum esse. Infert non licere filio patrem abdicare: sed patri filium.

At vero dissentiūt ⁊ in amicitijs q̄ in excellētia cōsistūt. Nā vterq̧ dignū existimat plus habere: atq̧ cum hec nō fit: dissoluit̄ amicitia: q nāq̧ pstabilior est: plus habere oportere se putat. plus em̄ tribuēdū est bono: eadē cēset ⁊ q magis vtilis est. Si nāq̧ quispiā inutilis sit: non equale inquiūt ipm̄ habere oportere. subministrationem em̄ ⁊ nō amicitiā fieri dicunt: si nō pro dignitate operū ea fuerint q̄ ab amicitia fiūt. Nā vt i pecuniaꝝ societate plus ij capiūt q plures pecunias ɔferūt: sic arbitrant̄ ⁊ i amicitia fieri oportere. q ꝟo eget ⁊ q ē inferior ē: ad amicitiā nāq̧ bonū spectare censet: egētibus opē ferre. Quid em̄ ꝓdest inquīt/ amicū esse quēpiā studioso viro aut potēti: si nihil cōsecutur⁹ sit inde? Uidet̄ aūt vterq̧ recte cēsere. Atq̧ plus quidē vtrisq̧ est ex amicitia tribuendū/ non tn̄ eiusdē: sed excellēti quidē honoris: egēti autē lucri. ¶ Uirtutis em̄ ⁊ bn̄ficētie p̄miū honos est: indigētie ꝟo auxiliū lucrū. Hoc ita se habere ⁊ in rebuspublicis constat. Nō em̄ is honoratur: q nihil boni reipublice prestat. id em̄ qđ est publicū/ ei tribuit̄ q bn̄ficia in rēpublicā cōfert. At honor publicū est. Nō em̄ fit: vt simul quispiā pecunias a republica atq̧ honorē accipiat: nemo nāq̧ fert in oībus minus habere. Qui igit̄ in pecunijs imminuit̄: ei honorē tribuūt: qui ꝟo munera suscipit: ei pecunias dāt. ¶ Qđ em̄ fit ꝓ dignitate: id equat: ⁊ cōseruat amicitiā: vt est dictū: sic igit̄ ⁊ his est agenduꝫ atq̧ ɔgrediendū q impares sunt. Et is q in pecunijs aut ꝟtute vtilitatē accipit/ reddat honorem optꝫ: id reddendo qđ pōt. Amicitia nāq̧ id exposcit qđ fieri pōt: nō id qđ est pro dignitate. Neq̧ em̄ in oībus est vt in honorib⁹ erga deos: atq̧ parētes. Nemo em̄ vnq̄ dignū reddere pōt. Si q quo ad pōt obseqtur: bonus et equ⁹ esse videt̄. ¶ Quapropter videbit̄ patrē quidē nō licere filio abdicare: filiū aūt patri licere. Debentē em̄ reddere opꝫ: at quicq̄d egerit/ nihil vnq̄ his dignū fecerit q̄ a patre suscepit: quare semp debet. Quib⁹ aūt debet̄ potestas est dimittendi: igit̄ ⁊ patri. simul aūt nemo forsitā vnq̄ sese monere videt̄: nisi ille exuperet prauitate. Nam absq̧ amicitia naturali: humanū est auxilium non negare. ¶ Illa aūt fugiendum est aut non studendum opem afferre: cum sit prauus. pleriq̧ em̄ suscipere quideꝫ beneficia volunt: conferre autem nolunt: at fugiunt vt inutile. Sed de his quidem eousq̧ sit dictum.

Secundū capitulum duabus conclusionibus ⁊ tot correlariis claudit. ¶ Prima cōclusio. In his amicitiis que scdm excellētiā fiunt/querele atq̧ criminationes locū habēt. Nam vterq̧ amicorū estimat se dignū/plus habere q̄ȝ habeat: ⁊ cum hoc non contingit/dissoluitur amicitia. Malus eni beneficiū magis digno tribuendū est. Is etiā amicus qui maiore vtilitate abundat/idē de se iudicat: vtpote se maiore beneficio potiri. Inutilis eni omni beneficio priuandus est. Dicūt famulitiū ⁊ non amicitiam tūc esse: si non scdm excellentiā ea patrata fuerint que ab amicitia prodeunt. ¶ Scdo probat. Nam quēadmodū in cōmunicatione pecuniaria hi plus pecuniarū accipiunt qui plura ponunt siue dant: sic etiam euenire debere in vtilium amicitia asserunt. Pauper autē et qui deterioris sunt cōditionis/ dicūt diuites sibi debere subuenire: alīs nihil proficeret inferiori amicum diuitē habere. Nihil aūt amicitie magis ꝓpriū est/ q̄ȝ egentibus opem ferre. — Prima ɔclo

Scda ɔclusio. Licet amicorū vtriq̧ plus de amicitie bonis tribuendū sit: non tamen de eisdem. Probatur. Nam excellentiori plus tribuēdum est honoris: egēti ꝟo plus lucri. Nā quēadmodum honor est premiū virtutis: sic lucrū est premiū indigentie. Idem in rebuspublicis cōtingere videtur. Is eni honoribus non afficitur/qui nihil cōmodi reipublice afferre potest. Id eni qd publicum est ei qui beneficiū in rempublicā confert/tribuitur. At vero bonum publicū est honor quare qui in rempublicam beneficiū confert/honorari debet. Non debet quispiam pecunias simul ⁊ honores in republica cōsequi: q̄r rationi dissonare videtur/⁊ in honoribus ⁊ in pecuniis minus habere: qui igitur minus pecuniarū habet/honoribus abundet operepreciū est. Contra ꝟo/q̄ honorib⁹ immunis est/pecuniis abūdet/opꝫ. Id eni qd pro dignitate fit/equat atq̧ conseruat amicitiā. Sic igitur his amicis qui impares sunt/congrediendum est atq̧ agendū. Et is qui aut pecuniarū aut virtutū vtilitatem cepit/honorē reddat/oportet: id qd potest reddendo, i. scdm suarū viriū potentiā. Amicitia eni id qd fieri potest/⁊ non scdm dignitatē/amici opus faciendū exposcit. Non eni in omnibus amicitiis fieri potest/vt scdm dignitatē retributio fiat: sed scdm id qd fieri potest. Diis eni immortalibus ⁊ parentibus non tanta beneficia reddere possumus/ quanta eis reddēda sunt. ¶ Si igitur quispiā scdm viriū suarū potestatē operetur/ hic bonus ⁊ equus euadet. ¶ Inferuntur duo correlaria. ¶ Primū correlariū. Licet patri filium abdicare: filio ꝟo patrē abdicare non licet. Nam debentem/reddere opꝫ. At vero filius est patris debitor: igitur non potest patrē a se pellere quin paternis beneficiis respondeat. ¶ Scdm correlariū. Est patri facultas filio dimittendi debitum: sed nullus pater vellet filium a se propellere/nisi is maxima prauitate prepolleat. Nam semota amicitia naturali/humanum est opem petentibus et egentibus non negare: igitur magis humanū est auxiliū filio petenti prebere. Filio autē prauo/negandū est a patre auxiliū Nam pleriq̧ hominū volūt quidē beneficia suscipere: nolūt aūt beneficia conferre: aut beneficiorū collationem tanq̄ȝ inutile fugiunt. — Scda ɔclo. / Primū correlarium. / Scdm correlarium.

¶ Annotationes textus.

¶ Plus tribuendū est bono. Nam virtutis ⁊ honestatis gratia/beneficia in bonos conferenda sunt/⁊ non in malos. Nam beneficia in eos conferri debēt/ qui eorū multitudine meliores euadunt. At vero soli boni beneficiorum magnitudine boni efficiuntur: quare in solos bonos conferenda sunt. Malus enim quāto maiorib⁹ bñficiis extollit/tāto deterior efficitur: ⁊ a virtutis limitibus magis/ m agisq̧ recedit. ¶ Non est igit quodcūq̧ bonū in malos ɔferendū. — Annotationes.

Circa tertiū tractatū hui⁹ octaui querit/ an in sola vtiliū amicitia fiant incusationes ⁊ querele. ¶ Pro hui⁹ questionis intellectu est primo aduertendū q̄ aliquādo inter amicos sunt amicitie eiusdē generis: videlicet quādo vterq̧ amat propter delectabile/vtile vel honestum. Aliquādo ꝟo contingit esse amicitias diuersorū generū: quando vnus amat ꝓpter delectabile: alter ꝟo propter vtile. — Questio moralis. / Multipharie amicitie.

Hoc notato/ ponuntur ɔclusiones. — Prima ɔclo

¶ Prima conclusio. In amicitia propter bonum honestum non fiunt accusationes ⁊ querele. Probatur ista conclusio: quia talis amicitia nunq̄ȝ fit nisi inter bonos inter quos nō ɔtigūt accusationes ⁊ querele.

Scda cōclusio. In amicitia propter delectabile cōtingunt accusationes ⁊ querele. Probat ista ɔclusio: q̄r delectatiōes sensuales/trāsitorie sunt: ⁊ cito ꝟtunt in tediū: ꝓpter qd ɔtigit aliqñ/altero amicorū volēte delectari/alterū esse attediatū/ ⁊ non velle vel posse delectari: quare oriuntur accusationes atq̧ querele. — Scda ɔclo. Gaudia nō remanēt sed fugitiua volant.

Tertia ɔclusio. Magis habet locū accusatio in amicitia ꝓpter vtile/q̄ȝ propter delectabile. Probatur ista conclusio: q̄r vtilia sunt nobis magis necessaria q̄ȝ delectabilia sensualia/sic q̄ si non haberem⁹ vtilia/cessarent delectationes: ideo appetitus nititur fortius in vtilia q̄ȝ in delectabilia: modo quāto aliquid magis appetimus/magisq̧ conquerimur/si illud non obtineamus. — Tertia ɔclo

Contra conclusiones instatur. Aliquando contingit in delectabilibus sicut in vtilibus nō dignā fieri retributionē seu recōpensationē: ergo hic sicut illic fiunt accusationes ⁊ querele. — Contra cōclusiones.

Scdo sic. Inter malos est amicitia propter delectabile sicut propter vtile/inter quos (vt in pluribus) fiunt accusationes ⁊ querele: igitur.

Tertio sic. Opposita nata sunt fieri circa idem: sed collaudationes nate sunt fieri ꝓpter bonum honestū: ergo ⁊ vituperia: sil'r accusationes.

Ad istas rationes respondet q̄ due prime concludunt q̄ in amicitia propter delectabile possunt contingere accusationes ⁊ querele: sed non sicut i amicitia ꝓpter vtile: q̄m cetera nō sunt paria.

Et ad tertiā rationē distinguit maior: vel quando subiectū nō determinat sibi alterum oppositorum ex natura sua: ⁊ sic transeat. Vel quando nō determinat: ⁊ sic negat: modo ita est in proposito: q̄m amicitia propter honestum/est virtus: ideo determinat sibi laudem. ¶ Et hec de tertio ⁊ vltimo tractatu octaui Ethicorum Aristotelis.

Dubitat primo: vtrū patri liceat filium abnegare: filio ꝟo patrē nequaq̄ȝ. ¶ Pro solutione huius — Dubium.

tione huius dubij notandum est primo q patrem denegare filium/non est aliud q̃ eum a se et a domo sua expellere/victui necessaria nõ ministrare. Et econuerso/filium abnegare patrem/ est filium non velle patri in vite necessarijs subuenire/ vbi in casu pater indigeret/ 7 filius abundaret. Unde quemadmodum ille qui est alteri obligatus ad ministrandum vite necessaria/non potest eum denegare vrgente necessitate: sic non obligatus potest denegare.

Supponendũ est etiam q dupl'r aliquis est obligatus. Primo modo: s̃m obligationẽ legalẽ quando potest cogi de iure. Alio modo: s̃m obligationem moralem/ q̃n nõ potest cogi de iure: sed s̃m rectam rationem tenetur aliq̃d facere. Similiter obligatio moralis aliq̃n attendi potest ratiõe amicitie vel beneficij accepti: q2 ad amicitiã spectat beniuolẽtia/ beneficentia 7 concordia. beneficiatus etiam tenetur ad retributionẽ/ne videatur ingratus.

Pria ɔclo. Hoc supposito/ponuntur alique conclusiones. ¶ Prima conclusio. Aliquibus temporib⁹ ex legali obligatione/ parentes nõ possunt filios abnegare: puta anteq̃ vtantur ratione. Probatur: quia illis temporibus parentes legibus coguntur ad debitam filiorum nutritionem 7 educationem. Leges em̃ prouident ne creature humane pereant ex culpa parentum: similiter iure naturali ad hoc astringuuntur.

Scda ɔclo Secunda conclusio. Post sufficientẽ filiorum educationem/licet parẽtibus filios abnegare. Probatur: quia tunc filij possunt eque prouidere sibi de necessarijs/ sicut parentes sibiipsis. ¶ Item aliquando grauarentur parentes si ad hoc cogerent.

Tertia conclusio Tertia conclusio. de filijs filij anteq̃ habeãt vsum rõnis/nõ obligant ad subueniẽdũ parẽtib⁹ aliqua obligatiõe legali. Probat: quia nulla possident quorum pater non habeat dominium: vel saltẽ custodiã et dominationẽ/nisi forte leges alique particulares et locales obsistant.

[Quarta con]clusio Quarta conclusio. Filij post vsum rationis de legali obligatione possunt abnegare parẽtes. Probatur: quia leges non cogunt filios ad nutritionem parẽtum/ propter multa. Probatur primo: q2 vt in pluribus/parentes vsum habeant rationis 7 prudentie. Secundo: q2 vt in pluribus/ parentes sunt ditiores filijs. Tertio: quia si contingat vtrosq̃ pauperes esse: tñ filij nimis onerati sunt de nutritione suarũ vxorum et filiorum ad quos s̃cd̃m leges obligantur. Quarto: quia nõ est naturale q filij nutriant parẽtes sicut q parentes nutriant filios.

Quinta conclusio Quinta conclusio. Pater abnegare potest filium: 7 non ecõtra: quo ad obligationem moralem ex parte beneficij facit pater/ semper remanet debitor. cum non possit ad equale receptis compensare: sed quantum est ex parte beneficij recepti/ benefactor potest beneficiatũ abnegare: beneficiat⁹ vero nõ potest abnegare benefactorem: quia quandiu viuit/ẽ debitor. Tenetur enim semper ad retributionẽ: igit. Et hanc conclusionem intendit Aristo. in textu: cum dicat. Propter quod vtiq̃ videbitur ne licere filio patrem abnegare: patri autem filium.

Sexta ɔclo Sexta conclusio. Patre et filio bonis existentibus/neuter põt alterum dimittere: quia amicitia est ligamentum amicoꝝ/quo alter ad alterũ affectum habet benefaciendi/ 7 indigentijs succurrendi: ideo durante amicitia/non põt fieri separatio parentum a filijs: nec econtra.

Contra conclusiones sic argumẽtor. Patri non licet filium abnegare: quia patris ad filiũ est amicitia naturalis: 7 nihil licet facere contra naturam/eo q omne tale est malum: igitur.

Secundo sic. probando q pater minus possit relinquere filium/ q̃ ecõtra: q2 qui magis amat/minus potest relinquere amatum: quia amicitia est ligamẽtum quoddã amatori: sed pater magis amat filium q̃ econtra: igitur.

Ad rationes dubij: ad primam dicit q amicitia naturalis patris ad filiũ: a qua nullo modo est recedendum/ durat vsq̃ ad vsũ rationis 7 prudentie: et non post.

Ad secundam rationem respondetur q quantũ est ex pte amicitie/pater min⁹ põt abnegare filiũ/ q̃ fili⁹ patrẽ: q2 quãto amicitia est maior/tanto fortior est obligatio: ꝑut attẽditur ex pte amicitie: sed maior est amicitia p̃ris ad filium/ q̃ ecõtra: igit.

Dubitatur secũdo: quia de amicitijs inequalium dictum est an inferiores teneãtur superioribus parere. ¶ Pro huius dubij enodatione aduertendo est primo q seruitus 7 dominiũ/ siue superioritas 7 inferioritas (vt latiorib⁹ vocabulis vtamur) rectissime in politia instituuntur. Suadet. Nã illud est rationabiliter institutum/sine quo humanum genus regi non potest. Atvero sine superioritate 7 inferioritate nõ potest gen⁹ humanum regi: igitur necessaria est superioritas/similiter 7 inferioritas. Consequẽtia est clara cum maiore: 7 probatur minor. Nã dato opposito/mali debiles 7 bonos opprimerent: ocio similiter et vitijs torperent: cum nemo esset ad eorum insultus cohibẽdos. ¶ Item: boni pro actibus bonis/ hoc modo non premiarentur: nec mali pro malis actibus supplicia subirẽt. Sic enim ad bona opera faciẽda paucissimi animarentur. Nã boni desides/ 7 pigri efficiuntur: q̃n nec melioribus meliora/nec virtutis et vitij premia sunt ꝓposita. Aliter suadetur. Nã inter angelos est ordo supioritatis et inferioritatis: vt declarat Dionysius libro de celesti hierarchia: igit debet ita esse in ciuili societate/ que illa celesti regitur 7 moderatur. Hoc etiam suaderi põt de ducibus exercitus inter quos est optimus ordo superioritatis 7 inferioritatis. ¶ Ex istis eliciũtur due ɔclones.

Dubiũ

Aristoteles in economicis

Dionysius

Due conclusiones

Pria ɔclo Prima conclusio. inferiores superioribus parere obligantur.

Scda ɔclo Secunda conclusio. Ordo superioritatis 7 inferiortatis non solum conformis est legi humane positiue/sed etiam diuine/ 7 naturali legi. Hoc patet. Nam in omni lege seruabatur dominiũ 7 seruitus/ q̃ modũ inferioritatis 7 supioritatis seruãt: igit. ¶ Item/ea que solo instinctu nature ducunt: vt animalia rationis expertia/inter se ordinem 7 seriem naturalẽ supioritatis 7 inferioritatis seruãt/vt facillimũ est ituerĩ in elephãtis/ in seruis/in ceterisq̃ aĩantib⁹.

¶ Et hec de Ethicorum Aristotelis octauo libro cum explanatione doctissimi viri magistri Gilberti Crab.

Liber Nonus Ethicorum.

Tractatus primus.

¶ Ca.j. Repetens in oibus amicitijs cōparationē rationū eq̄re ac ɔseruare amicitiā: discutit hāc q̄stionem: vtrius sit estimationem ipsam facere eiꝰ q̄ dat/ an qui prior accepit: cēsetq́ꝫ eius potius esse qui prior accepit. Id q́ꝫ ſm iudiciū qđ habebat anteq̄ꝫ acciperet.

IN oībus autez amicitijs q̄ sunt dissimiles specie: cōparatio rōnuz equat/ atq́ꝫ ɔseruat amicitiā (vt est dictū) vt ꝛ ciuili societate sutori ꝑ calceamentis ꝛ textori: et ceteris pro dignitate ꝑmutatio fit. ¶ Atq́ꝫ hic qdem cōis habet mēsura: numꝰ ipse ad quem omnia referunt: ꝛ quo mēsurant. In amatoria aūt amicitia: interdum amator querit ꝙ supra modū amans non vicissim amat: nihil habens forte amabile: īterdū is qui adamat ꝙ eū priꝰ cūcta polliceretur nūc nihil facit. ¶ Fiunt aūt talia: cū ille quidez ob voluptatē adamatū: hic autē ob vtilitatem diligit amatorem: et hec non assunt vtrisq́ꝫ. Nam cū propter hec sit amicitia/ fit dissolutio: cum ea non fiunt gratia quorum amabant. Nō eñ se mutuo amabāt: sed ea que inerant que non permanēt. Quapropter tales amicitie sunt. Morum vero amicitia: cum per se sit: ꝑmanet vt est dictum. ¶ Differunt autē: et cum alia fiunt ipsis et non ea que appetunt. Est eñ simile acsi nihil fieret: cum nō id assequtur qđ affectat. Quale fecit ꝛ qui cithare do pollicebatur: quanto melius cantaret: tanto se plura daturum. Postridie vero reposcēti ꝓmissa voluptatē reddidisse dixit ꝓ voluptate. Si igit vterq́ꝫ hoc affectaret: satis vtiq́ꝫ haberet. Sin vero ille voluptatē hic lucrū affectabat: ꝛ alter habet: alter non habet: non bene sese habet ipa societas. ¶ Quorū eñ indiget vnusquisq́ꝫ hec ꝛ assequi vult: ꝛ horum gratia dabit ea que habet. Utrius aūt est estimationez facere: eius ne qui dat an eius qui primo accepit? Nā qui dat videt illi ꝑmittere: quodq̄dē ꝛ Prothagoram fecisse aiūt: cū eñ docuisset ea que ꝓfitebat: discipulū existimare iubebat quanti ipsi videntur ea q̄ scit: et tantum accipiebat. Nonnullis autē in talibus satis est illud.

Sufficiens socio merces sane est statuenda.

Qui vero prius acceperūt argentū: deinde nihil eorum q̄ promiserūt ob exuperationē promissionū efficiunt merito incusant: non eñ ꝑficiunt ea que pepigerunt. hoc fortasse sophiste facere compellunt/ qr nemo daret pro his que sciunt argentuz: hi igitur (ea ꝓ q̄bus acceperūt mercedes non efficientes) merito accusantur. ¶ Eorum autem in quibus subministratiōis nō fit pactio qui ꝓpter seipos exhibent/ incusationibꝰ carent/ vt diximus: talis est eñ ea amicitia que ob virtutem conflatur. Remunerationq́ꝫ facienda est electiōe: nec eñ est amici atq́ꝫ virtutis. ¶ Sic est faciendum et in societate q̄ fit ob philosophiaz. Non eñ tante dignitati rei pecunie equari possunt: nec honos paris vnq̄ꝫ fiet momenti: sed satis est forsitan: vt ad deos atqꝫ parentes id qđ fieri potest. Quod si datio nō sit talis sed pro aliquo maxime quidē oportet forsitan retributionem fieri vtrisqꝫ/ videtur esse pro dignicate. Si vero hoc non accidit: non solum necessarium: verum etiam iustum esse videbitur ipsum prehabentem hanc ipsam statuere. Nam si quantum hic vtilitatis habuit: aut ꝓ quanto voluptatem expetit: tātum ille receperit: dignam de hoc remunerationem habebit. ¶ Etem̄ in rebus venalibus ita fieri videtur: ꝛ quibusdam in locis sunt q̄ leges vetāt: sponte actarum contractionum iudicia esse/ propterea ꝙ oportez vnumquemqꝫ ad eum qui credidit sic dissolutionem facere: vt societatem contraxit. Putant enim eum iustius esse statuere cui permissum est q̄ꝫ eum qui permisit. ¶ Etenim plerūqꝫ nō eque estimant qui habent/ ꝛ qui accipere volūt. sua enim cuiqꝫ: ꝛ ea que dat: multo videntur precio digna. attamē retributio fit ea (quam statuunt ij qui capiunt) quātitate. ¶ Oportet autē fortasse: non tanti estimare: quanto videtur dignum habēti: sed quanti estimabat antea q̄ꝫ haberet.

ISte est nonꝰ liber Ethicorū Aristo. in quo latius de amicitia discutitur/ aliquarꝫ questionū ad amicitiam ꝑtinentiū materias enodans. ¶ Primuz caput quattuor cōclusionibꝰ ꝛ vno dubio clauditur. ¶ Prima ɔclusio. In omnibus/ tū equaliū/ tū inequaliū amicitijs vicissim repēdere beneficiū/ saluat atq́ꝫ ɔseruat amicitiā. Suadetur hec ɔclo quattuor rōnibus. ¶ Prima rō. Per beneficij cōpensationē/ ac repensionē/ saluatur societas ciuilis: igitur et amicitie: cū oīs amicitia in societate collocet/ firmamentūq́ꝫ capiat. Antecedēs enucleat. Nam sutori ꝓ calciamentis/ textori itē ꝓ panno/ ceterisq́ꝫ artificibꝰ

Pria ɔclo

Prima rō

riſq₃ artificib⁹ fit ꝓ dignitate ꝑmutatio: ⁊ hoc mutationis gen⁹ ſeruādo/ ſtabilit amicitia: igit. In tali em̄ cōmutatione aliquo cōi vtunt̄ ciues: vtpote numo/ q̄ oīa venalia menſurant̄: ⁊ ad quē tanq₃ ad cōem menſurā oīa reducunt̄.

Scđa rō

¶ Scđa rō. In amicitia ꝓpter vtilitatē interdū alter amicoꝝ ꝯquerit̄: ꝙ ſupra modum amās/ non viciſſim amat̄: q̄ꝛ forſitan nihil in ſe habet: gr̄a cuius amari debet: igit̄ amicitia bn̄ficioꝝ repenſione aſſeruat̄.

Tertia rō

¶ Tertia rō. aliq̄n is q̄ adamat̄/ muta pollicet̄ ſe facturꝝ: ⁊ cū nō ſtat pollicitis/ nō reſpondet bn̄ficio ab amicis collato. Hec aūt ꝯtingere videtur: cū amicoꝝ alter ꝓpter voluptatē: alter ꝓpter vtilitatē amare videt̄. Et cū nō poſſunt vriſq₃ cōpetere/ diſſoluit̄ amicitia. Nō fit em̄ inter tales id ob qđ amabant. Tales em̄ nō ſe mutuo amabāt: ſed poti⁹ voluptatē ⁊ vtilitatē. Utilitas vo ⁊ voluptas res ſunt fugaces/ atq₃ momētante: quare et amicitie ꝓpter vtilitatē ⁊ voluptatē lubrice ſunt atq₃ fugaces.

Quarta rō

¶ Quarta rō: amicitia bonoꝝ que maxie bona eſt/ ꝑmanet: q̄ꝛ vterq₃ amicoꝝ id qđ expetit/ exequit̄: cū em̄ amic⁹ non adipiſcit̄ bonū deſideratū/ diſſoluit̄ amicitia.

Nota bene

Eſt em̄ ſimile aci nihil fieret: vt fecit is q̄ cithare do pollicebat̄: quanto meli⁹/ dulciuſve cātaret: tanto ſe plura erogaturꝝ. Poſtridie vero cytharedo mun⁹ poſtulāti reſpondit ſe voluptatē ꝓ voluptate reddidiſſe. Si em̄ vterq₃ voluptatē affectabat: ſat vtriq₃ redditum erat. Sed ſi alter voluptatē/ alter vtilitatē expetebat: ⁊ alter voluptate expletus eſt: altero lucrū nō ꝯſequenti/ ſtatim diſſoluit̄ ſocietas. Ea em̄ quoꝝ īdigem⁹/ aſſequi volumus: ⁊ ꝓ his q̄ habem⁹/ ꝯferim⁹. Tūc igitur vnicuiq₃ amicoꝝ ſatiſfactū eſt: et quiſq₃ quod optat/ exequitur in beneficiorum compenſatione.

Scđa ꝯclo

Secunda ꝯclō. in hac beneficioꝝ cōpenſatiōe/ potius accipiētis q̄₃ dātis eſtimatio ſequēda eſt.

Nam qui dat/ videt̄ accipiēti ius eſtimationis atq₃ arbitriū ꝑmittere: q̊d q̇dē et Pythagoras feciſſe credit̄: cū ea (quoꝝ ꝓfeſſoꝛ erat) docuiſſet: diſcipulū/ auditorēve exiſtimare iubebat ſue doctrine p̄ciū/ ⁊ tā[illegible] accipiebat. Aliq̄b⁹ aūt ſatis ē illud tritū ⁊ vulgatū. [illegible]ufficiens ſocio merces ſane eſt ſtatuenda.

¶ Scđa rō. Nam primo argentū accipientes/ anteq̄₃ q̄cq̄₃ faciāt/ deinde vero que ꝓmiſerūt/ nō adimplēt/ merito accuſant̄: quales ſunt ſophiſte/ multa in eoꝝ exordijs ꝓmittētes: ⁊ pacta nō efficientes.

Nota bene de ſophiſtis

Nemo em̄ daret pecunias ꝓ his que ſciūt. Nā tota ſophiſtaruꝝ ſciētia/ eſt auram popularē aucupari: ⁊ vēdicare ſibi opinionē ⁊ nomē ſapiētis: meliuſq₃ eſt ipſis videri ſapientes ⁊ non eſſe/ q̄₃ eſſe ⁊ nō videri. Hec eſt igit̄ ſophiſtaꝝ ſcientia: q̄ tota in pollicitis ⁊ non in reb⁹ conſiſtit/ iuxta illud Ouidianum.

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

¶ Et ꝓpterea ꝙ ſophiſte q̄ p̄rio pecunias capiūt/ nō reſpōdet bn̄ficijs: nec rite bn̄ficiū ꝯpēſant: eoꝝ amicitia cū alijs ſtabiliri non poteſt.

Tertia ꝯclo

Tertia ꝯclō. eoꝝ amicitia ī q̄b⁹ nulla eſt ſubmiſtratiōis pactio ſiue ꝑmiſſio/ ⁊ q̄ bn̄ficia v̄tutis gr̄a ⁊ non ob aliđ ꝯferūt: ſtabilis ē.

Taliū em̄ amicitia ē ob v̄tutē. Nā bn̄ficij cōpēſatio faciēda ē electione. Electio aūt v̄tutis eſt. Nā electio aut a v̄tute ꝓficiſcit̄: aut v̄tutē in nobis gignit. eodē modo cōgrediēdū eſt in ea ſocietate que ob ph̄iam ꝯſtat̄. Hec em̄ ſocitas non ſophiſtaꝝ eſt: ſed eorum qui verā ph̄iam a

Nota bene

veriſſimis p̄ceptoꝛibus diſcunt. Nam acq̄ſitioni ph̄ie/ pecunie equari non poſſunt/ ꝓpter rei celſitudinē atq₃ dignitatē: nec vnq̄₃ honoꝛ dignus p̄ceptoꝛib⁹/ a diſcipulis exhiberi poteſt: iuxta illud. Dijs/ p̄ceptoꝛibus ⁊ parentib⁹ non poteſt reddi equiualens.

Quarta cōcluſio

Quarta ꝯclō. Si datio non eſt talis:

id ē libera vel ob virtutē/ tūc faciēda eſt retributio: vt vtriſq₃ ſm dignitatē apparet. S₃ ſi datio eſt moralis/ faciēda ē retributio ſm eſtimationē recipiētis. Prioꝛ pars ꝯclonis nota eſt. Nā talis ꝯmutatio inter dantē ⁊ recipientē/ pacto firmata eſt: qđ ex ꝯtrahentium cōſenſu fieri debet. Scđa ps ꝓbat̄ duab⁹ rōnib⁹. ¶ Prima rō. Ad recipiētē ꝑtinet eſtimationē facere/ quātū vtilitatis ex beneficio ꝯſecutus eſt: vel quantū appreciet̄ delectationē ſibi exhibitā: quēadmodū in ēptionibus ꝯtingit. Ad ementē ꝑtinet eſtimaionē facere/ quāte vtilitatis res empta eē poſſit: ⁊ huiuſmodi eſtimationē tanto p̄cio eā emere. Sic igit̄ in dationibus moralib⁹ faciēdū eſt. ¶ Scđa rō: in quib⁹ locis leges ſunt de volūtarijs ꝯtractib⁹/ nō ſunt habēda iudicia: quaſi decens ſit atq₃ cōgruū ꝯmutationē eodē modo ad aliquem diſſolui/ quo ab initio cū eo cōtraxit. i. cōmunicauit: ſic ꝙ ſi ꝑ pactum īter eos firmatū ꝯmunicauerint: recipiens ad aliquid certū reddēdū obligagatus eſt. Si vero ſua ſpontanea voluntate obligatus eſt/ reddat ſm voluntatem. Et ſi nihil velit reddere/ nihil reddat. Sic em̄ legūlatoꝛes iuſtius exiſtimant eum cui aliquid datuꝝ eſt/ p̄ꝛecium ſtatuere/ q̄₃ eum qui vendidit.

Dubitationis enodatio

Enodat̄ dubium. non em̄ eque exiſtimāt q̄ beneficia habēt/ ⁊ q̄ accipiūt.

Nā ꝓpꝛia cuiq₃ vident̄ maxio p̄cio digna ⁊ digniora/ q̄₃ appareāt. Recipienti igit̄ non ſemper ſm eſtimationē recipiētis debet metiri retributio.

Reſpōdet Ariſto. Licet em̄ nō ſemꝑ

recipiens tātifaciat beneficium/ ſicut is q̄ ꝯfert: tn̄ retributio faciēda eſt ſm eſtimationē recipiētis/ et non dantis. Nec tantifaciendū eſt bn̄ficiū/ quāti dignum videt̄ habēti: ſed quāte dignitatis ei ap̄pebat anteq̄₃ ipſum beneficium haberet.

¶ Sequuntur annotationes textus.

Annotationes

¶ Numus a nomos vocabulo greco qđ legē ſignificat.

Nota bene

¶ Saturn⁹ in Italiā puppe deuect⁹/ rudē eneum numū ꝑcuſſit: ſ₃ poſteritas ad memoꝛiā Saturni/ effigiem puppis numo impꝛeſſit: de quo Ouidius.

Ouidius

At bona poſteritas puppem foꝛmauit in ere
Hoſpitis aduentum teſtificata dei.

Romani

¶ Et erea pecunia vſus eſt populus roman⁹ vſq₃ ad tēpoꝛa Pyꝛrhi: mox argēteum cepit ſignare: ⁊ demū aureū/ qui apud oēs nunc extat.

Sophiſte

¶ Sophiſte/ quoꝝ falſa doctrina nūc apud pariſios viget/ qua ⁊ īgenia iuuenū capiunt̄/ ſicut piſces hamo/ tēpus teritur/ foꝛtune bona amittunt̄: ⁊ qđ deterrimū eſt/ vera ſcientia tāq̄₃ ꝓphana atq₃ nepharia poſthabet̄. Paſſim enim adducunt̄ ſophiſmata in vtraq₃: vtpote tā naturali q̄₃ moꝛali ph̄ia. Philoſophia moꝛalis/ q̄ veriſſima aīoꝝ medela cēſet̄/ lāgueſcit ob ſophiſmatū varietatē. Naturalis vo ad inſolubilia et exponibilia/ atq₃ ceteras ſimiles fatuitates/ quas exteri ī Galliā trāſpoꝛtarūt reducit̄. Nihil nunc de motib⁹ aſtroꝝ/ nihil de zodiacolaudies diſcutere: nulla de virtute/ deq₃ opibus bonis ī mediū adducere: itidē de poeticis artib⁹/ q̄ multos a vera ph̄ia p̄ꝛepediūt cenſeo: iuxta illud Apl̄i. ij. ep̄la ad Timotheū quarto. Erit em̄ tēpꝰ in quo ſanā doctrinā nō ſuſtinebūt: ſ₃ ad ſua deſideria coacer=

Paulus ad Timotheum

Nota cōtra vanos

uabūt sibi magistros prurientes auribus: ꝛ a veritate qdē auditū auertēt: ad fabulas aūt ꝯuertent. ❡ Qui igit vult altissimū sciaꝝ fastigiū adipisci/ fugiat/ deuitet atqꝫ explodat artē sophisticā/ tanqꝫ omnium sciētiarum hostem ac inimicam: ꝛ facilius limina naturalis atqꝫ moralis philosophie amplectetur.

❡ Ca. ij. Alias quasdā dubitationes tollit: ne sint patri oia tribuenda an amico poti⁹: an studioso subministrandū benefactori/ an sodali potius dandū: finitqꝫ debitum simpliciter esse reddendum: si vero datio honestate/ aut necessitate excedat/ ad hec declinādum esse. Nec vniuersis: nec patri quidem cūcta reddenda: sed singulis sua.

Habētaūt ꝛ talia dubitationem vtrū oporteat omnia patri tribuere/ ꝛ oībusqꝫ obtemperare an egrotāti quidē parendū sit medico: diligēti vo ducē exercit⁹: diligēd⁹ sit rei militaris peritissimus homo. Simili modo, vtrum amico sit potius/ an studioso subministrandū. Et benefactori reddenda sit gratia/ an sodali potius dandum: si vtrūqꝫ fieri nequeat. ❡ Omnia igit talia exacte determinare nō est facile. multas eñ ac varias habent differentias: et magnitudine/ ꝛ paruitate/ ꝛ honestate/ atqꝫ necessitate. Verū non omnia eidē esse tribuēda nō est obscurum. Atqꝫ beneficia plerūqꝫ reddēda sunt/ poti⁹ qꝫ largiendum amicis. sicut ꝛ mutuum reddendū est potius cui debeas/ qꝫ dandū sodali. ❡ Forsasse aūt neqꝫ hoc agendū est semper: vt reddēdum a predonibus: vtrum eum qui ipse redemit: redimere vicissim oporteat quicunqꝫ is sit/ aut nō capto quidem repetēti vere mutuū reddere: an redimere patrem. ❡ Videbit eñ patrem poti⁹ qꝫ se etiaꝫ redimere illum oportere. Debitum igit (vt diximus) simpliciter est reddendum. si vero datio honestate: aut necessitate excedat: ad hec ipsa est declinandum. Interdum eñ neqꝫ est equum beneficiū tribuere: cuꝫ aliter quidē instudiosum sciens studiosum esse: cōtulit beneficium: alter autem illum flagitiosum eē existimat. Nōnunqꝫ eñ nec ei q mutuauit/ vicissim est mutuandum. Nam ille quidem putās se recepturum: bono mutuauit viro: hic autem non sperat a prauo recipere. Siue igitur reuera hoc sic se habeat: non equalis est dignitas: siue nō ita qdē se habeat: putēt aūt sic se habere: non videbunt absurde facere. ❡ Quod igitur sepe est dictum: sermones qui de affectibus/ actibusve fiūt peride habēt definitionem: vt ea circa que sunt. ❡ Non eadē igitur vniuersis esse reddēda: nec patri cuncta (queadmodū neqꝫ Joui sacra oia dant) nō ē obscurū. qꝫ si diuersa tribuenda sunt parētib⁹/ ꝛ fratribus/ ꝛ sodalib⁹/ ꝛ beneficis tribuenda sunt singulis sua queqꝫ ad queqꝫ accōmodat. Sic aūt ꝛ facere vident: nā ad nuptias vocāt cognatos: genus eñ his est cōe/ quare et actus q circa hec sunt: et ad spōsalia etiam maxime cognatos ꝓpter idē putant accedere oportere. ❡ Videbit aūt parētibus maxie alimentis filios vt debentes opitulari oportere: ꝛ honesti⁹ esse his qui causa sunt essendi: qꝫ sibiipsis subuenire. Honorem etiam vt diis tribuere oportet: non oēm autem parentib⁹: neqꝫ eundē pr̄i/ matriqꝫ: neqꝫ sapientis aut imperatoris sed patri paternū. et silr̄ matri maternū. ❡ Omni quoqꝫ seniori honor est tribuēdus q ad etatē accōmodat: assurgēdo/ locūve cedēdo ꝛ talibus: sodalib⁹ aūt atqꝫ fratrib⁹ prestāda est libertas/ oīmqꝫ cōitas. atqꝫ cognatis ꝛ his q sunt eiusdē trib⁹ ꝛ ciuib⁹ ac ceteris vniuersis semp est enitendū id qꝺ accōmodat tribuere ꝛ cōparare: q̄ insunt singulis ratiōe familiaritatis ꝛ virtutis aut vtilitatis eorū: igit q generis sunt eiusdē/ facile est iudiciū: differētiū aūt est difficilius. non tamen ob hoc desistendū est: sed vt fieri potest/ est itaqꝫ distinguendū.

Secundū capitulū quinqꝫ ꝯclusionib⁹ ꝛ vna obiectiōe claudit. ❡ Prima dubitatio: an oporteat oia patri tribuere/ in omnibusqꝫ obedire/ vtpote an filio egrotāti potius parendū est patri/ qꝫ medico salubria pcipienti.

Prima dubitatio

Secūda dubitatio: si cōtingeret filio ducem exercitus eligere/ an potius patrem in ducem/ qꝫ queuis aliū peritissimū militē eligere debeat.

Tertia dubitatio. An poti⁹ subministrādū sit amico/ qꝫ studioso nō amico/ vel incognito: ꝛ an potius reddēdum est bñficiū bñfactori/ an sodali quicqꝫ elargiendū: si vtrūqꝫ nō recte cōtingere possit. Hec eñ oia vere enucleare difficile est. ❡ Differunt eñ ꝛ ſm magnitudinem/ ꝛ qualitatem: silr ſm honestatem ꝛ necessitatem.

Tertia dubitatio

Prima conclusio. Nō oia eidem tribuenda sunt. Hec cōclusio satis de se patet.

Pria ꝯclo

Secunda cōclusio. Licet in pluribus magis retribuēdū sit bñfactorib⁹ ꝛ mutuū reddēdū/ qꝫ amico dandū/ nō tñ semp. Secūda pars quattuor rationibus ꝓbatur. ❡ Prima ratio. Si alicui⁹ pater fuerit a latronibus captus: identidem quispiam alius qui eū liberauit/ q̄ vtrūqꝫ liberare nō possit/ poti⁹ liberandus est pater qꝫ liberator. Simili modo poti⁹ liberandus ē pater qꝫ reddendū sit mutuū benefactori nō capto mutuū repetēti. Antecedēs ꝓbat. Nā quispiā magis astrigit patrē liberare/ qꝫ seipsum: igit magis tenetur liberare patrē/ qꝫ liberatorē/ vl̄ qꝫ mutuū reddere petēti. ❡ Tertia rō. Aliqñ nō est iustū retribuere bñfactori beneficiū: igitur nō semp magis est bñfactori

Scda ꝯclo

ctori retribuendũ/ꝙ dãdum amico. Añs probaẗ. Nã illi quẽ quis existimat malũ/in nullo casu est dãduz. ❡ Quarta rõ. Aliquando accõmodãti nõ est reaccõmodandũ: igiẗ non semper magis est mutuũ reddendũ/ꝙ amico dandũ. Antecedẽs ꝓbaẗ: qꝛ qñqꝫ accõmodãs est malus: ⁊ accõmodat studioso spe lucri/vel existimatur accõmodare. Studiosus autẽ nõ sperat se cõsecuturum lucrũ a malo: igitur siue accõmodãs ꝭm veritatẽ sit malus/siue ꝭm opinionem: nõ videtur qñqꝫ absurdũ dare amico ꝙ mutuum reddere. ❡ Ex dictis infert philosophꝰ correlariũ: ꝙ in passionibꝰ/et similiter in actionibꝰ difficile est iudicare.

Tertia conclusio **Tertia conclusio que primam dubitationẽ enodat.** Non oĩa sunt patri tribuenda. Probatur tribus rõnibus. ❡ Prima ratio. Non oĩa omnibꝰ sunt tribuẽda/quẽadmodũ deo Ioui nõ oĩa sacrificãtur. ❡ Secundo ꝓbatur. Nã alia tribuenda sunt parentibꝰ/alia amicis/alia fratribus: igiẗ nõ oĩa tribuẽda sunt patri. ❡ Tertia ratio. Nã non soli parentes/sed etiam cognati/ad nuptias inuitantur/quibus genus est cõmune/⁊ similiter ad actiones/ que circa hec fiunt. Similiter ad sponsalia cognati potissimum accedere debent propter cognationem: igitur nõ oĩa tribuenda sunt patri.

Quarta cõclusio **Quarta cõclusio. parentibꝰ maxime** debemus alimentũ ad sufficientiam et etiã honorem. Probaẗ. Na parẽtes sunt nobis cause essendi: igitur ipsis debemus honorem sicut dijs.

Quĩta ꝯclo **Quinta conclusio. nõ omnem honorem** debemus parentibus. patet: quia non eundẽ honorem debemus patri et matri/ neqꝫ sapienti et duci exercitus: igitur non omnem ⁊c. ❡ Infertur correlarium. Considerãdum est quid vnicuiqꝫ scd̃m dignitatem/virtutem ⁊ vsum conuenit/ ⁊ singulis quod ipsis cõuenit tribuere: quia vnicuiqꝫ debemus propriũ honorem/⁊ sibi cõuenientem tribuere: igitur vnicuiqꝫ proprius honor tribuẽdus est. Sed hoc fit/ ꝯsiderando quod vnicuiqꝫ conuenit scd̃m dignitatem/virtutẽ vel vsum: igitur. Antecedens probatur. Nam omni seni tribuendus est honor scd̃m etatem/assurgendo et inclinãdo/⁊ similibꝰ signis. Ad amicos vero/et ad fratres debemꝰ fidelitatẽ/et omnium bonorum communicationem. Siľr cognatis ⁊ ciuibꝰ/ ⁊ reliquis oibꝰ.

Correlariũ.

Obiectio cũ solutione **Soluitur obiectio. nam assereret aliq̃s difficile eẽ q̃d vnicuiqꝫ est ꝓpriũ ⁊ debitũ reddere.** **Ad hoc respõdet philosophus distinguendo antecedens.** Vel in his que sunt eiusdem generis: ⁊ sic inficiandum est. Vel in his que sunt diuersorum generum: ⁊ hoc modo concedendum est antecedens: ⁊ neganda cõsequentia: qꝛ propter difficultatem non est desistendũ. Sed ꝙtuz fieri potest/in ipsis est discernendum atqꝫ determinandum.

Annotationes ❡ Sequuntur annotationes textus.

Eustratius ❡ Eustratius hic vocat passiones siue affectus timorem/audaciam / timiditatem/audaciam/et sic de similibus concupiscentijs appetitus.

❡ Ca. iij. Aliã excutiẽs q̃stionẽ definit ad eos q̃ cõmoditati/iucunditatiue amplius esse nequeũt amicitiam dissolui posse/atqꝫ oĩno ad euz qui e studioso fit malus: nec tñ statim/nisi q̃s ĩcurabilis sit prauitatis. Discrepat tamẽ inter nimiũ differẽtes amicitie vsum perire/atqꝫ olim amicoꝝ: nec nimis peruersorum cõsuetudinis memoriam habendam esse

ESt etiã dubitatio: si dissoluẽde sint amicitie necne ad eos q nõ permanẽt. An ad eos q vtilitatẽ/ aut voluptatẽ amici sunt/cũ hec non habent: nõ est absurdũ dissolui? Illoꝝ eniz erãt amici: quibꝰ deficientibꝰ/rationi cõsonũ est non amare. Incusauerit autẽ quispiã: si ob vtilitatẽ/aut voluptatẽ amãs: aut mores simulat amare. ❡ Qd̃ em̃ supius diximꝰ: plurime fiũt incusatiões inter amicos: cuz nõ similiter putãt ⁊ sunt amici. ❡ Cũ igiẗ quispiã sua se opinione fefellit/putaueritqꝫ ob mores amari: nihil illo tale agente/tũ seipm̃ is accusare debet. cum v̇o a simulatiõe illiꝰ deceptus fuerit/tũ eũ qui deceperit/ iustum est accusare: ⁊ magis ꝙ eos qui numos adulterinos cõficiunt quãto maleficiuz circa ipsuz p̃stabiliꝰ est. Quod si acceptat vt bonũ: factus est aũt prauus atqꝫ videẗ est ne amãdũ? an impossibile est si quidẽ non oẽ quoduis est amabile sed bonum: neqꝫ autem dignum est prauum amicum habere/neqꝫ oportet: non em̃ amatorem prauoruz esse oportet: neqꝫ similem euadere prauo. dictum est autem simile simili esse amicum. Est ne igitur statim amicitia dissoluenda an non omnis/sed in qua est incurabilis ob prauitatẽ? ❡ Qui aũt emẽdari possunt his magis ferendum est in moribus auxiliũ ꝙ in pecunijs: quãto prestabiliores sunt et magis amicitie proprij. Nihil autem absurdi videbiẗ facere q amicitiã dissoluit. Nõ em̃ huic aut tali amicꝰ erat: cũ igitur mutuatũ ad priores mores redigere nequeant: sese ab illo seiungit. Qd̃ si alter ꝑmaneat: alter magis bonꝰ euadat/multumqꝫ virtute differat: est ne vtendum amico? An fieri nequit? In magna aũt distãtia maxie manifestũ fit: vt in amicitijs q̃ a pueritia cõtrahunẗ. Nã si alter mẽte ꝑmaneat puer: alter optimum in virũ euaserit: quonã modo fuerint amici? cũ neqꝫ eadem ipsis placeãt: neqꝫ eisdẽ gaudeãt/doleantqꝫ. ❡ Neqꝫ em̃ hecerũt in ipsis: ⁊ qꝛ sine vero his esse amici nõ possunt: simul em̃ ipsos viuere impossibile est. Atqꝫ de his antea diximꝰ. ❡ Oportet ne igiẗ ipsum non secus ad illũ sese habere/ꝙ si amicꝰ nũꝙ fuisset? an facte memoriã consuetudinis habere oportet. Atqꝫ vt amicis potiusꝙ extraneis arbitramur gratificari oportere: sic ⁊ his q fuerunt amici tribuẽdũ est aliqd ob amicitiã/q̃ antea fuit: cũ non ob exuperationem prauitatis est, dissolutio facta.

Pria 9clo

TErtiū capitulū sex cōclusionib⁹ clauditur. Pria 9clo. Amicitia ob vtile ⁊ delectabile non abs re dissolui potest: si quos amamus/ nec vtiles nec voluptifici pmaneant: probat. Nā amici tali amicitia non nos amāt/ sed potius vtilitatē ⁊ delectationem a nobis euenientia: igitur deficiente vtilitate ⁊ delectatione/ rationabile est tales amicitias dissolui.

Scda 9clo

Secunda 9clo. Amicitia ad eum qui pp̄ter vtile aut delectabile amat/ ⁊ fingit se amare sʒ virtutē/ pōt rationabiliter dissolui. Probat. Nā inter illos qui vno modo sunt amici/ ⁊ existimāt se alio mō amicos/ multe contentiones atq̄ varietates contingunt. igitur cum quis putat se amari pp̄ter virtutem ⁊ decipitur: vel decipitur propter fictionem sui amici: ⁊ tūc rationabiliter accusat/ ⁊ longe rationabilius q̄ꝫ nos accusamus eos q̄ es alienum cōflant: quia malicia illa est mala operatio ⁊ fraudulenta/ et circa rem honorabiliorem q̄ꝫ numus. Si autem decipitur sine simulatiōe amici: tūc rōnabiliter seipsuꝫ accusat: igit.

Qui es alienum conflāt accusandi sunt

Tertia conclusio

Tertia 9clo. Amicitia quā q̄s habet ad virum bonum/ si malus efficiatur/ potest sine iniuria dissolui. Probatur duabus rationibus. ¶ Prima ratio. Fieri non potest q̄ studiosus ad eum qui malus est/ habeat amicitiam: quia non quodcunq̄ est amabile: sed solum bonum: igitur. ¶ Secūda ratio. Non cōgruit vti amicitia ad talem: id est ad prauum: quia non 9gruit q̄ bon⁹ prauo similis sit: sed si essent amici: essent similes: cum (vt prius dictum est) amicitia sit quedam similitudo vel equalitas morum.

Quarta cōclusio

Quarta conclusio. non omnis amicitia ad tales est statim dissoluenda: sed solum cū amici mali sunt incurabiles. Prima pars probatur. Nam amicis qui possunt corripi ⁊ emendari/ magis ferendum est auxilium in moribus q̄ꝫ in diuitijs: quia virt⁹ est quid honestius ⁊ magis proprium amicitie/ q̄ꝫ diuitie: igitur amicitia ad malos curabiles non statim est dissoluenda. Secunda pars probatur. Nā studiosus dissoluēs amicitiaꝫ cum eo qui factus est malus/ nullam facit ei iniuriam: quia nō erat amicus malo/ sed bono: igitur si alius factus sit malus: ⁊ nō est possibile eum reducere ad bonitatem siue virtutem/ potest rationabiliter amicita dissolui.

Quita 9clo

Quinta cōclusio. amicitia qua ad studiosum virum vtimur in sua virtute permanētem/ potest sine iniuria dissolui: si virtus alterius scđm excessum augeatur. Probatur conclusio dupliciter. Primo de his amicitijs que a pueritia inchoate sunt: cum alter eorum manet puer scđm mores: et alter in optimum ⁊ studiosissimum virum euadit. Tales enim nō amplius erunt amici. Secundo probatur. Naꝫ tales non possunt simul viuere: igitur neq̄ amicitiam inire: vt ex dictis clarescit.

Sexta 9clo

Sexta conclusio. apud eos quorum amicitiā non propter superabundātem maliciam/ sed propter alias causas dissoluimus: aliter nos habere debemus/ q̄ꝫ ad illos qui nunq̄ꝫ fuerunt nobis amicitia iuncti. probatur. Nam habenda est recordatio et memoria preterite familiaritatis et 9uersationis: igitur quemadmodū oportet aliter nos habere ad amicos et exteros: sic aliter viuendum est ad eos qui aliquādo fuerunt nobis amici/ q̄ꝫ ad eos qui nulla vnq̄ꝫ amicitia nobis fuere cōiuncti: cum talis amicitia nō propter prauitatem/ sed propter excessum virtutis dissoluatur.

¶ Sequuntur annotationes textus.

Annotationes

¶ Non statim dissoluende sunt amicitie: si alter amicorum in miseriam incidat/ altero potente effecto: dicente Ouidio ad Grecinum.

Ouidius

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tulisse tuum
Turpe referre pedem/ nec passu stare tenaci:
Turpe laborantem deseruisse ratem.
Turpe sequi casum ⁊ fortune cedere amicum:
Et nisi sit felix esse negare suum.
Non ita vixerūt Scrophio atq̄ Agamēnone nati
Non hec Aegidie Pyrithoiq̄ fides.
Quos prior est mirata sequens mirabitur etas
In quorum plausu tota theatra sonant.
Fac modo permaneas lapso Grecine fidelis
Duret et in longas impetus iste moras.

¶ Amicus etiaꝫ non minus in aduersitate q̄ꝫ in prosperitate deserēdus est: vt canit Ouidius ad amicū.

Ouidi⁹ ad amicum

Donec eris felix/ multos numerabis amicos
Tempora si fuerint nubila/ solus eris.
Aspicis vt veniunt ad candida tecta columbe:
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formice tendunt ad inania nunq̄ꝫ:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Atq̄ comes ramos per solis euntibus vmbra est:
Cum latet hic pressus nubibus illa fugit.
Mobile sic sequitur fortune lumina vulgus
Que simul inducta nube teguntur abit.
Qua potes excussi necamici desere causam:
Quo pede cepisti sic bene semper eas.

¶ Nec amicus fidefragus esse debet: vt canit Ouidius lib. prio de tristib⁹/ amici infidelitatē deplorās.

Ouidius Lib. de tristibus

In caput alta suum labentur ab equore retro
Flumina: conuersis solq̄ recurret equis.
Terra feret stellas: celuꝫ scindetur aratro:
Unda dabit flammas: ⁊ dabit ignis aquas.
Omnia nature prepostera legibus ibunt:
Parsq̄ suum mundi queq̄ tenebit iter.
Omnia iam fient/ fieri que posse negabam:
Et nihil est de quo non sit habenda fides.
Hec ego vaticinor: quia sum deceptus ab illo/
Laturum misero quem mihi rebar opem
Illud amicitie sanctum et venerabile nomen/
Re tibi pro vili sub pedibusq̄ iacet.

¶ Ca. iiij. Discrepat vnde nam ea que ad amicos attinent profecta sint: ostendens ex his q̄ ad seipsum quisq̄ facit/ orta esse. Suntq̄ beneficentia: beniuolentia: cōcordia: que monstrat bonis inesse: et erga se et ceteros: prauis vero nequaq̄ꝫ: licet videantur exorta ad fugiendam prauitatem.

EA vero que ad amicos attinent et quibus amicitie definiuntur: ex his que ad seipsuꝫ quisq̄ facit/ perfecta esse videntur. Ponunt enim eum amicum esse qui vult/ et agit bona/ vel que videntur amici gratia: aut eū qui vult esse/

vult esse/viuereq; amicum gratia ipsius amici. quod quidem matribus ad suos accidit filios: et his amicis qui sunt offensi. Quidam autem eum esse dicunt qui versatur vna cum amico et eadem expetit: aut eum qui dolet vna atq; gaudet cum amico. Maxime autem et hoc matribus accidit. Horum etiam aliqui et amicitiam ipsam definiunt. Vnumquodq; autem horum viro competit erga se bono: reliquis vero ea ratione qua tales esse existimant. ¶ Videtur autem (vt dictum est) virtus et studiosus ipse vnicuiq; esse mensura. Hic enim sibiipsi consentaneus est: ac eadē affectat anima omni. Et vult igitur sibiipsi bona et que apparent: ac agit. Est enim viri boni/ bonum agere: et suiipsius gratia/mentis enim causa: que quidem vnusquisq; esse videtur: et vult etiā se viuere/saluūq; esse: atq; id maxime quo sapit: est enim bonū homini studioso esse. Vnusquisq; autem sibi vult ipsa bona: factus vero alius nullus expetit cūcta/ illud quod est factum habere. ¶ Habet enim et nunc deus summum bonum: sed est id qđ est ipse: videtur aūt id vnusquisq; esse qđ intelligit: aut maxime. Atq; talis secum degere vult. Libenter enim hoc: cum voluptateq; facit. Nam et actarum rerum recordatio periucūda est: et futurarum spes bona. Talis autem afficit voluptate. Et insup contēplationib9 mēte abundat. ¶ Preterea maxime secum vna dolet: atq; letatur. Idem est enim omnino ipsi molestum atq; iucundum: et non alias aliud. Est enim sine penitentia prorsus. Eo igitur qr vnumquodq; ipsorum ad seipsū competit studioso: ad amicum autem sic se habet vt ad seipsum (amicus est enim ali9 ipse) et amicitia videtur hoꝝ aliquid esse: et quib9 hec insunt/ videntur esse amici. Querere vero vtrum ad seipsum sit an non sit amicitia: nunc omittamus. ¶ Videbitur autē hoc amicitia esse: quo duo vel plura ex his est que sunt dicta: et ꝙ exuperatio amicitie similis est ei que est ad seipsum. At vero videnť ea q̄ dicta sunt et ipsis multꝭ inesse: q̄uis sint praui. An hoc particeps ipsoꝝ sunt: quo sibiipsis placent: et bonos se esse existimāt: Nam eorum qui vehementer sunt praui atq; nefarij: nemini hec insunt/ sed nec inesse videnť fere autem neq; prauis: dissident enim secum et alia quidem cupiunt: alia autem volunt: vt incōtinentes. Nā his q̄ bona sibi videnť/ anteponunt ea que voluptate afficiunt atq; nocent. Quidam rursus ob formidinem atq; inertiam eas agere res omittunt/ quas putant sibiipsis optimas esse. Qui vero multas res graues atq; nefandas egerunt: vitam ob prauitatem odio habent ac fugiunt: sibiq; mortem consciscunt. ¶ Querunt preterea alios ipsi flagitiosi quibuscum conuersentur: se vero ipsos fugiunt. Nam si sint secum: recordantur multarum grauiumq; rerum: et sperāt alias tales: si cum alijs autem sint: obliuiscuntur. Atq; cum nihil habeant qđ sit amabile: nulla re prorsus afficiuntur ad seipsos que ad amicitiam attinet: neq; igitur vna secum gaudent atq; dolent. est enim eorum anima in seditione. ¶ At interdum ob prauitatem dolet: abstinens a quibusdam: interdum letatur. et hec quidem pars huc: illa autem illuc trahit: vt diuellentes. Quod fieri nequeat vt doleat simul atq; letetur: at paulopost dolet ꝙ letatus fuit et nollet sibiipsi illa voluptati fuisse improbi namq; penitentia sunt referti. Improbus igitur: ne erga se quidem amice affectus esse videtur: propterea ꝙ nihil habet quod sit amabile: ꝙ si ita sese habet vehementer est miserum: totis viribus fugienda est prauitas: et enitendum est bonum esse. sic enim et ad seipsum habebit amice: et alij amicus poterit esse.

Quartum capitulū quattuor conclusionibus clauditur.

Prima cōclusio. Effect9 amicitie ad alterum/ videntur originem sumere ab effectibus amicitie qui sunt ad seipsum. Probatur inducendo per amicabilia. Nam multi dicunt illum amicū qui vult et operatur bona /vel sibi apparentia/vel amico ipsius gratia: vel qui vult cum amico viuere ipsius gratia: qđ contingit matribus erga filios quos non nutriunt: et amicis offensis qui volunt amicum offendentem esse et viuere illius gratia: non tamen bene faciunt ei propter offensionem. Alij vero dicunt amicum esse qui conuiuit/ et eadem vult/ et condolet/ atq; congaudet amico: quod etiam contingit matribus: ita ꝙ aliquo predictorū actuū amicitiam determinant. Sed hec dicunt/ quia vnusquisq; videtur ad seipsum talia pati: igitur effectus amicitie vel amicabilia ad alium videntur ortū habere ab effectibus amicitie qui ad seipsum sunt. Prima conclusio

Secunda conclusio. Omnia predicta debent viro bono inesse: reliquis vero ea ratione qua se tales existimant: id est iudicant se bonos. Secunda pars probatur. Nam (vt supra dictum est) virtus et studiosus est vnicuiq; mensura. Prima pars probatur duabus rationibus. Prima est. Nam studiosus consentit sibiipsi: et vult eadem secundum omnes vires animi. Vult etiam bona et apparentia/ et sibiipsi: et hec omnia suiipsius gratia: quia Secūda cōclusio.

gratia partis intellectiue. Uult enim studiosus seipsum viuere/ et saluari: et maxime id per quod sapit et intelligit. Primum tripliciter probatur. Primo. Nam esse bonum/ delectabile est studioso. Secundo. Unusquisqꝫ vult bona sibi inesse: factus vero alius ꝙ homo: id est deus scḋm figmenta poetarum: vel studiosus nullus eliget omnia habere/ id quod factum est hoc est habere suā pfectionē/ et seipsum ea carere: igitur studiosus vult semp esse qḋ ipm studiosum pmanere. Tertio. Nā de9 qui inter bonos maxime bonus est/ hꝫ nūc suū esse: et est ipse deus: habet etiā suā virtutem que est deus: et illud bonū quod nūc est deus/ semp est deus: igit studiosus semp vult esse quod est ipsum esse studiosum. Scḋm probatur: scꝫ ꝙ studiosus vult maxime saluari illud p qḋ potissimū intelligit Nam maxime vult illud quo intelligit: igit maxime vult illud saluari. Scḋa ratio. Studiosus sibiipsi vult cōuiuere: cū secū viuat delectabiliter: quia pteritorū recordatio est ei iucūda: et futurorꝫ spes bona. Spes autē et memoria sunt ei delectabiles. Abundat etiaꝫ optimis ꝯtemplationib9: cōdolet etiā et cōdelectatur sibiipsi: ex quo idem est ei semp triste et delectabile: et non aliud al's. Nam nulla penitudine ducitur: igitur oīa predicta opa amicitie insunt studioso viro ad seipsum. Amicus se habet ad amicū tanꝙ ad seipsum. Probatur tripliciter. Primo. Nam amicus est alter ipse: vt solebat dicere Garlandiensis.

Garlādia — Alter ego nisi sis/ nec eris mihi verus amicus.
Ni mihi sis vt ego/ non eris alter ego. ¶ Secūdo pbatur. Nā amicitia videtur esse aliquod predictorū amicabiliū que insunt amico ad seipsum. Tertio. Nā amici dicuntur quibus predicti effectus amicitie adsunt/ qui amico ad seipsuꝫ insunt: igitur amicus se ha-

Correlariū — bet ad amicū vt ad seipsum. ¶ Ex predictis infertur correlarium. Licet sit dubiū an ad seipsum sit amicitia/ an non: quod in presentiarum relinquitur: capiendo tamen amicitiam cui duo plura ex dictis amicabilibus conueniunt ad seipsum/ est amicitia. Probatur. Nam superabundantia amicitie similis est amicitie/ que est ad seipsum. Uolentes enim ostendere vehementer quempiam amare: solemus dicere/ amo eum tanꝙ meipsum.

Tertia cō clusio. — **Tertia conclusio. Praui et nepharij** non videtur pdicta habere ad seipsos. Probatur. Nā scḋm quod aliqui placent sibiipsis/ et existimant se bonos/ secundum hoc participant cum supradictis. Sed qui omnino sunt praui: non placent sibiipsis: nec placere videntur: nec sunt boni sibiipsis: nec boni esse videntur.

Quarta cō clusio. — **Quarta cōclusio. Praui homines fe**re non habent predicta in ordine ad seipsos. Probatur. Nam praui dissident/ a seipsis dissonant et contendunt. Nam alia concupiscunt/ et alia volunt: vt ptꝫ de conuiuentibus qui eligunt et proponunt delectabilia nociua que bona sunt his que videntur sibi bona. Probat etiam hoc idem philosophus de timidis/ qui propter timorem et inertiam recedunt: et non operantur ea que sibiipsis optima videntur. Mali enim neqꝫ beniuolentiam/ neqꝫ beneficentiam habent ad se. Nam illa quib9 multa scelera commissa sunt/ odio habentur propter maliciam suam. Ideo fugiunt vitam/ et mortem sibi consciscunt. Malus enim non pōt secum viuere: quia cum soli sunt / multorum nephariorum recordantur que commiserunt: et eadem facere querunt quorum obliuiscuntur/ si cum alijs diuersantur. Ideo querunt cum quibus commorentur/ nihil in se amabile habentes/ nihilqꝫ amicabile a seipsis recipiunt. Nam neqꝫ gaudent/ neqꝫ condolent sibiipsis. Est enim eorum anima in contētione. Et hic appetitus propter maliciam dolet/ recedens a malo. Hic vero delectatur/ et huc: ille vero illuc trahit vt discrepantes. Et si non possit malus simul tristari et delectari: tamen parum post tristatur ꝙ delectatus est/ et nollet sibiipsi precedentia voluptati fuisse. Nam praui pleni sunt penitentie: et sic non videtur prauus ad seipsum amicitiam habere. ¶ Infertur maliciā summopere esse fugiendam/ et ad bonitatem declinandum esse. Prima pars probatur. Nam si quispiam se habeat ad seipsum: vt dictum est de malis/ miserum est et calamitosum: igitur malicia per quam sic habemus ad nosipsos/ est maxime fugienda. Secunda pars probatur: quia per bonitatem et virtutem quis amice se habebit ad seipsum: et alteri efficietur amicus.

¶ Annotationes textus.

¶ Ueram amicitiam que inter solos bonos comperitur/ commendat Ouidius. — Annotatio.

Ire iubet Pylades charum periturus Orestem. — Ouidi9 li. iij. de pōto.
Hic negat/ inqꝫ vicem pugnat vterqꝫ mori.
Extitit hoc vnum quod non conuenerat illis
Cetera pars concors et sine lite fuit.
Fabula narrata est postꝙ vulgaris ab illo
Laudarunt omnes facta/ piamqꝫ fidem
Scilicet hic etiam qua nulla ferocior ora est
Nomen amicitie barbara corda mouet.

¶ Amicus amico condelectatur / simulqꝫ tristatur sine dissimulatione.

Leta fere letus cecini/ cano tristia tristis:
Conueniens operi tempus vtrūqꝫ suo est.

¶ Capitulum quintum. Definit beniuolentiam nec amicitiam nec amationem esse: sed principium amicitie: atqꝫ diuturnam factam et ad consuetudinem accedentem amicitiam per translationem dici posse non eam que ob vtile vel iucundum: sed ob virtutem aliquam initur.

Beniuolentia aūt amicitie quidem est similis: non tamen est amicitia. Fit enim beniuolentia et ad ignotos et latens: amicitia vero non sic. Hec autem antea diximus. ¶ At nec etiā est amatio. Nō enim habet extensionem nec appetitionem: amationē autem hec sequūtur. Et amatio quidem est cum consuetudine: beniuolentia autem fit et repente. vt fit et erga certātes. Spectantes enim beniuoli fiunt ipsis: et volūt bona. nihil autēꝫ agerēt simul. ¶ Qḋ eñ diximus repente

mus repente fiunt beniuoli: ⁊ leuiter diligunt. ¶ Uidetur igitur beniuolentiam principium amicitie esse: sicut et adamãdi voluptas ea que per aspectuʒ efficitur. Nemo namq; adamat/ si nõ antea delectat⁹ fuerit forma. qui vero gaudet forma non cõtinuo ⁊ adamat/ sed cum absentem desiderat presentiamq; affectat. Sic igitur et amicos est impossibile esse nisi beniuoli fuerint. beniuoli vero nõ continuo et amãt: volunt enim dũtaxat his bona quibus beniuoli sunt: sed nihil agerent simul: neq; pro illis molestiam susciperent vllã. ¶ Quapropter quispiam per translationem principium ipsam amicitiam dixerit esse/ diuturnam autem factam ⁊ ad consuetudinem accedentem: amicitiam fieri. non eam quidem que ob vtilitateʒ: neq; eam que ob voluptatem est: neq; enim pro hisce beniuolentia fit. Qui namq; beneficium accepit: retribuit pro his que accepit beniuolentiam faciens iusta: qui vero vult aliquam prosperitatem habere spe cõmodi alicuius consequendi per illum: non illi sed sibi potius beniuolus esse videtur. quemadmodũ nec amicus si illi propter aliquem vsum obsequiũ prestat. ¶ Omnino autem beniuolentia ob virtutem ac bonitatem aliquam fit. cum cuipiam quispiam pulcher aut fortis aut aliqd tale videtur: vt ⁊ in certantibus diximus.

Prima conclusio

Quintũ capitulũ quinq; cõclusionib⁹ clauditur. ¶ Prima cõclusio. Licet beniuolẽtia sit amicitie psimilis: non est tamẽ amicitia. Probatur. Nã beniuolẽtia põt esse ad ignotos: amicitia ꝟo nec est ad ignotos/ nec est latẽs: vt dictum est in octauo: igitur beniuolentia non est amicitia.

Secũda cõclusio.

Secunda conclusio. Beniuolẽtia nõ est amatio siue actus amãdi. Probat: quia beniuolẽtia nõ hʒ fortẽ passionẽ vel dissensionẽ: sed hec sequũtur amationeʒ: igitur. Scdo pbat. Nã amatio fit cũ quadã cõsuetudine: beniuolẽtia vero fit sine cõsuetudine: quia repẽte fit: vt ptʒ de certantibus/ quibus frequẽter efficimur beniuoli/ et nobis placent: licet nullũ p illis suscipiam⁹ laborẽ: ⁊ hoc est nobis argumẽto/ beniuolos leuiter et remisse diligere.

Tertia cõclusio

Tertia ɔclusio. Beniuolẽtia est principiũ amicitie. Probatur. Nã sicut se habet delectatio que fit per visum ad amorem: sic se habet beniuolẽtia ad amicitiam. Sed delectatio que fit per visum est principium amoris: igitur et beniuolẽtia amicitie. Maior patet. Nam nemo amat nisi qui prius delectatus fuerit forma/ nõ qꝛ ab eo in quem delectatur/ ametur. Et cum amat absentem/ desiderat ⁊ concupiscit: sic nullus est amicus nisi prius factus fuerit beniuolus. Illi autem qui beniuoli sunt/ non de necessitate amãt: igitur tm̃ volũt bona his quibus sunt beniuoli: non tamen cooperantur ad prosecutionem eorum: nec turbantur si non assint ea que volunt his quibus sunt beniuoli. Per similitudinẽ tamen et translationem ipsa beniuolẽtia potest dici amicitia: est enim ociosa amicitia.

Quarta cõclusio.

Quarta cõclusio. Beniuolẽtia nõ est principium amicitie ꝑpter vtile/ nec ꝑpter delectabile. Probatur prima pars. Nam licet is in quem confertur beneficiũ retribuat beniuolẽtiã in beneficiis q̃ accepit iuste operãdo: nullus tamen volens prosperitatẽ alterius ꝑpter spem alicuius cõmodi/ est ei beniuolus. Sed potius sibiipsi. Antecedens patet. Nã sicut obseruans alterum: et de eo habens curam propter vtilitatem/ non est ei amicus: sic nec beniuolus alteri ꝑpter spem ꝓprij cõmodi est ei beniuolus.

Quinta cõclusio.

Quinta conclusio. Beniuolentia est principium amicitie propter virtuteʒ: patet: quia omnis beniuolentia ad alterum propter virtutem fit/ cum quis apparet bonus vel fortis: vt dictum est de pugilibus: igitur beniuolentia est principiũ amicitie propter virtutem.

¶ Anotationes textus.

Annotatio.

¶ Beniuolentia est volũtas bene operandi: quẽadmodũ maliuolẽtia est volũtas male opandi. Differt aũt a beneficẽtia/ sicut actus interior ab exteriori.

¶ Ca. vj. Disputat concordiam non esse opinationem eandem: sed ciuilem quandam videri amicitiam circa commoda ad vitam pertinẽtia que magna sunt concordibusq; adesse possint. Talem in bonis existere non prauis/ nisi paruo forte tempore.

ATqui, cõcordia etiam ad amicitiam attinere videtur. Quapropter non est eadem opinatio. hec enim et his q sibi mutuo sunt ignoti/ inesse põt. Nec eos qui de re quauis sunt eiusdem sententie concordes dicunt / velut eos qui de celestibus eadem sentiunt. non enim ad amicitiam ptinet de his esse concordes. Sed ciuitates concordes inquiunt esse: cum de his que conferũt eadẽ sentiunt/ eliguntq;: atq; agũt ea que publice visa sunt. ¶ Circa igit ea q̃ i actionẽ veniũt/ cõcordes sunt homines: et horũ circa ea que in magnitudine sunt: possuntq; vtrisq; vel oĩbus inesse. Ut ciuitates concordes sunt cũ omnib⁹ videtur magistratus esse diligẽdos: aut societatem cum Lacedemoniis ineũdam esse/ aut magistratũ gerere Pittacũ: cũ vellet ⁊ ipse. At cũ vterq; seipm vult (vt hi volũt q in Phenissis sunt) seditionẽ habẽt. ¶ Cõcordes eñ esse nõ est idem vtrũq; intelligere qcquid tãdem id sit: sed in id idẽ: vt cuʒ ⁊ ppl's ⁊ boni rempublicam optimates gerere volunt. sic enim fit omnibus quod exoptant. ¶ Ciuilis autem amicitia videtur ipsa concordia esse: sicut et dicitur. Nam circa commoda/ et ea que pertinent ad vitam versatur. Est autem talis concordia in bonis.

Nam ꝛ secum quisq; bonorum est concors et oēs inter sese sunt concordes: quippe cum in eisdem omnino sint. Talium enim voluntates manent et non refluunt vt Euripus: voluntq; semper ea que iusta sunt et que prosunt: hec autem et communiter affectant. Prauos vero concordes esse impossibile est nisi paruo in tempore quēadmodum et amicos esse. In rebus quidē vtilibus plus: in subeūdis vero laborib⁹/ subministrationibusve minus habere percupientes. vnusquisq; autem hec sibi volens proximū perscrutatur: et prohibet. perit enim res ipsa communis: cum ab ipsis non conseruetur. Fit igitur vt in seditione versantur: sese quidem vicissim vrgētes seipsos vero nolētes facere iusta.

Prima conclusio. Sextum capitulū octo cōclusionib⁹ claudit. ¶ Prima cōclusio. Concordia nō est eadē ac opinatio. Probat. Nam opinatio est ad ignotos: cōcordia vero nō ē ad ignotos: igit. Minor pbat. Nam concordia pertinet ad amicitiam que non est ad ignotos.

Secūda cōclusio. Scda conclusio. Nō omnis cōsensus est concordia: patet. Nam cōsensus de rebus celestibus vel alijs non operabilibus a nobis/ nō est concordia. Talis eni consensus ad amicitiā nō ptinet.

Tertia cōclusio. Tertia ꝯclusio. Cōcordia est consensus circa operabilia a nobis. Probatur ex communi modo loquendi. Nam solem⁹ dicere ciuitates cōcordes: quando consentiunt circa aliquid a nobis operabile/ vel circa ea que conferunt: et qñ operantur ea que publice opinata sunt et decreta.

Quarta cōclusio. Quarta conclusio. Cōcordia est consensus circa operabilia magna/ que vtriq; concordantiū vel oībus inesse videt. Hāc ꝯclusionē pbat pbus ex cōmuni vsu loquētiū. Nam dicim⁹ ciuitatē concordē: cū omnes iudicant ꝛ decernunt magistratus esse eligendos/ vel societatē esse ineūdam cū Lacedemonijs/ vel Pythacum principari cū voluerit.

Quīta ꝯclo. Quinta ꝯclo. Concordia est ꝯsensus circa idē et in eodē. Probat dupl'r. Primo: si vterq; velit seipsum dominari/ aut pncipari: vt qui in Phenissis sunt: nō erit concordia/ sed potius contētio vel dissidium. Secūdo pbatur: q: qñ homines sic consentiunt/ fit omnibus quod appetunt: igitur tunc efficiuntur concordes.

Sexta conclusio. Sexta ꝯclusio. Politica amicitia est cōcordia. Probat dupl'r. Primo per cōmune dictum. Solet eni sic vulgo dici. Secūdo probatur. Nam talis amicitia est cōsensus circa ea que ad vitā ptinēt.

Septima cōclusio. Septima conclusio. Cōcordia reperit in viris bonis. Probatur. Nā viri boni inter se sunt cōcordes: et in eisdem. Ans pbatur: quia bonorū virorum volūtates sunt stabiles: et nō fluunt: sicut Euripus fluuius qui septies in die fluit et refluit. Volunt etiam vtilia et iusta: et eadem appetunt.

Octaua cōclusio. Octaua ꝯclusio. Inter prauos nō pōt esse cōcordia/ nisi minutim. Probatur dupliciter. Primo: quia graues non sunt amici nisi paruz: igitur neq; cōcordes. Secūdo: quia nullus volens haberi plus vtilitatis et minus laboris et oneris/ concordat cū alijs: eo q̄ phibet alios a cōcessione vtilitatis: sed praui superabundātiam appetunt et deficiunt in laborib⁹/ ministrationibus/ et similibus/ et alijs oneribus/ et neglectui dant bonum cōmune: et contingit vt per eorū discordiā se mutuo cogāt bona nō facere/ nō volētes.

Annotationes textus.

¶ Euripus Calcidis fluui⁹/ septies interdiu/ totiēsq; noctu refluens est. Annotatio. ¶ Est eni concordia mutuus hoīm consensus ad bona opera exercenda: hac etiam respublice maxime gerūtur: quēadmodū discordia maxime dissoluūtur/ dicēte Vergilio Bucolicorū pmo. Vergilius

En quo discordia ciues pduxit miseros.

Et Syllius italicus/ discordiam dementem vocat. Syllius Italicus.

Discordia demens.
Intrauit celos/ superosq; ad bella coegit:
Stabat cum primis medie certamina pugne:
Aspera semper amans: et par cuicūq; periclo
Sceuola: nec tanta vitam iam strage volebat
Sed dignum proauo lethū/ et sub noīe mortem:
Is postq; frangi res/ atq; augescere vidit
Exitiū/ breuis hoc vite quodcūq; relictum
Extēdamus ait. Nam virtus futile nomen/
Ni decoris adsint patiendo tēpora leti:
Dixit et in medios qua dextra cōcita peni
Limitem agit vasto connixus turbine fertur:
Velle ac nolle ambobus idem/ sociataq; toto.
Mens euo ac paruis diues concordia rebus.

¶ Ca. vij. De beneficētia agit disceptans cur magis benefici eos ament quibus contulerunt/ q̄ hi qui acceperunt ipsos donatores: inducitq; id fieri q: sicut artifices magis proprium amāt opus/ gaudētq; honeste fecisse quod honestuz in beneficio est diuturnū: quod amare: quod eos sequitur qui circa actū excellūt/ simile est actioni quod beneficium conferre difficile est: quodq; benefici magis sciunt qua scilicet ratione donent.

Videntur autem hi qui beneficia cōtulerunt magis eos amare in quos beneficia sunt collata: q̄ hi q acceperunt eos q cōtulerūt. Atq; vt preter rationem eueniens queritur. Plurimis igitur videtur id ex eo fieri q: hic qdē debēt illis vero debetur. ¶ Vt igitur in mutuis debitores qdē volūt suos creditores non esse: hi vero de salute quoq; debitorū diligētiā adhibēt. sic ꝛ eos inquiūt qui beneficia contulerūt/ velle eos esse erga quos fuere benefici: vt gratias accepturos. Illis vero non esse curam reddēdi. Epicharmus igitur fortasse dixerit hec ipsos dicere aspiciētes ad maluz. Videtur autē hoc esse humanū: pleriq; eni immemores sunt: ꝛ suscipere poti⁹ q̄ conferre beneficia appetunt. ¶ Videbit aūt causa naturalior esse: ꝛ nō similis ei q̄ de creditoribus dicit.

Non est

Non est enim erga debitores amatio. Sed voluntas salutis recipiendi causa. Sed qui beneficia contulerunt: diligunt atqꝫ amãt eos qui beneficia acceperunt: ⁊ si nulla in re sunt vtiles: neqꝫ in posterum futuri. Quod quidem et artificibus accidit. Magis enim vnusquisqꝫ proprium amat opus/ ꝙ ipse ab opere amaretur: si anime particeps esset. Maxime vero forsitan hoc circa poetas accidit. Hi namqꝫ sua diligũt poemata supra modum: et perinde atqꝫ filios amant. ¶ Tali igitur simile est: et id qđ faciũt ij qui beneficia contulerunt. Quod enim suscepit beneficium: ipsorum est opus. Hoc igitur ⁊ amant magis ꝙ opus eum qui fecit. Huius autem causa est: quod vniuersis est expetibile atqꝫ amabile esse: sumus autem actu. Nam viuendo sumus atqꝫ agẽdo. ¶ Qui igiť fecit: ẽ actu suum quodãmodo opus. Diligit itaqꝫ ipsum opus: quia amat et esse. Hoc autem est naturale. ¶ Quod enĩ est potẽtia: id opus ipsuz actu declarat. Et insuper ei quidem qui contulit beneficium/ honestũ est id quod egit. Quare gaudet eo in quo est hoc. At ei qui accepit: nihil est honesti in eo qui contulit nisi conferens: quod quidẽ minus est iucũdum at amabile. ¶ Est autem presentis quidem operatio: futuri autem spes/ facti vero memoria iucunda. Sed iucundissimum est quod est actu: et amabile simili modo. ei igitur qui contulit beneficium permanet ipsuz opus. Diuturnum est enim ipsum honestum. Sed ei qui cepit: transacta est ipsa [vt]ilitas. Memoriaqꝫ honestarum quidem rerum est periucunda. Utilium autem non nimium: aut minus. Expectatio vero contra sese habere videtur. Et amare quidem simile est actioni: amari autez passioni. eos igitur qui circa actum excellunt/ sequitur amare: ⁊ ea que ad amicitiã attinent. ¶ Preterea que facta sunt cum labore: ea magis diligunt omnes: vt ⁊ pecunias magis diligunt qui acquisiuerunt: ꝙ q ab alijs acceperunt. At beneficium quidem accipere sine labore esse videtur. Beneficium autẽ cõferre difficile. ¶ Propter hec ⁊ matres filios magis amant. generatio namqꝫ laboriosa est magis: et magis sciunt esse suos. Uidebitur autem et his accommodatum esse qui beneficia contulerunt.

Prima conclusio.

Septimũ capitulũ vna cõclusione absoluitur. ¶ Prima cõclusio. Conferentes beneficia in alios/ magis amant eos in quos beneficia conferunt/ ꝙ cõtra. Et dicit philosophus illud esse absurdum/ et preter rationem: ideo queritur huius ratio. Et primo adducitur ratio antiquorum. Nam in mutuis debitores vellent suos creditores non esse. Creditores vero curant de salute suorum debitorum: sic dicunt eos qui beneficia contulerũt/ eos in quos contulerũt velle esse/ vt ab ipsis gratiarum actiones accipiant. Benefici vero non multum curant de gratijs reddẽdis. Sed hanc rationem afferentes/ scđm Epicarmũ ad maliciam hominum respiciunt: et hec malicia oritur/ quia multi sunt immemores beneficiorum: et magis appetunt beneficijs expleri ꝙ benefacere. Scđo. Hec ratio est magis naturalis: de accõmodantibus ꝙ de benefactoribus. Neqꝫ vna ratio est alteri similis: quia accõmodantes non diligunt eos quibus accommodant: et si optent eos saluos esse/ hoc est gratia lucri et vtilitatis quam ab eis sperant. Benefactores vero amant eos quibus benefaciunt: licet non sperent se cõsequuturos vtilitatem. Sed philosophus hanc conclusionem scđm veritatem octo rationibus probat. ¶ Prima ratio. Unusquisqꝫ magis amat proprium opus/ ꝙ ameť ab opere suo: supposito etiam ꝙ opus sit animatum. Sed is in quem confertur beneficiũ/ est tanꝙ opus respectu benefactoris: igitur. Maior probatur tribus rationibus. ¶ Primo: quia sic contingit in artificibus. ¶ Secundo: de poetis qui maxime diligunt sua poemata. ¶ Tertio: quia esse est omnibus amabile et eligibile. Sed esse/ est quodammodo opus artificis: igitur. Minor patet. Nam aliquid faciens/ est in actu: quia quis viuendo et operando opus suum/ quodammodo nunciat esse id in actu quod ipsum est in potentia. ¶ Secunda ratio. Benefactores gaudent et delectantur in eo in quem beneficium contulerunt: quia quod est in actu: id est beneficium contulisse/ est honestum benefactori. Beneficiatus vero nullum bonum habet in benefactore: licet habeat bonum vtile quod est minus honesto. ¶ Tertia ratio. Actus et operationes rei presentis/ sunt delectabiles. Similiter spes futuri actus et memoria preteriti. Sed inter omnia/ ipsum opus qđ est presens in actu/ est delectabilissimum/ et maxime amabile. Sed vt dictũ est/ bñficiatus est opus benefactoris: igitur. ¶ Quarta rõ. Opus benefactoris/ longius manet ꝙ illud in quo delectatur is in quẽ cõfertur beneficiũ. Añs ꝓbatur: quia bonũ honestum quod est opus bñfactoris/ est diuturnum. Utilitas autem in qua delectatur beneficiatus/ est bonum transitorium et fluens: igitur. ¶ Quinta ratio. Bonorum honestorũ memoria est delectabilis: vtiliũ vero/ aut non est delectabilis/ aut minus delectabilis. Contra vero est in expectatione. Nam expectatio bonorũ vtiliũ/ est delectabilior expectatiõe honestorũ. Sed benefactor recordatur honestatis: beneficiatus autem in benefactore recordatur vtilitatis: igitur. ¶ Sexta ratio. Amatio est similis factioni: amari autem passioni: igitur benefactores qui excedunt in amando/ magis amant ⁊c. ¶ Septima ratio. qui benefecerũt alijs/ magis diligunt id quod est benefacere/ vel benefecisse/ ꝙ beneficiati diligant id quod beneficiari: igiť. Antecedẽs ꝓbat philolosophus. Nam que cum labore fiunt/ magis diligimus/ vt videmus in acquisitione pecuniarum/ et in matribus in ordine ad filios/ quos cum dolore pepererunt/ et quos sciunt magis esse suos. Sed benefacere est laboriosum: bene pati autẽ nõ: igiť. ¶ Octaua rõ. Bñfactores magis sciũt

eos in quos beneficia contulerunt esse suos/ꝙ beneficiati sciāt bñfactores eē suos bñfactores. Cōsequētia tenet ꝑ id qđ dictū est de matribꝰ/ꝙ magis diligūt filios/ꝙ ꝯtra:qꝛ magis sciunt eos esse suos:igiꝶ.

¶ Annotationes textus.

Annotatio. ¶ Non parū prodest beneficium in probū virum conferre/dicente Plauto.

Plautus. Nūc hoc aīaduertite/vt ea que cēseo pariter sciatis.
Quod bonis benefit beneficium gratia ea grauida est bonis. Et alibi.
Si quid bonis boni fit/ esse idem/et graue/ et gratum solet. Et alibi.
Bonis quod bene fit non perit.

Tractatus secundus

¶ Capitulū primū. Perscrutatur vtrum oporteat maxime amare seipsum:an potius alium/ disputans primū in vtramqꝫ partem describendum esse sui amatorem docet. deinde fit hominem sui amatorem ꝟm corpus iuste vituperari ac ꝟm animū se maxime amare licere. Atqꝫ hic magis sui amator est dicēdus/quū quodam modo quisqꝫ sua sit mens/cui quod optimū est expetenti:probus omnino obtēperare debet:mōstratqꝫ interim quatenus illi gratia amicorum/ patrieqꝫ complura sint agenda.

Dubitatur autē ⁊ vtrum oporteat seipsum amare maxime an aliquē alium. Increpant enim eos qui seipsos maxime amāt:⁊ vt turpe sui amatores appellāt. Atqꝫ prauus quidem sui gratia agere cūcta videtur/et tanto magis:quanto prauior est.incusant igitur ipsum:qꝛ nihil nisi sibi agit. Probus autem ob honestatem/et tanto magis ob honestatem/ gratiaqꝫ amici/ quanto prestabilior est:sua vero negligit. ¶ Ab his autē verbis non sine ratione ipsa opera discrepāt. Nam eum inquiunt oportere summe amare: qui maxime est amicus.is autem maxime est amicus/ qui vult cui vult bona illius gratia: si nullus etiam scierit. at hec ipsi ad seipsum maxime cōpetūt. ¶ Et cetera oīa qbus definiꝶ amicus.dictū est em̄ ab ipso ea oīa q̄ ad amicitiā attinent: et ad ceteros peruenire. Eodem accedunt ⁊ ꝓuerbia vniuersa.vt aīa vna.⁊ amicorū oīa sunt cōia.⁊ amicitia est equalitas. ⁊ tibie genu propinquius.hec enim vniuersa ipsi ad seipm maxime cōpetūt. Maxime nāqꝫ amicus est sibi.,et se igiꝶ ipm maxīe amare opꝫ. Dubitaꝶ aūt merito/vtris oporteat assentiri: cū vtrisqꝫ videaꝶ esse credēdū. ¶ Fortasse igitur tales sermones distinguendi/determinādiqꝫ sunt: quousqꝫ/ et quonāmodo sint veri. Si itaqꝫ sumpserimus quonā vtriqꝫ mō sui amatorē dicūt:fuerit forsitā manifestū. ¶ Qui igiꝶ hoc reꝑhēdēdū esse existimāt:eos amatores sui appellant/ qui sibi plus tribuunt in pecunijs/⁊ honoribus/⁊ voluptatibus corporis.hec enim ipā multitudo affectat.⁊ ipsis vt optimis oī studio incūbit. quapropter ⁊ ī certamē veniūt. Qui igiꝶ ī hisce plꝰ hīe pergūt:ij cupiditatibꝰ/⁊ oīno affectibꝰ/eiqꝫ parti aīe q̄ rationis est expers gratificanꝶ.tales autē sunt ipsi multi.iccirco ⁊ appellatio orta est ex multitudine:q̄ quidē est praua.ergo iuste vituperāt ij:q ita se amant. ¶ Nō est autē obscurū:vulgus eos qui sibiipsis talia tribuunt/ sui amatores dicere cōsueuisse. Nā si quis semper studeat agere iusta maxime oīm aut tēperata/ aut queuis ceterorꝫ q̄ a virtutibus ꝓficiscuntur/ honestatēqꝫ oīno sibiipsi semper vendicet/atqꝫ vsurpet. hunc nemo dicet amatorē sui/neqꝫ vituperabit. ¶ Magis autē videbitur talis homo sui amator. Nam ea sibi tribuit q̄ pulcherrima/maximeqꝫ bona.⁊ gratificatur ei qđ suiipiꝰ potissimū/in oībusqꝫ illi obtēperat. ¶ Ut autē et ciuitas id esse maxime videtur/ qđ est potissimū ⁊ alius oīs conuēctus:sic ⁊ hō.amator igiꝶ is est maxime sui:q illud amat/illiqꝫ gratificaꝶ. ¶ Et cōtinens igiꝶ diciꝶ ⁊ incōtinens qꝛ mens vincit aut nō vincit: ꝓpterea ꝙ ipā est hominū q̄sqꝫ.⁊ egisse ipsi et sua sponte ea videnꝶ que cū ratione maxime egerūt.nō igiꝶ est obscurū/hoc esse maxime vnūquēqꝫ:⁊ hoc maxime virū bonū amare. ¶ Quapropter maxime sui est amator/diuersa specie ab eo q reprehendiꝶ:tantūqꝫ differt/quātū vita cum rōne differt a vita cū ꝑturbatione/ et appetitio aut honesti/aut eiꝰ qđ cōferre videtur. ¶ Qui si oēs ad cōsequendā honestatē ⁊ ad res agēdas pulcherrimas decertarēt/atqꝫ contenderēt:et oībus publice ea que oportet/⁊ vnicuiqꝫ priuatim maxima bonorū inessent.siquidē virtus est tale. Quare bonum quidem hoīem amatorē esse sui oportet.nā ⁊ sibi ipse et ceteris ꝓderit/agendo honesta. Prauum autē nō oportet.⁊ sibi nāqꝫ nocebit ⁊ propinquis:affectus prauos sequendo.ea igitur q̄ vir improbus agit ab ijs discrepant/que agere oportet. At probus que oportet:ea ⁊ agit. mēs enim omnis id expetit: quod est optimum sibi et probus obtemperat mēti. ¶ Atqui verum est illud quod de studioso diciꝶ:cōplura inquā ipsum agere/et amicorum/et patrie gratia/ et si opus fuerit mortem obire.et pecunias enim/et honores obijciet:⁊ ea bona omnino de quibus homines decertant/sibi vendicans honestatē. Expetet enim potius voluptatē breui tempore vehementē:

re vehementem: q̄ longo leuē. et vitam honestam vno anno/ q̄ q̄uis multis. et vnū actū honestum/magnūq̈: q̄ multos et paruos. Atq̈ iis qui pro amicis/qui pro patria mortem obeunt: hoc forsitan accidit. Magnam igitur sibiipsis eligunt honestatem/abiicientq̈ pecunias vt amici capiant plures. hinc enim amicus facultates: ipse consequitur honestatem/atq̈ sibi maius tribuit bonum. Eundem et circa honores modum/magistratusq̈ seruabit. nam hec omnia/amico suo concedet. est enim hoc honestum ipsi / ac laudabile. Merito igitur studiosus esse videtur: anteponens omnibus honestatem. Fit etiam vt et res agendas concedat amico: sitq̈ honesti⁹ seipsum fuisse causam vt agat illas amicus/ q̄ si ipsemet agat. In vniuersis igitur laudabilibus: ipse studiosus plus honestatis tribuere sibiipsi videtur. sic igitur suiipsius (vti diximus) amatorem esse oportet: vt ipsi autem multi sunt/non oportet.

Istud capitulū quinq̈ cōclusionib⁹ ⁊ vna dubitatione absoluit. ¶ Mouetur dubitatio/ an oporteat maxime seipsuz amare/vel quēpiā aliū. Et argumētatur primo ꝙ nō oporteat maxime seipsum amare/duab⁹ rōnib⁹. ¶ Prima rō est: q2 hoīes cōmuniter increpāt eos q̄ seipsos maxime diligūt: ⁊ vocāt eos amatores sui/tanq̈ turpi iniuria eos afficientes: igit̄ non opz maxime amare seip̄m. ¶ Scda rō. Hō prauus oīa agit ꝓpter seip̄m: et quāto est deterior/tanto magis sui grā oīa agit: quare accusatur et vituperatur ab hoībus/quasi nihil a se agens: id est nihil gratia alterius a se faciens. Bon⁹ vero ⁊ ꝟtuosus nō solū ꝓpter seip̄m: sed etiā ꝓpter honestatē operatur: ⁊ quāto virtuosior/tāto magis ꝓpter bonū honestū agit/ita ꝙ amici grā/sua negligit: igitur nō opz seipsum maxime amare.

Argumentatur philosophus ad partē affirmatiuā/dicēs: ꝙ p̄dictis rōnib⁹ dissonāt opera ꝓpter q̄ apparet ꝙ hō maxime amet seip̄m: ⁊ hoc nō irrationabiliter: qđ ostēdit tripliciter. ¶ Primo: q2 cōiter hoīes dicūt/ opz hoiem maxime amare illū q̄ est maxime ei⁹ amicus. Ille aūt est maxie alicui amicus/q̄ maxime vult ei illi⁹ bonū gratia: etiā si nullus alius sciret. sed ista maxime cōueniūt hoi ad seipsum: igit̄. ¶ Scdo ꝓbat: oīa q̄bus determinat̄ et dissoluit̄ amicus/maxime cōueniūt hoi ad seip̄m: q2 amicabilia ad alterū proueniūt ex amicabilib⁹ ad seip̄m: vt

Prouerbia amicitie peculiaria. prius dictū est: igit̄. ¶ Tertio ꝓbat: q2 oīa ꝓuerbia q̄ vulgariter dicūtur de amicitia/in hoc cōsentiūt: ꝙ hō maxime diligit seipsum: puta/hec vna est aīa amicorū. Que sunt amicorū: sunt cōia. Amicitia est quedā equalitas. Amicus se hz ad amicū sicut genu ad tibiam. Hec aūt oīa maxime ad seip̄m existūt: igit̄ opz maxime seipsum amare.

Prima conclusio Prima conclusio est. Predicta q̄stio est distinguenda. Probat: q2 vtraq̈ opinio scdm aliquid/verū dicit: si accipiat̄ amator sui/scdm ꝙ vtraq̈ opinio accipit: ergo predicta q̄stio est distinguenda.

Sexta conclusio. Secunda cōclusio. Si accipiat̄ amator sui/ vulgariter: ꝓ eo qui amat se scdm partē irrationalē: tūc nō opz primo amare seip̄m. Probat phs dupliciter. Primo: q2 scdm hāc acceptionē/ dr̄ i opprobriū et rep̄hēsionē alicui ꝙ est amator sui: igit̄. Scdo ꝓbat: q2 hoc modo illi dicūtur amatores sui/qui sibiipsis tribuūt plus in pecuniis/honorib⁹ et delectationibus corporalibus: q̄ vocant̄ circūpugnabilia bona: q2 ꝓ eis hoīes ad inuicē pugnāt: ⁊ multi ea appetūt: et circa ea student tanq̈ circa optima: sed qui his abūdant/inseruiūt cōcupiscētiis et passionib⁹/et irrationali aīe: ergo rationabiliter talis amator sui reprobatur et reprehēditur.

Questio. ¶ Et si querat̄ quare scdm hanc acceptionē (vt in plurib⁹) accipit̄ amator sui. ¶ Respōdet phs ꝙ hoc est: q2 inseruire passionib⁹ et cōcupiscētiis et irrationali aīe/est malū frequēter contingens.

Correlariū ¶ Correlariū. Licet sibiipsis tribuentes/plus de pecuniis / honorib⁹ ⁊ delectationib⁹ corporalib⁹/ vulgares amatores sui appellare cōsueuerūt: si q̄s tn̄ studiosus studeat iusta ⁊ tēperata/aut quecunq̈ opa studiosa ꝓpter seip̄m facere: nullus dicet eū amatorē sui neq̈ vituperabit. Primā partē dicit phs esse notā ex dictis: ⁊ scdā patebit ꝑ sequētes ꝯclusiones.

Tertia conclusio Tertia ꝯclusio. Studiosus est maxime amator sui. Probat phus: q2 talis tribuit sibiipsi maxima bona: et inseruit ei quod est principalissimū in eo: puta intellectui et rōni: et oīa q̄ sunt eius/ ei obediūt: igitur est maxime amator sui. Cōsequētia ꝓbatur: quia quēadmodū et oīs aggregatio maxime videtur esse id qđ est principalissimū in ea: vtpote principās/et ꝑtātem hn̄s: ita homo maxime videtur esse sui amator/qui diligit qđ est principalissimum in eo/ sicut facit studiosus. Antecedēs ꝓbat̄ quo ad scdam partē (scz ꝙ intellect⁹ sit p̄ncipalissimū in hoīe) dupliciter. Primo: q2 aliq̄s dicit̄ cōtinēs vel incōtinens/ex eo qđ est tēꝑare intellectū vel non tēꝑare/qua si vnusquisq̈ sit ipse intellect⁹: igit̄ est principalissimū in homine. Secūdo: quia vnusquisq̈ id agere dicit̄ volūtarie/quod agit cū rōne: igit̄ intellect⁹ siue rō est principalissimū in hoīe. ¶ Infert phs predictā ꝯclusionem ꝓbatam: et exponit eam/dicēs ꝙ manifestū est ex dictis ꝙ vnusquisq̈ est maxime intellect⁹: et ꝙ studiosus maxime diligit intellectuz: quia maxime amator sui dicit̄: nō quidem capiēdo amatorem sui/ exprobratiue: sed alio modo/differētia p̄cedenti/quantū differunt viuere scdm passionē/ et appetere bonū simpliciter/et appetere bonū apparens tantum.

Quarta conclusio. Quarta conclusio. Oportet virū bonū esse amatorem sui. Probatur duabus rationibus. ¶ Prima est: quia oēs recipiūt ⁊ laudant eos qui circa bonas et preclaras actiones student: ergo oportet virum bonū esse amatorem sui. Consequentia tenet: quia amator sui maxime inter omnes studet preclaras actiones et studiosas agere: igitur. ¶ Secunda ratio. Vir bonus qui est amator sui ad preclara et honesta agenda iuuat seipsum et alios: igitur. Antecedens probatur: quia honesta agendo/confert aliis ea quibus indigent: et vnicuiq̈ quod est ipsi proprium: sibi autem maxima bonorum: scilicet virtutes confert: igitur.

Quinta conclusio. Quinta conclusio. Non oportet malum virum esse amatorem sui. Probatur: quia malus

existens amator sui/obedit prauis passionibus/ et sibiipsi/ et proximis nocebit:igitur. Antecedens probatur:quia in nullo dissonant ea que agit/et ea que agere debet. Nam omnis intellectus eligit optimum sibi/cui obedit vir bonus:malus vero dissentit: igitur.

Dubium. Remouetur dubium. Dictuz est em̄ q̄ studiosus maxime amat seipsum: ideo posset quispiam credere q̄ studiosus nihil ageret/ aut pateref: gratia amicorum. ¶ Hoc remouet philosophus/dicens id verum esse de studioso qui multa agit/amicorum et honestatis gratia. Contēnit enim pecunias/honores/et omnia circumpugnabilia bona: et eligit magis per paucū tempus viuere voluptifice/ q̄ per multum tempus remisse. Insuper magis eligit viuere bene per annum/ q̄ qualitercunq̄ per multos annos:et habere vnam operationem bonam et magnā/ q̄ multas et paruas. Et hoc contingit morientibus/qui contennendo vitam et pecunias/quarum maiorem partem amici recipiunt/magnum bonum sibi pcurant/et maius q̄ amicis/quibus eueniunt ipsa bona vtilia: ipsis vero bonum virtutis. Idem contingit in honoribus et principatibus:quia honores et pncipatus relinquere causa amici et virtutis/ est ei honestum et laudabile. Studiosus autem pre omnibus eligit bonum honestum: et non solum predicta bona fortune studiosus amici gr̄a derelinquit/sed quādoq̄ actiones studiosas/ vt prosit amico: ita q̄ existimat se fieri meliorem/per hoc q̄ est causa amico vt bene operetur.

Correlariū ¶ Ex his patet q̄ studiosus moriens pro republica/prefert bonum cōmune bono proprio: imo

Correlariū maius bonum sibi confert q̄ reipu. ¶ Infertur correlarium responsiuum ad dubium. Oportet esse amatorem sui:sed non vt vulgo accipitur. Probatur:quia in omnibus laudabilibus/studiosus sibiipsi plus tribuit q̄ alijs:igitur oportet ipsum esse verum sui amatorē/ Grimondus hec notauit.

¶ Annotationes textus.

Annotatio. ¶ Amor sui non studiosus/ plerūq̄ ex nimio amore bonorum externorum oritur/dicente Ouidio libro secundo de arte amandi.

Ouidi⁹ de arte amādi.

Aurea sunt vere nunc secula/plurimus auro
 Venit honos:auro conciliatur amor. Et sequit.
Ipse licet venias musis comitatus Homere:
 Si nihil attuleris/ibis Homere foras. ¶ Sed fictus amor diuitijs alitur/dicente Ouidio.
 Diuitijs alitur luxoriosus amor Et alibi.
 Vanescitq̄ absens: et nouus intrat amor.

¶ Ca. ij. Huius questionis indigeat ne felix amicis aduersus ante disputatis/ finit primū moraliter felicem amicis egere non vtilibus/ sed studiosis ppter operationem/exercitationemq̄ virtutis atq̄ iucunditatem honestam. Deinde naturalibus considerans ostendit studioso viro studiosum amicum expetibilē esse natura:eo q̄ viuere hominis quod natura bonuz est/sentire est vel intelligere quod felix amico/ qui est alter ipse inesse cognoscit/ cōuiuendo illi et verba/ mētemq̄ commutando.

Est autem controuersia et de ipso felice: si indigeat amicis necne. Non esse enim (inquiunt) ipsis beatis/ et ex sese sufficiētibus opus amicis. insunt enim ipsis omnia bona. Cum igitur ex sese sint sibi sufficientes:nullius indigent rei. Amicum autem inquiūt/cum sit alter ipse: ea afferre amico/que ipse p se amicus consequi nequit. Vnde et hanc sententiam dicunt.

Fortuna cum bona est:amicis cur opus?

¶ At absurdo simile est : vniuersa bona tribuentes felici/amicos ipsi non tribuere/ quod externorum bonorum maximum esse videtur. ¶ Qz si ad amicum conferre potius/ q̄ accipere beneficia spectat/atq̄ ad virum bonum/virtutēq̄/ dare bn̄ficia pertinet/ magisq̄ honestū est amicis q̄ alienis largiri/beneficiaq̄ conferre:vir studiosus ijs indigebit profecto/qui largitiōis bn̄ficia sunt accepturi. ¶ Quapropter et queritur vtrum prosperis in rebus/an in aduersis opus sit magis amicis/vtpote cum et is qui mala fortuna vtitur/ijs indigeat qui beneficia conferent/et ijs qui prospera fortuna fruūtur:ijs sit opus/apud quos bn̄ficia collocabūt? ¶ Est etiam forsitan absurdum: beatum ipsum solitarium facere. nemo enim expetet per se bona cuncta habere. nam homo/ ciuile animal est/et cum alijs aptum vna viuere. hoc igitur competit et felici. habet enim ea omnia/que natura sunt bona. Constat autem melius esse cum amicis/ probisq̄: q̄ cum extraneis ipsum/ et quibusuis conuersari. Amicis ergo beato est opus. Quid igitur illi primi dicunt: et qua parte vera loquuntur? ¶ An quia vulgus eos amicos esse putat qui vtiles sunt? talibus igitur non indiget ipse beatus : quippe cum ipsi omnia bona insint. Nec etiam ijs qui ob voluptatem amantur aut perparum. nam cum sit ipsius vita iucūda:aduentitia non indiget voluptate atq̄ cum amicis talib⁹ haud indigeat: non videtur indigere amicis. hoc autem nō est forsitan verum. ¶ Nam in principio dictum est felicitatem operationem esse quandam. Cōstat autem operationem ipsam fieri: et non vt quandam rem esse/que possidetur. q̄ si felicem esse in viuendo ac operando consistit/ boni autem operatio/studiosa et iucunda per se/vt initio diximus: resq̄ propria ex ijs est que delectant/ atq̄ magis propinquos q̄ nosipsos/ et actus illorum/ q̄ nostros possumus contemplari. studiosorūq̄ hominum actus si sint amici:iucundi sunt ipsis bonis (habent enim ambo ea sunt que sunt natura iucunda) beatus profecto talibus indigebit amicis:si expetit actus bonos et proprios contemplari. talesq̄ sunt ipsius boni:si sit amicus. ¶ Arbitrantur autem homines/felicē

mines/ felicem iucunde viuere oportere. Solitario igitur/ difficilis est vita. ¶ Non est enim facile per seipsum continue operari: cum aliis vero atqꝫ ad alios/ facile est. Erit igitur operatio continua magis/ cum sit per seipsam iucunda. quod quidem esse circa beatum ipsum oportet. Studiosus enim hoc ipso quo studiosus est: gaudet quidem iis actibus/ qui a virtute proficiscuntur. moleste autem fert eos/ qui a vitiis prodeunt: perinde atqꝫ musicus delectatur quidem eleganti cantu / offenditur autem prauo. ¶ Fuerit etiam et quedam virtutis exercitatio ex conuictu bonorum: vt et Theognidi placet. ¶ Naturalius autem considerantibus: studiosus amicus expetibilis esse natura studioso videtur. diximus enim id quod est bonum natura/ studioso bonum/ et iucundum esse per se. Diffiniunt autem ipsum viuere: animalium quidem/ potentia sensus: hominum autez sensus/ vel intellectionis. potentia vero ad operationem reducitur ⁊ ipsum precipuum in operatione consistit. Ipsum autem viuere videtur proprie esse ipsum sentire/ vel intelligere. at ipsum viuere de iis est/ que sunt per se bona atqꝫ iucunda. est enim definitum. definitum autem natura est bonum. Quod vero natura est bonum/ id et bono est bonum. quapropter omnibus iucundum esse videtur. Non oportet autē vitam sumere prauam atqꝫ corruptam: neqꝫ in doloribus constitutam. indefinita namqꝫ est talis: quemadmodum ea que insunt ipsi. Eritqꝫ hoc manifestum magis in sequentibus de dolore. Si vero ipsum viuere bonum est: et iucundum etiam est. quod vel ex eo videtur/ quia oēs appetunt ipsum et maxime boni atqꝫ beati: his enim viuere maxime est expetibile/ et horum vita est beatissima. Qui autem videt videre sentit/ et qui audit/ audire/ et qui ambulat ambulare: ⁊ in ceteris similiter est aliquid sentiēs nos operari. sentire vero nos sentire: et intelligere nos intelligere possumus. quod quidez est nos esse. esse enim/ sentire vel intelligere. sentire autem se viuere: de iis est/ que per se sunt iucunda. vita namqꝫ natura est bonum. bonum autem sibi quempiam inesse sentire/ voluptate afficit. Ipsum vero viuere expetibile est. et maxime bonis: propterea ꝙ esse bonum est ipsis/ atqꝫ iucundum. sentientes enim id quod est per se bonum: voluptate afficiuntur. At studiosus vt erga seipsum: sic sese habet et ad amicū. amicus enim est alter ipse. vt igitur seipsum esse est vnicuiqꝫ expetibile: sic et amicum suum esse/ vel similiter. Esse autem ideo est expetibile: quia sibi bonum esse ipsum sentit. at talis sensus iucundus per seipsum est. sentiat ergo et ipsum amicum esse oportet. hoc autem fieri potest/ cū ipso simul viuendo/ et verba/ mentemqꝫ commutando. Sic enim in hominibus dici videtur simul viuere et non (vt in pecoribus) eodem in loco pasci. ¶ Si igit̃ ipsum esse per se est expetibile viro beato/ cum natura sit bonum atqꝫ iucundum: simile autem est et amici ipsius esse: amicus etiaꝫ ex iis est profecto/ que expetibilia sunt beato. at quod est expetibile beato/ id assit ipsi oportet: vel egens erit hac parte. Opus est igitur ei qui felix futurus sit: studiosis amicis.

Secūdum capitulū quinqꝫ cō-clusionibus clauditur. ¶ Proponitur q̄stio. An felix indigeat amicis. Et argumentatur philosophus duobus mediis/ felicem non indigere amicis. ¶ Primo. Nam per se sufficientibus non est opus amicis: cum amicus videatur alter ipse: et ad hoc necessarius/ vt nobis tribuat que per nosipsos consequi non possemus. Sed beati et felices sunt per se sufficientes: igitur non indigent amicis. ¶ Secūdo: cū fortuna prouidet homini/ non est opus amicis. Sed felici fortuna prouidet: igitur felici non est opus amicis. Questio.

Ad partem affirmatiuā argumentatur tribus rationibus. Nam absurdum est tribuere felicibus reliqua bona/ et non amicis: quia inter externa bona/ amicus videtur maximum bonum. At vero felici attribuunt̃ cetera bona igitur et amicis. Secunda ratio. Benefacere aliis/ est opus boni viri et virtutis. Sed ad amicuꝫ magis pertinet benefacere/ q̄ꝫ bene pati: et lōge melius est benefacere amicis/ q̄ꝫ extraneis: igitur felix indiget amicis quibus possit benefacere. Ad partem affirmatiuā

Confirmatur ratio. Nā solet vulgo peruestigari/ an opus est magis amicis tempore prosperitatis q̄ꝫ tempore aduersitatis: et hoc queritur/ quia infortunatus eget benefactoribus quibus benefaciat: ergo cū sit melius benefacere amicis q̄ꝫ extraneis/ felix indiget amicis quibus benefaciat. Tertia ratio. Absurdum est dicere ꝙ beatus sit solitarius: ſꝫ melius est commorari cum bonis viris et amicis/ q̄ꝫ cum extraneis: ergo felici opus est amicis. Maior probatur dupliciter. Primo: quia nullus viuens eligeret habere omnia bona/ per se et solitarie viuendo. Secundo: quia homo est animal politicum: aptū natum cum aliis viuere: sed hec felici inexistunt: igitur. Confirmatio rōnis.

Prima conclusio. Felix non indiget amicis vtilibus. Probatur: quia felici insunt bona sufficienter: igitur. Prima conclusio

Secunda cōclusio. Felix non indiget amicis delectabilibꝰ: vel parum ipsis indiget. Probat philosophus: quia vita delectabilis existens/ nihil indiget super inducta delectatione: sed vita felicis est huiusmodi: igitur. Secūda cōclusio.

Tertia conclusio. Felix indiget ami- Tertia cōclusio.

cis virtuosis. Probat philosophus tribus rationibꝰ. ¶ Prima est. Felix delectatur in bonis et honestis operationibus: sed vnusquisq3 magis potest inspicere proximos et actiones eorum/ q̄3 seipsum et actiones proprias: ergo amicoru3 actiones sunt ipsis amicis delectabiles: et per consequens talibus amicis felix indigebit. Hanc consequentiam probat philosophus: quia felicitas est operatio quedam: vt in principio huius dictum est: q̄ solum habet esse dum fit: ergo esse felix/ consistit in viuere et operari: et per consequens felicez delectari in operationibus aliorum/ est ipsum delectari: cum alij bene et studiose operantur. ergo felix indiget amicis studiose et honeste operantibꝰ in quorum operationibus delectetur. ¶ Secunda ratio. Oportet felicem delectabiliter viuere: quia solitaria vita est difficilis et molesta: ergo felix indiget amicis. Maior probat: quia operatio felicis debet esse continua: ergo oportet felicem delectabiliter viuere ⁊ operari/ vt eius operatio sit magis cõtinua. ¶ Tertia ratio. Studiosus scd̃m ꝙ studiosus/ operationibꝰ studiosis delectat et vitiosis tristat: sed ex viuere cu3 bonis/ fit quedã virtutis exercitatio: vt dicit Theognes philosophus: igitur felix indiget bonis amicis. Maior probat per simile: quia videmus ꝙ musicus delectatur bonis melodijs: et tristatur et offenditur prauis et absurdis: igitur a simili studiosus delectatur studiosis operationibus/ et tristatur vitiosis.

Quarta cõ clusio.

Quarta cõclusio. Naturalius intendentibus et considerantibus videtur studiosus esse eligibilis studioso. Probat tribus rationibus. ¶ Prima est: quia vt supra dictum est/ bonum esse naturaliter studiose bonũ / est scd̃m se delectabile: ergo bonꝰ amicus est studioso delectabilis: et per consequẽs eligibilis. Antecedens probat: quia viuere est naturaliter scd̃m se bonum/ et appetibile viuenti: ergo viuere cum amico studioso est naturaliter appetibile studioso. Assumptum probat philosophus dupliciter. Primo: quia viuere in animalibus diffinitur per potentiam sentiendi: in hominibus vero per potentiam sentiendi et intelligendi. Sed potentia ad operationem reducitur: hoc est/ potentiam sentiendi et intelligendi habemus vt sentiamus et intelligamus: quia principale in operatione consistit: hoc est/ operatio est finis principalis/ et gratia cuius ipsius potentie: sed viuere videtur esse principaliter sentire vel intelligere/ ita ꝙ sentire vel intelligere est ꝑncipalis oꝑatio in aĩalibus: ergo sicut sentire vel intelligere naturaliter est appetibile ipsi viuẽti/ ita ⁊ viuere. Scd̃o probat qꝛ scd̃m Pithagoricos: oẽ determinatũ est naturaliter bonũ ⁊ delectabile: sed viuere est determinatũ: ergo viuere est naturaliter bonum ⁊ delectabile: ⁊ per consequens appetibile: sed quod est naturaliter bonũ/ est virtuoso bonũ: ⁊ sic videt oĩbus esse bonũ ⁊ delectabile. ¶ Hic remouet phus vnũ errorẽ. Posset em̃ aliq̃s credere ꝙ omne viuere esset studioso bonum et delectabile. Hunc errorem remouet phus dicẽs ꝙ cũ dicitur ꝙ viuere est hoibꝰ studiosis bonũ et eligibile: non debet accipi viuere scd̃m malã ⁊ deprauatã vitã/ aut tristicijs oppressam: qꝛ talis vita ẽ indeterminata/ sicut ⁊ ea q̄ ei ĩsunt: vt postea clariꝰ patebit/ cũ de tristicia aget. Scd̃a rõ. Si viuere est bonũ/ est delectabile ex eo ꝙ oẽs ipsum appetũt: vt iam dictũ est: ⁊ maxime studiosi/ quoꝝ vita est eligibilior ⁊ btissima: ergo viuere cũ amico studioso/ est delectabile studioso et ꝑ ꝯsequẽs eligibile. Tertia ratio. Esse et viuere/ ẽ vnicuiq3 naturaliter eligibile: sicut ⁊ bonũ/ ⁊ maxime studiosis: ergo amicũ studiosum esse et cũ eo viuere/ est eligibile studioso. Cõsequentiã ꝓbat: qꝛ vt studiosus se h3 ad ip3/ ita ⁊ ad amicũ: qꝛ amicus ẽ alter ipe. Et añcedẽs ꝓbat: qꝛ vidẽs sentit se videre/ ⁊ audiens se audire/ vt vadẽs ꝙ vadit: siĩr aliq̃d sentit nos operari: quare sentimꝰ nos sentire: ⁊ intelligimꝰ nos intelligere: qꝛ sumus ⁊ viuimꝰ. Vita aũt naturaliter ẽ delectabilis: ergo esse sine viuere/ est naturaliter eligibile et delectabile. Et predicta ꝯclusio intelligere de cõuictu ⁊ cõmunicationibꝰ ĩ sermonibꝰ ⁊ volũtate. Sic em̃ solẽt dici hoies cõuiuere: et nõ sicut pecora q̄ dicũtur cõuiuere: quia in eodẽ loco pascuntur.

Infertur cõclusio principalis: scil3 ꝙ felix indiget amicis studiosis. Probat repetẽdo aliq̃ q̄ prius dicta sunt. Nã si felici sit eligibile vere tãq3 aliq̃d qd̃ ẽ ꝑ se bonũ: et si id qd̃ est amici/ sit primũ alteri amico/ amicus erit eligibilis amico. Sed id qd̃ amico est eligibile/ op3 ei inesse: aliter amicus esset eo indigens: igitur indiget amicis studiosis. Grimondus de Lausaco.

Quinta cõ clusio.

Tractatus Primus.

¶ Capitulum primum. Finit questionem: sint ne q̄3plurimi faciẽdi amici: ostẽditq3 in amicitijs vtiliũ ac iucundorum non esse querendam copiam/ imo nec in amicitia ob virtutem possibile videri nisi ciuiliter.

Sunt ne igitur q̄3plurimi faciẽdi amici: an (vt de hospitalitate dictum) concinne fuisse videtur?

Hospite ne careas: hospes neq3 pluribus esto.

Sic et ad amicitiam accõmodabitur: neq3 sine amicis esse/ neq3 rursus nimium multos habere amicos. ¶ Ad eas igitur amicitias que sunt ob vtilitatem: et valde id quod dictum est/ accommodatum esse videbitur. ¶ Multis enim vicissim subministrare: laboriosum est/ neq3 ad hoc agendum facultates ipse sufficiunt. plures igitur ijs qui sunt ad facultates proprias satis superuacanei sunt/ atq3 ad bene viuendum impedimento. non ergo opus est ipsis. ij quoq3 qui comparãtur ob voluptatem: sufficiunt pauci/ vt in epulis condimentum. ¶ At sunt ne studiosi plurimi cõparandi? An ⁊ multitudinis amicoru3 est quidam numerus: perinde ac ciuitatis? Nec enim decem ex hominibus ciuitas constare potest: nec etiam est ex centum milibus adhuc ciuitas. sed quantitas non est forsitan vna quedam determinata. sed omnis ea q̄ est media inter quasdam multitudines definitas. et amicorum igitur multitudo quedam est definita. ¶ Atq3 ij fortasse sunt plurimi: cum quibus quispiam viuere potest

uere poteſt. hoc enim ad amicitiã pertinere maxime videbatur. ¶ Fieri autem non poſſe vt vna cum multis quiſpiam viuat / ſeqꝫ multis impertiat: non eſt obſcurum. ¶ Preterea illos iter ſeſe amicos eſſe oportet ſi ſimul omnes victuri ſunt: hoc autem difficile eſt in multis. ¶ Eſt etiã ꝑdifficile/gaudere familiariter cum multis/atqꝫ dolere. cõcurrere eñ hec ſimul poſſunt: cũ vno inquã dolere/et cũ altero gaudere. ¶ Forſitã igitur bene eſt nõ querere / ꝙ̃ plurimos amicos habere: ſed quot ad cõmunẽ vitã habendã ſufficiũt. ¶ Neqꝫ eñ poſſe videt᷑: multis vehemẽter amicum eſſe. Quapropter neqꝫ amare plures. Exuperatio enim quedam amicitie eſt. hoc autẽ eſt ad vnũ. Et vehemẽter igit᷑ amare/ad paucos erit: hoc et in ipſis rebus ita ſe habere videt᷑. amicitia nãqꝫ ſodalitia/nõ fiũt multi amici. et que fama celebrant᷑: inter duos fuiſſe dicũtur. ¶ Qui vero multos amicos habent/et oĩbus ſeſe familiariter offerũt: ij nemini amici eſſe vidẽtur/niſi ciuiliter/quos ⁊ placidos appellant. fit igit᷑ vt ciuiliter multis ſit qſpiam amicus: etiam ſi non ſit placidus/ſed vere vir probus. ſed ob virtutem et ſeipſos amicitia: non eſt ad multos. amabile autem eſt: ⁊ paucos inuenire tales.

Queſtio. PRimũ caplm aliqb⁹ cõcluſionib⁹ claudit᷑. ¶ Queſtio. Utrũ ſint faciẽdi ꝙ̃plurimi amici: vel quẽadmodũ in ꝑegrinatiõe prudẽter dictũ eſt: nec multos peregrinos vel hoſpites habere opꝫ: nec eſſe ſine hoſpitibus. Sic etiã in amicitia ꝯtingit: neqꝫ amicũ eſſe: nec eſſe per ſuperabundantiam.

Pri[illegible] cluſio Prima cõcluſio. Nõ ſunt faciẽdi plures amici ꝓpter vtile. Probat᷑ tripliciter. Primo: per ſilitudinẽ adductã ad ꝑtẽ negatiuam q̃ oĩno cõgruit amicis vtilibus. Scdo: qꝛ difficile ⁊ laborioſum eſſet multis retribuere ⁊ reminiſtrare: nec ad hoc vita hoĩs ſufficeret. Tertio: qꝛ lꝫ ad hoc vita hoĩs ſufficeret: tñ illud nimis diſtraheret ⁊ impediret hominem ad bene viuendum: igitur.

Secũda cõcluſio. Secunda cõcluſio. Pauci amici ſufficiũt ad delectationẽ. Probat phs ꝑ ſile: qꝛ ſicut i cibo cõdiẽdo ſufficit modicũ ſalis: ita ad delectationẽ pauci amici ſufficiunt. Et ſicut condimentum multo ſale cõditũ/indelectabile eſt ⁊ incomeſtibile: ſic et plures delectationem facientes moleſtiã ingerũt: igit᷑ non ſunt faciẽdi plures amici ad delectationem.

Tertia cõcluſio Tertia ꝯcluſio. Amicorum ſtudioſorũ eſt quedã multitudo determinata. Probat phs ꝑ ſimile: qꝛ quẽadmodũ ciuitas nõ fit ex decẽ hoĩbus/ nec ex decem myriadibus: id eſt ex decies cẽtenis milibus ſiue ex decẽ milibus/et fortaſſis multitudo ꝯſtituẽs ciuitatẽ nõ eſt vna determinata: ſed oĩs multitudo media inter determinatas multitudines eã conſtituit: ita amicabilis multitudinis eſt certa menſura.

Illa ſcꝫ in qua q̃s põt viuere ſine aliquib⁹ turbationib⁹: qꝛ cõuiuere (vt dictũ eſt) eſt ꝓ̃cipuũ iter amicabilia. ¶ Philoſophus quartã ꝯcluſionẽ ꝓbat. Nã amicitia ſtudioſa cũ multis nõ eſt ineũda: ⁊ hoc q̃nqꝫ rationib⁹ ꝓbat᷑. ¶ Prima rõ: quia nõ eſt poſſibile multis cõuiuere/et ſe impꝑtiri multis: igit᷑. ¶ Scda ratio. Oẽs amicos amicorũ oportet eſſe amicos: ſi debeãt adinuicem cõmorari et cõuiuere: ſed hoc eſt difficile multis: igit᷑. ¶ Tertia ratio. Difficile eſt cõgaudere/et cõdolere multis. Põt eñ cõtingere ꝙ vno gaudente/alius triſticia afficitur: igit᷑ difficile eſt aliquẽ multis eſſe amicũ. ¶ Quarta rõ. Fieri nõ poteſt vt quiſpiã multis valde ſit amicus: igit᷑ nõ eſt poſſibile amare multos. Cõſequẽtia ꝓbat᷑. Nã amare/eſt ſuꝑabundantia quedam et exceſſus amicitie. Et añs ꝑꝫ. Nã oĩs amicitia vel eſt ad vnũ/vel ad paucos. ¶ Quinta ratio. Ita eſt in re ꝙ eidẽ nõ ſunt plures amici: vt ꝑꝫ in amicitia paucorũ. Idem ꝑꝫ de amicitia famata ſiue laudata/que inter duos eſſe credit᷑. ¶ Deinde ſubdit phs ꝙ potentes et familiares oĩbus/nullis ſunt amici ſcdm veritatẽ: ſed poſſunt vocari ciuiles ſiue politici/quos placidos vocitam⁹. ¶ Duo correlaria inferũtur ex dictis. Duo corelaria. ¶ Primũ/ſcdm amicitiã ciuilẽ contingit/vnũ nõ placidũ (dũ tñ ſit vere bon⁹) multꝭ eſſe amicũ: ſed nõ ꝓpter virtutes aut ſeipſos. Primũ ¶ Scdm correlariũ. Scdm Tales amicos/vtpote ſtudioſos inuenire/ ẽ amabile. Hec duo correlaria relinquũtur nota ex dictis.

¶ Capi. ij. Indagat an magis ſit opus amicis in ꝓſpera fortuna an in aduerſa. Placetqꝫ in vtraqꝫ amicis opus eſſe: in aduerſitate quidem ꝓpter leuamen doloris ac ꝯſolationẽ: licet horum preſentia immixta interim videatur luctibus: in ꝓſperitate vero ꝓpter voluptatem ex preſentia in omni actu et delectatione cogitationis ꝙ bonis vtrinqꝫ letantur. Deinde precipit q̃liter in vtraqꝫ fortuna cum amicis agendũ ſit.

AT vtra in fortuna magis op⁹ eſt amicis: vtrum in proſpera an in aduerſa? ¶ In vtraqꝫ nãqꝫ querũtur. Nã et qui fortunã habẽt aduerſam: indigent ope. ⁊ qui ſunt in rerũ ꝓſperitate/eoꝝ indigent quibuſcũ viuent/et in quos beneficia conferent. volunt eñ largiri/ beneficiaqꝫ conferre. ¶ Amicos igitur habere neceſſarium quidem eſt magis/in aduerſa fortuna. Quapropter hic vtilib⁹ amicis eſt opus: honeſtius aũt eſt/in ꝓſperitate fortune. iccirco et bonos querunt. in hos eñ beneficia conferre/atqꝫ cũ his vna degere: magis eſt expetibile. ¶ Eſt eñ et ipſa ꝓ̃ſentia amicorum iucũda in vtraqꝫ fortuna. nam leuant᷑ ipſi dolentes cum dolẽtibus ipſis amicis. Quapropter et dubitauerit quiſpiã/ſi doloris vt oneris amici participes fiunt? an hoc quidẽ non fit/ipſorum aũt preſentia cum ſit iucũda cõdolendiqꝫ ſenſus/minuit ipſum dolorẽ? Uerũ ſi ob hec/aut ob aliquid aliud leuãtur: miſſum faciamus. id qđ dictũ eſt euenire ſane videtur. ipſoꝝ aũt preſentia immixta quedã eſſe videt᷑. Nam aſpicere quedã amicos iucũdum eſt: pre

sertim ei qui calamitatibus premitur/ fertqꝫ p̄si
dium aliquod aduersus dolores. Consolatio/
nem enim ipse amicus et aspectu/et verbis af/
ferre potest: modo si dexter. scit namqꝫ mores:
ex quib⁹ gaudet atqꝫ dolet. ¶ At sentire suas
ob erūnas dolere,amicum: affert dolorem. Nā
omnes fugiunt se causam doloris esse amicis.
quapropter viriles quidem natura cauent: ne
amici secum condoleant. et si non exuperant in
dolentia: dolorem quo illi afficiuntur non fe/
runt. atqꝫ omnino simul plorantes/ merentesqꝫ
non admittunt: quia nec ipsi sunt propēsi ad lu/
ctus. Mulierculevero ꝛ huiuscemodi viri/ gau
dent ijs qui vna cum ipsis gemunt et amant
eos tanq̄ amicos et condolentes. oportet au/
tem omnibus in rebus prestabiliorem imitari.
At amicorum p̄speris in rebus presentia ꝛvo/
luptatem affert omni in actu/et cogitatione de/
lectat: q̄ in ipsius bonis letantur. ¶ Quapro/
ptervidebitur oportere in prosperitatibus qui/
dem promptevocare amicos. est enim honestū:
beneficum esse. In aduersitatibus autē pigre.
minime namqꝫ facere participes malorū ipsos
oportet. vnde et illud dicitur.
Sat est grauis/tristisqꝫ/sine me fors premat.
Maxime tamen vocandi sunt tunc amici/ cum
parua suscepta molestia/multum prodesse pos
sunt. contra autem fortasse congruum est: ad ca
lamitosos quidem ire nō vocatum et prompte.
est enim amici beneficia conferre: presertim in
eos qui indigēt/et antea q̄ illi requirant. vtrisqꝫ
nāqꝫ honestius/ atqꝫ iucūdius est. Ad fortuna
tos autem prompte quidem accedere ad operā
dum vna cum illis. Est enim ad hec opus ami/
cis: lente autem pro beneficijs consequendis.
non est enim honestum vtilitatis sue causa pro/
perare. Cauenda autem est forsitan opinio in/
iucunditatis in repellendo: accidit enim non/
nunq̄. presentia igitur amicorum in vniuersis
expetibilis esse videtur.

Secundum capitulum tribus
conclusionibus ꝛ sex documentis enodat.
Questio Questio. Utrum in prosperi
tate an in aduersitate magis opus sic amicis.
Prima conclusio Prima conclusio. In aduersa fortu/
na/amici sunt magis necessarij: in prospera vero sunt
meliores et honestiores. Prima pars probatur: quia
in aduersis fortunis opus est amicis q̄ bn̄faciant: igi/
tur. Scd̄a pars probat a signo. Nā in p̄spera fortu/
na ꝯstituti/ q̄rūt amicos bonos ꝛ humanos quib⁹ ho
nestū est beneficiū impendere/et conuersari cum eis.
Scd̄a ꝯclo Secunda conclusio. Tam in prospe/
ris fortunis q̄; in aduersis/ amici sunt delectabiles.
Secunda pars patet. Nam tristes et afflicti/ condo/
lentibus amicis alleuiantur: quare quispiam dubita
ret an hoc fiat: q2 amici p̄sentes/ partē tristicie quasi
partē oneris assumāt: an nō hoc sit: sed q2 amici p̄sen/
tia est delectabilis: ꝛ intelligere amicū cōdolere/ mi/
nuit tristiciā: tn̄ p̄pter hoc siue p̄pter aliud/ illud acci
dat/hic omittitur: tristiciā tn̄ amici ex p̄sentia alleuia
ri manifestum est/et ita in re ipsa ꝯtingere/ q̄ ad pre/
sentiam amici condolentis/ amicus cum tristatur
alleuiatur: igitur.
Tertia conclusio. Amicorum presen Tertia conclusio.
tia/amicis in aduersitate cōstitutꝫ/est delectationi et
tristicie mixta. Primā partē p̄bat: q2 amicus in reb⁹
aduersis plurimū auxiliū aufert ad non tristari: ergo
est delectabilis. Antecedens probat: quia amicus si
sit epidexius: id est aptus ad cōsolandū/nouit natu/
ram et morē amici/ ꝛ in quib⁹ delectatur/et tristatur:
et affert solatium/aspiciendo et colloquēdo: ergo plu/
rimū auxiliū affert aduersus tristiciā. Secundā partē
scꝫ q̄ aliq̄d tristicie habeat/ p̄bat: quia sentire condo
lentē amicum in suis aduersitatib⁹/est triste et dolo/
rosum: igitur. Antecedens p̄bat: quia quilibet fingit
esse causam tristicie amicis suis/ p̄pter q̄ viriles s̄m
naturā cauēt contristare amicos/nec sustinēt tristiciā
amicoꝝ cōdolentiū: si non semp tēdat in non tristiciā:
id est si non fiat his per eam non tristiciāt / sine indo/
lentia aut carentia tristicie: et vniuersaliter virilib⁹ nō
placent planctus amicorum/nec conquerentium vo/
ces: q2 vir talis nō est ploratiuus: mulieres vero ꝛ viri
muliebris animi/si habeant cōdolentes/et eos amēt
vt amicos/gaudent: et amant amicos condolentes:
quos tn̄ imitari nō opꝫ/ sꝫ meliorē. i. eū qui virilis est.
Sex documēta inferūtur: tria scꝫ de
cōuocatione amicorū ad bonā vel ad malā fortunā: ꝛ
tria de visitatione eorum in vtraqꝫ fortuna.
Primū documentū est. Ad bonas et Primū documentum.
prosperas fortunas oportet prompte amicos cōuo/
care. Prior pars p̄batur: quia in bonis fortunis ami/
corū p̄sentia habet cōuersationē ꝛ intelligētiam dele
ctabilē: q2 amici delectātur in amicis suis bonis/ ꝛ in
eorū p̄speritatibus: igit. Scd̄o: q2 opꝫ bonū virū esse
beneficū: ergo oportet amicū cōuocare prompte suū
amicum ab bonas fortunas: cum p̄ hoc ei benefaciat:
et delectationē inferat: igitur.
Scd̄m documētū. In aduersis fortu/ Scd̄m documentum.
nis: tarde aduocādi sunt amici. Probat p̄hs: q2 q̄ mi
nime possum⁹/debem⁹ amicos facere malorū parti/
cipes: vt ptꝫ p̄ illud p̄uerbiū. Sufficiēter ego infortu/
nans. i. satis est q̄ ipse calamitatibus premor: igit.
Tertium documentum. In aduersi/ Tertiū documētum.
tatib⁹/amici maxīe vocādi sunt/quotiēs cū p̄ua eorū
molestia magna nobis cōmoda afferre p̄nt/ ptꝫ de se.
¶ Hic ponit alia tria documēta p̄ visitādis amicis.
Primū est ad amicos in aduersitati/ Primū documētum.
bus ꝯstitutos. optꝫ amicū nō vocatū prōpte ire. Pro/
bat: quia amici est benefacere: ꝛ his maxime q̄ in ne/
cessitate positi/nō petūt nec implorant auxiliū: quia
id ambobus melius et delectabilius est: igitur.
Scd̄m documētum. Ad amicum be/ Scd̄m documentū.
ne fortunatū debet amicus promptus ire vt ei coope
retur. Probat: q2 ad hoc amicus est necessarius: igit.

Tertiū documētum.

Tertium documētum. Ad amicum bene fortunatum amicus tarde debet accedere/ suscipiendi beneficij causa. Probat: quia non est honestuꝫ esse promptuꝫ ⁊ diligentē in auxilio petendo: sed tibi cauendū est ne te opinetur non sui/ sed tui gratia accessisse: sicut q̄nq̄ꝫ accidit. ¶ Ex his ꝯcludit phs ꝙ presentia amicorū in oībus eligibilis ⁊ expetenda videt̄.

¶ Cap. iij. Expedit an sit amicis maxime expetibile conuersari/ simulq̄ꝫ viuere: vt adamantibus aspectus ipse: probatq̄ꝫ amicos nō immerito affectare cōuiuere: quuꝫ sit amicitia communicatio quedā: sitq̄ꝫ sensus amici qui est alter ipse: vt sui iucundus atq̄ꝫ in eo gratia cuius amici viuere simul expetunt versari/ degereq̄ꝫ velint. Infert amicitiam peruersorum prauam proborum bonam esse.

AT est ne: vt adamātibus amabilissimum est ipe aspectꝰ: magisq̄ꝫ hunc sensum ꝙ ceteros expetunt/ propterea quod per hunc maxime est/ atq̄ꝫ oritur amor/ sic et amicis maxime expetibile conuersari/ simulq̄ꝫ viuere: Amicitia namq̄ꝫ communicatio est. ¶ Et vt ad seipsum quisq̄ꝫ: sic sese habet et ad amicum. sensus autem vnicuiq̄ꝫ circa seipsum est expetibilis. ⁊ circa igitur amicum. ¶ At operatio ipsis in simul viuendo fit. Quare non immerito viuere simul affectant. Atq̄ꝫ quod tandem est singulis esse/ vel gratia cuius viuere expetunt: in eo cū amicis versari/ degereq̄ꝫ volunt. Quocirca alij cōpotant/ alij talorum ludo simul incūbunt. alij simul sese exercent: et vna venantur aut philosophantur/ singuli totos dies id simul agentes quod maxime amant. ¶ Viuere enim simul cum amicis volentes/ hec faciunt/ et ea cum his communicant/ quibuscum vna viuere expetūt/ que maximū ipsos in vita delectant. ¶ Fit igitur amicitia quidem improborum flagitiosa. Communicant enim praua/ suntq̄ꝫ instabiles: ⁊ peiores etiam fiunt moribus/ similes euadentes. Proborum autem proba congressionibus suscipiens incrementa. videntur etiam tales et prestabiliores euadere/ tam agendo ꝙ se mutuo emendando. eliciūt enim ex sese mutuo ea que placent. vnde illud dicitur recte.

Dices ex studiosis nimirum optima semper.

Sed hactenus de amicitia. Deinceps de voluptate dicamus.

TErtium capitulum/ vna conclusione et duobꝰ correlarijs clauditur. ¶ Mouetur q̄stio: vtrū queadmodū amātibus delectabilissimꝰ est aspectus: sic etiā cōuictꝰ.

Pria ꝯclō.

Prima conclusio. conuersari siue simul viuere/ ē amicis delectabilissimū. Probat̄ quattuor ratiōibus. ¶ Prima ratio. Amatoribus aspectꝰ est delectabilis: igitur et conuersatio. Consequentia probatur. Nā sicut per visum maxime fit amor: sic etiā per conuersationem. ¶ Secunda ratio. Amicitia est quedam ꝯmunicatio: igitur simul viuere ⁊ cōuersari/ est amicis delectabilissimum. ¶ Tertia ratio. Sentire seipsum esse/ est maxime eligibile: igitur etiam sentire amicum esse/ sicut contingit in conuersatiōe. Cōsequentia tenet. Nam quemadmodum se habet quis ad seipsum: sic etiam ad amicum. ¶ Quarta rō. Singuli amici volunt conuersari ⁊ cōmorari cum amicis in illa operatiōe que est singulis esse: vel cuius gratia eligunt viuere: hoc est in operatione que est eis maxime delectabilis: ⁊ hoc probat phs exemplo multorū: vtpote eoꝝ qui simul potant/ ⁊ simul ludunt/ simul venant̄/ simul philosophātur: ⁊ alia hmōi opa exercent.

Duo correlaria inferunt̄

¶ Inferūt̄ duo correlaria. ¶ Primū correlariū. Amicitia prauoꝝ est mala: pꝫ. Nā amici prauorum ꝑ cōmunicationem et cōuersationem cum prauis/ praui efficiuntur. ¶ Secundum correlarium. Amicitia bonoꝝ est bona et laudabilis: patet/ quia virtus bonorū amicorum coaugetur honestis collocutionibus: et amici studiosi per mutuam cōmunicationem recipiunt a se inuicem ea quibus mutuo sibi placēt: ⁊ ideo vulgo dici solet. Bona a bonis ꝓficisci. ¶ Epilogat phs/ annectendo dicenda dictis. De amicitia satis dictū est: consequens est de delectatione in sequentibus pertractare. Et hec de nono Ethicorum.

Epilogus

¶ Sequuntur annotationes textus:

Annotationes

¶ Maxima est amicitie vis/ que mutuo hominum aspectu atq̄ꝫ congressione/ cōuersationeve gignitur: cuiꝰ effectꝰ atq̄ꝫ efficacia maior est implo. vnde Therentius in Eunucho. Errat longe mea quidam sententia qui imperium credit grauius esse/ aut stabilius qđ vi fit/ ꝙ illud quod amicitia adiungitur: verū amorē expressit Ouidius Tristium libro primo.

Therentiꝰ

Ouidiꝰ de tristibus

Si tamen hec nauis vento ferretur amico:
  Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pyritous non tam censisset amicum:
  Si non infernas viuus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri Phoseus amoris:
  Fecerunt furie tristis Oreste tue.
Si non Eurialus Rutilos cecidisset in hostes:
  Hyrtacide Nisi gloria nulla foret. Ibidem.
Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum:
  Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuuat et vultu ridet fortuna sereno.
  Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit/ fugiunt nec noscitur vlli/
  Agminibus comitum qui modo cūctus erat.

¶ Et libro primo de arte amatoria.

Ouidiꝰ lib. pⁱo de arte

Sit procul omne nephas: vt ameris amabilis esto
  Quod tibi non facies/ solave forma dabit.

¶ Et horatius li. primo sermonum. Satyra tertia.

Horatius

Vellem in amicitia sic erraremus: ⁊ isti
Errori nomen virtus posuisset honestum.
Ac pater vt nati sic nos debemus amici:
Si quod sit vitium nos fastidire. Et ibidem.
Nam vitijs nemo sine nascitur/ optimus ille est
Qui minimis vrgetur amicus dulcis vt equum est
Cum mea cōpenset vitijs bona pluribus hisce:
Si modo plura mihi bona sunt inclinet amari.

Si volet hac lege/in trutina ponetur eadam.
Seneca tragedia.ix. ¶ Et Seneca Tragedia nona ꝑpulchre amicitiam commendat.

Volucrem esse amorem fingit immitē deum
Mortalis error: armatq; telis manus:
Artusq; sacros instruit seua face:
Genitumq; credit venere vulcano satum:
Uis magna mentis blandus atq; animi calor.
Amor est iuuente gignitur luxu
Ocio nutritur inter leta fortune bona:
Quem si fouere atq; alere desistas/ cadit:
Breuiq; vires perdit extinctus suas.

Cicero ¶ Et de ficto amore sic loquitur Cicero libro quarto Rhetoricorum nouorū. Perditissima oratio est amorem petere/pudorem fugere/diligere formam/negligere famam.
Salomon De vera amicitia dicitur prouerbiorum vndecimo. Qui despicit amicum suum/indigens corde est. Et capitulo tertio. Ne moliaris amico tuo malum: cū ille in te habeat fiduciam. Et decimoseptimo capitulo. Omni tempore diligit qui amicus est: et frater in angustijs cōprobat. Et capitulo.xviij. Uir amicabilis ad societatem magis amicꝰ erit q̃ frater. Et de ficta amicitia capitulo.xix. Diuitie addūt amicos plurimos. A paupere autem ⁊ hi quos habuit/separantur. Et eodem capitulo. Multi colunt personam potentis: ⁊ amici sunt dona tribuentis. Ibidem. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Insuper ⁊ amici procul recesserunt ab eo.
Ecclesiastici capi.vj. Et de vera amicitia scribitur ecclesiastici capitulo sexto. Amico fideli nulla est cōparatio. Et capi. octauo dicitur. Derelinquas amicum antiquum. Nouus enim non erit similis illi. Uinum nouum/amicus nouus veterescat ⁊ cum suauitate bibes illud.
Augustinꝰ ⁊ habet.v. q̄stione.v. Item Augustinus de vera amicitia ad Uincētium Donatistam ⁊ organistam: ⁊ habetur quinta questione quinta. Non omnis qui parcit/amicus est. Nec omnis qui verberat/inimicꝰ est. Meliora enim sunt vulnera amici q̃ volūtaria oscula inimici. Melius est enim cum seueritate diligere/q̃ cum leuitate decipere. Et super epistolam Johannis/⁊ habetur vigesimatertia questione quinta. Non putes. Nō putes te nunc amare seruum tuum/quando eum non cedis. aut tunc mare filium tuum/ quando ei nō das disciplinam: aut tunc amare vicinum tuum: quando eum non corrigis. Non est ista charitas: sed languor: ferueat charitas ad emendādum ⁊ corrigendum.
Augustinꝰ ad Faustū Et Augustinus ad Faustum et habetur.xxiij. questione quarta quid faciet. Quid faciet ecclesie medicina salutem omnium materna charitate conquerēs/tanq̃ inter phreneticos et letargicos estuans: nūquid contemnere: nunq̄d desistere vel debet/ vel potest vtrisq; q̄ necesse est/sit molesta: que neutris est inimica. Nā et phrenetici nolunt legari: et letargici nolunt excitari: ⁊ que habentur in textu.

¶ Finis Noni Ethicorum Aristotelis.

Incipit Decimus Liber Ethicorum Aristotelis ad Nycomacum.

Liber Decimus Ethicorum.

Tractatus Primus.

¶ Cap̄.j. Confirmat de voluptate ampliꝰ perscrutādum esse: que nostro generi est familiaris quod ad consequendam moris virtuttem maximū est gaudere: et odisse que oportet/potissimumq; quod de voluptate magna est controuersia. Duabus narratis opiniōibus/ coarguit eos qui voluptatem prauam dicendam censent/etiam si talis non sit.

Post hec sequitur forsitan vt de voluptate dicamus. ¶ Maxime nāq; voluptas nostro gn̄ri familiaris esse videtur. Quapropter erudiūt iuuenes: gubernātes ipsos voluptate/atq; dolore. ¶ Uidetur autē ad consequendam moris virtutem maximum esse: gaudere ijs quibꝰ oportet/ et odisse ea que oportet. comitant enim hec tota in vita momētum ⁊ vim ad virtutem habētia/felicemq; vitā. nam eligunt quidem ea que voluptate afficiūt: fugiunt autem ea que dolorem efficiūt. ¶ Talia vero minime pretermittenda esse videntur. presertim cum magna de ipsis sit controuersia. Quidam enim summum bonum voluptatem esse dicunt. quidam contra/vehementer prauū: partim forsitan ⁊ credētes sic esse/partim putātes ad vitam nostram melius esse voluptatem ostendere prauam esse/et si talis non est. pleriq; enim propēsiores sunt ad ipsam: ⁊ voluptatibꝰ inseruiunt. Quāobrem ad contrariū ipsos ducere oportere dicunt. sic enim ad ipsum mediū tandem peruenient. ¶ Fortasse autem hoc nō bene dicitur. Sermones enim qui de affectibus fiunt/⁊ actibus: minus creduntur q̃ opera. Cū igitur ab ijs discrepant que sensu percipiunt: tum spreti veritatem etiam ipsam interimunt. qui namq; voluptatē vituperat: is si eam visus nōnunq̃ fuerit affectare/ad ipsam inclinari videt vt talem omnem. distinguere namq; non est ipsius multitudinis imperite. Sermones igitur veri/nō solum ad sciendum: sed ad viuendum etiam perutiles esse videntur. creduntur enim cum sunt operibus consantanei. Quapropter hortantur eos qui ipsos intelligūt: ad ita viuēdum/vt ipsi definiūt. sed de his hactenus. Nūc ea que de voluptate dicta sunt/referamus.

Iste est

Iste est decimus ⁊ vlti-
mus liber Ethicorum in quo Ari
stoteles de felicitate contemplati-
ua (que in actu virtutis intellectua
Pria ꝯclo lis consistit) pertractat. ¶ Prima
conclusio. Postq̃ꝫ determinatum
est de amicitia: consequens est de
voluptate pertractare. Probatur
Prima rõ tribus rationib⁹. ¶ Prima ratio. Nam voluptas ma
xime peculiaris est generi nostro: id est homini: igitur
de ipsa est ꝑtractãdũ. Antecedẽs ꝓbat. Nã familia-
rũ gubernatores atq̃ꝫ moderatores/iuuenes volupta
te atq̃ꝫ dolore ĩstituũt: hoc ẽ/eos docẽt in q̇b⁹ est dele
ctãdũ ⁊ in quib⁹ tristandũ: igitur iudiciũ est voluptatẽ
nostro generi esse maxime familiarẽ. Homo nãq̃ꝫ ẜm
Scd̃a ratio omnes sensus delectatur: quod ceteris animantibus
non congruit. ¶ Secunda ratio. De his est determi-
nandum in hac scientia morali/quorum cognitio ma
xime videtur conferre ad virtutes morales acquiren
das. At ꝟo hui⁹ generis sũt delectatio ⁊ tristicia: q̃re
de delectatione atq̃ꝫ tristicia pertractandum est. Mi-
nor patet. Nam gaudere quibus gaudẽdum est: ⁊ do
lere pro quibus dolẽdum est/maxime confert ad vir-
tutis moralis acquisitionem. Delectatio enim et tri-
sticia per totam vitam extenduntur: habentq̃ꝫ incli-
nationem ad felicem/beatamq̃ꝫ vitam: cum homines
suapte natura delectabilia eligant: et tristia fugiant.
Tertia rõ ¶ Tertia ratio. De illis determinandum est a philo-
sopho/de quib⁹ inter morales philosophos maxima
est disceptatio/maximaq̃ꝫ controuersia: sed delecta-
ctatio ⁊ tristicia sunt huiusmodi: igitur. Minor proba
tur. Nam aliqui credunt voluptatem esse summũ bo-
num. Alij contra/ipsam esse summe prauũ iudicant.
Quorum aliqui sic asserunt: quia ita esse opinantur.
Alij vero ita esse putant: nõ quia sic est: sed quia exi-
stimant vtilius esse ad vitam humanam dirigendam
asserere voluptatem esse prauam/ q̃uis non sit: nam
cũ multi inclinent/deseruiãtq̃ꝫ voluptati/in aduersaꝫ
partẽ ducẽdi sunt: vt ad mediũ ꝑ hunc modũ facilius
deueniãt. Tales aũt ducunt in ꝯtrarium/q̃n eis per-
suadetur voluptatem prauam esse atq̃ꝫ fugiendam.

Scd̃a ꝯclo Secunda conclusio que secundã opi
nionẽ de voluptate cõfundit. Si voluptas nõ est pra-
ua/nõ est asserẽdum ipsam prauã esse propter mores
hominum: patet. Nam sermones qui sunt de opera-
tionibus humanis ⁊ passionibus/sunt minus credibi
les ipsis operib⁹: q̄ de sermonib⁹ hoĩm capimus cer
titudinem/et euidentiam per opera et experientiam:
igitur cum sermones de hominum moribus/ opera-
tionibus sunt dissoni/expellendi sunt ⁊ contemnũtur:
quia veritatem interimunt. Secunda ratio. Vitupe-
rans voluptatem/qui aliquando visus est eã affecta-
re ⁊ prosequi tanq̃ꝫ bonum/ inducit hoĩes ad oẽm vo-
luptatẽ appetẽdã tanq̃ꝫ bonã: igitur propter hominũ
mores/non est asserendum voluptatem esse de nume
ro prauorum. Antecedens probatur. Nam determi-
nare que voluptas est bona ⁊ que praua/non ad om-
Correlariũ. nes pertinet: sed solum ad prudentes. ¶ Correlariũ.
Sermones veri/ plurimam afferunt vtilitatem/ non
solum ad sciendum/sed etiam ad bene/beateq̃ꝫ viuen
dum. Probatur. Nam sermones operibus consoni et
conformes/facile creduntur: inducuntq̃ꝫ audientes
et intelligentes ad bene viuendũ. Sed de his hacte-
nus que de delectatione dicenda sunt/referamus.

¶ Ca.ij. Adductis Eudoxi rationibus quibus vo
luptatem summum esse bonum ostendere nitebatur/
probat vnam non efficere id quod intendit: sed tamen
⁊ alios minus idonee illarum quasdam refutasse.

Eudoxus itaq̃ꝫ voluptatez ex
summum bonũ esse putabat:
quia cernebat vniuersa ipsam
affectare/et que rationem ha-
bent/⁊ que expertia sunt eius-
dem. atq̃ꝫ in cunctis quod est
expetibile/ bonum esse: et quod maximum est
expetibile/ optimum esse. vniuersa vero ad idẽ
ferri declarat: omnibus illud optimum esse.
Unumquodq̃ꝫ enim id quod est sibi bonum in-
uenire dicebat: quemadmodum ⁊ alimentum.
Quod igitur vniuersis est bonum/quodq̃ꝫ cũ-
cta affectant: id esse summum bonum aiebat.
huius autem viri rationes ob moris magis vir-
tutem: q̃ꝫ propter seipsas credebantur. valde
enim videbatur esse modestus. non igitur vt
voluptatis amicus hec dicere videbatur: sed
quia vere res ita se habent. ¶ Non minus au-
tem hoc manifestum esse censebat/et ex contra-
rio. Dolorem enim etiam dicebat fugiendum
per se omnibus esse. itaq̃ꝫ contrarium expetibi-
le esse simili modo. maxime autem id expetibi-
le esse: quod non ob aliud/ neq̃ꝫ cuiusq̃ꝫ expe-
timus gratia. atq̃ꝫ tale ipsam esse sine ꝯtrouer-
sia voluptatem. neminem enim interrogas/cu-
iusnam gratia capiat voluptatem: propterea
q̃ꝫ per seipsam expetibilis est ipsa voluptas/fa-
cereq̃ꝫ ipsam quoduis bonũ expetibile magis/
si illi addatur/vt iustas operationes/tempera-
tasve. et incrementa suscipere bonum ipsum se
ipso. ¶ Videtur autem hec ratio voluptatem
ostendere bonum esse: ⁊ non magis q̃ꝫ aliud bo
num. Omne enim bonum expetibilius est cum
alio bono/ q̃ꝫ solum. Tali itaq̃ꝫ ratione ⁊ Pla
to tollit voluptatem summum esse bonum. Vi
tam enim iucundam cum prudentia dicit ex-
petibiliorem esse q̃ꝫ si sit sola. q̄ si mixtum est
prestabilius: voluptatem summũ bonum non
esse. nullo enim addito: summũ bonum se expe
tibilius fieri. ¶ Cõstat autem nec aliud quicq̃ꝫ
summũ esse bonum q̄d cum eorum aliquo que
sunt ꝑ se bona/expetibili⁹ fit. q̄d igit est tale cui⁹
⁊ nos participes sumus: nam tale q̃rit bonum.
¶ Qui vero negant bonum id esse quod om-
nia appetunt: ij nihil omnino dicũt. Quod enĩ
vniuersis videtur: id esse dicimus. qui autem si

dem hanc tollit: non multo credibiliora dicet. ¶ Nam si ea solum que mente carent/ ipsaȝ ap peterent: esset aliquid qđ dicitur. sin vero et ea que prudentiã habẽt/ipsam affectãt: q fit vt aliquid dicant. Fortasse autem et in prauis est aliquod naturale bonum prestabilius q̃ ipsa per se sunt: quod ꝓprium appetit bonũ. Nõ videt etiam r? de contrario recte dici. Inquiunt enim: non si dolor sit malum/voluptatẽ continuo bonum esse. aduersatur enim et malum malo: et ambo ei quod neutrum est. atq; hec nõ male dicunt: non tamen vere in iis que sunt dicta. Si enim ambo essent mala/ oporteret et fugienda vtraq; esse. sin neutra: neutrum / aut similiter. nunc vero illum quidem fugere vt malum/hãc autem expetere tanq̃ bonum videntur. sic igitur et opponuntur.

Capitulum secundũ vnica conclusione clauditur. ¶ Prima ɔclo. Eudoxus cẽsebat voluptatem summuȝ bonum. Hanc conclusioneȝ probat quattuor rationibus.

Pria ɔclo

Prima rõ

¶ Prima. Quicquid est omnibus eligibile et appetibile/est summum bonuȝ: sed voluptas est huiusmodi: igitur voluptas est summum bonum. Maior est manifesta: ꝛ minor probatur. Nam omnia entia tam experta rationis / q̃ ratione vtentia / appetunt voluptatem.

Scđa rõ

¶ Secunda ratio: id est summum bonum ad qđ omnia alia tanq̃ ad finem referuntur. Sed voluptas est huiusmodi: quia vnumquodq; entium cõperit suã perfectionem naturalem per media naturalia: vt animalia alimentum per motum. Id enim est summum bonum quod omnia suapte natura affectant: igitur. ¶ Et subdit Aristo. rationibus Eudoxi fidem adhiberi/non propter ipsarum efficaciam/sed propter Eudoxi mores. Fuit enim mirum immodum modestus. Nõ igit asserebat voluptatẽ summũ bonũ tanq̃ amicus voluptatis/sed recensendo opiniones antiquoruȝ philosophoruȝ.

Tertia rõ

¶ Tertia ratio. Dolor suapte natura est fugiendus. Nullus enim vult dolorem: igitur voluptas que dolori contrariatur/est per se summe expetibilis.

Quarta rõ

¶ Quarta ratio. Illud est maxime eligibile qđ sui ipsius gratia/ꝛ non alterius expetitur: atvero voluptas est huiusmodi: igitur. Minor probatur: quia neminem interrogamus quam ob causam voluptate afficitur/propterea q ipsa voluptas propter seipsam/et non propter quidpiam aliud expetibilis est. ¶ Quita ratio. Voluptas cuicunq; bono adiuncta/reddit ipm melius ꝛ expetibilius: igitur voluptas est de numero bonorum. Antecedens patet. Nam operatio temperata cum voluptate/longe expetibilior est q̃ sola operatio temperata. Similiter opus fortitudinis cum voluptate/expetibilior est q̃ sine voluptate: igit. Et hec ratio concludit voluptatem esse bonam: ꝛ non tñ esse summum bonum. ¶ In medium adducuntur rationes Platonis contra Eudoxum.

Prima rõ Platonis

Sic enim argumẽtabat Plato. Voluptas cum prudẽtia/expetibilior ẽ sola voluptate: igitur voluptas non est summum bonum. Consequẽtia tenẽt: quia summum bonum non fit per additionẽ alterius expetibilius / q̃ per seipsum. ¶ Aristo. nititur soluere rationem Platonis/negando consequẽtiam. Nam si summum bonum non fieret per additionem alterius melius: cum vnumquodq; cum alio sit eligibilius q̃ per seipsum: tunc nullum bonum quo homines ɔmunicant/esset summum bonum: quod falsum est/cum omnes summum bonum expetant.

Cõtra Eudoxum

Ad rationes Eudoxi respondet Plato/ dicens id non esse summum bonum quod omnia appetunt.

Cõtra Platonem.

Contra hoc argumentatur Aristoteles/probans id summum bonum esse quod omnia appetunt: tribus rationibus. ¶ Prima rõ. Quod omnibus videtur bonum/de facto est bonum: igitur quod omnia appetunt/de facto est bonũ. Consequentia tenet. Nam quod omnia appetunt/id omnibus videtur bonum. ¶ Secunda ratio. Opinio Platonis asserentis id non esse bonum quod omnia appetunt/ est minus ꝓbabilis/q̃ opinio Eudoxi: igit Plato Eudoxo contradicere non debebat: et presertim cum dictũ Eudoxi omnibus videatur verum. Antecedens probatur. Nam licet ꝓbabile sit asserere voluptatem nõ esse bonum: quia animalia irrationalia ipsam appetunt tanq̃ summam perfectionem: tamẽ asserere rationalia et irrationalia ipsam appetere/et non ipsam non esse summum bonum/nullam habet veritatis apparentiam: igitur dictum Platonis non est probabilius dicto Eudoxi: et per consequẽs bonum est quod omnia appetunt. ¶ Tertia ratio. Si non omnia appeterent bonum: hoc esset propter prauos/qui nõ bonum sed malum videẽtur appetere: sed hoc falsum est. Nam licet illud quod praui appetunt ea ratione qua praui sunt/sit prauuȝ: tamen in prauis est aliquod naturale bonuȝ melius ipsis prauis/scđm q sunt praui: quod appetit bonum sibi proprium et peculiare: id est proprium finem: igitur bonum est quod omnia appetunt.

Respõdet Plato tertie rationi ipsi[us] Eudoxi. Nam malo opponitur malum: ꝛ vtriq; oppo[…]nitur bonum: igitur nõ propterea voluptas est bona/ quia tristicia ei contraria est mala.

Replica Aristo.

Contra hanc solutionem argumentatur Aristoteles. Nam licet malũ malo opponatur: et vtriq; bonum: tamen tristicia ea ratione qua voluptati opponitur/nõ est malum: neq; ei opponitur/ vt malum malo. Nam si voluptas esset malum: vt tristicia: esset itaq; fugienda quemadmodum tristicia: igitur tristicia non opponitur voluptati/vt malum malo. Si enim voluptas esset mala/vt dolor. tũc esset fugiẽda vt dolor. Si ꝟo delectatio ꝛ tristicia neutra essent: vel vtrumq; esset fugiẽdum: vel vtrumq; eligendum: sed hoc non: quia homines fugiunt tristiciam/vt malum: et eligunt voluptatem/vt bonum: igitur tristicia et voluptas non opponunt vt malũ malo: nec vt neutra malo: nec vt neutra bono.

¶ Cap. iij. Reprehendit rationes quorundam nitentium colligere voluptatem bonum non esse/eo q non sit qualitas: nec quid finitũ quodq; sit motio/vel generatio que imperfecte sũt/que deniq; plereq; obscene sint. Exhinc comprobat ipse non esse voluptatẽ bonum/aut specie voluptates differre.

At qui neq;

ATqui neqꝫ si voluptas non est qualitas: propter hoc bonum nõ est. ¶ Neqꝫ enim operationes ṽtutis sũt qualitates: neqꝫ felicitas ipsa. ¶ Dicant etiam bonum quidem ipsuz definitũ esse. voluptatem vero indefinitum: quia suscipit intentionem/ remissionemve. ¶ Si igitur ex eo qꝛ magis voluptas/minusve capitur hoc dicant: erit idem ⁊ circa iusticiam ceterasqꝫ omnes virtutes/quibus manifeste dicunt magis/minusve tales eos esse/qui ipsas habent. nã magis sunt iusti/fortesve. et fit: vt et iuste agatur ac temperate magis et minus. ¶ Sin in voluptatibus hoc inquiunt esse: videant ne fortasse nõ dicant causam/ si voluptatum alie sint mixte/ alie immixte. Quid autem probibet vt sanitas que definita est/magis est atqꝫ atqꝫ minus: sic ⁊ voluptates esse? Non eniz eadem in cunctis est temperatio: nec vna quedam semper est in eodem. Sed cum remittitur permanet vsqꝫ ad aliquem terminum: et differt ex eo quia magis est atqꝫ minꝰ. tale igitur ⁊ in voluptate esse potest. ¶ Preterea summum quidem bonum perfectum est/motiones autem et generationes imperfectas esse ponentes: voluptatez motionem esse/ generationemve ostendere enituntur. Sed non dicere bene videntur. non est enim motus. omni namqꝫ motui proprium esse videtur celeritas/ tarditasve/ etsi nõ per seipsum: vt motui ipsius mũdi ad aliud. at neutrum horum competit voluptati. Fit enim vt aliquis cito sit constitutus in voluptate/quemadmodum ⁊ in ira. vt velociter autem delectetur/ non fit: neqꝫ ad alium. sed fit vt velociter ambulet/ et accrescat/ et omnia id genus. Fit igitur vt celeriter atqꝫ tarde quispiam ad voluptatem mutetur. at nõ fit/vt hac ipsa celeriter operetur: id est delectetur. ¶ Generatio vero quonam fuerit modo? Etenim nõ ex quouis fieri quoduis: sed ex quo fit/ in id dissolui videtur ⁊ cuius generatio esset voluptas: eius esset corruptio dolor. ¶ Dicũt autem dolorem quidem indigentiam eius esse quod est scdm naturam: voluptatẽ vero repletionem. hi autem affectus: corporis sunt. si igitur voluptas repletio eiꝰ est quod est scdm naturam: id et voluptate afficitur/in quo est repletio. corpus ergo capit voluptatem. At non videtur: non est ergo voluptas repletio. sed dum fit repletio: voluptate quispiam afficitur/⁊ duz secatur dolet. ¶ Opinio autem hec: ex doloribus circa alimentum/ et voluptatibꝰ orta fuisse videtur. Nam indigentes facti et antea affecti dolore/repletione capimus voluptatẽ. Hoc autem circa omnes accidit voluptates. nam sine dolore sũt ⁊ ipse mathematice volutpates/⁊ que per olfactum et auditum fiunt ac visum: vt spes complures/item ⁊ recordationes voluptate afficiũt. Cuius igitur he generatinoes erũt? nullius em̃ rei fuerũt indigentie cuius repletio fuerit. Ad eos aũt ꝗ proferunt voluptates eas que sunt obscene/ac improbe: dicere quispiã potest ea ꝗ̃ tales afferunt voluptates non eẽ iucunda. Non em̃ si praue dispositis sunt iucũda: putandum est ⁊ iucunda simpliciter esse/ nisi illis. quẽadmodũ neqꝫ salubria/aut dulcia/aut amara que egrotantibus: aut alba que lippis vidẽtur. ¶ Vel hoc modo dicaꝫ. Voluptates expetibiles quidem esse/non tamen ab illis/quẽadmodum et diuitem esse expetibile quidem est: at nõ ex patrie proditione. ⁊ sanum esse/ at non quodcũqꝫ edendo. An voluptates differũt specie? Diuerse namqꝫ sunt que ab honestis rebꝰ ⁊ que a turpibus prodeunt. et non fit/ vt quisqꝫ iusti capiat voluptatẽ/si non sit iustus/aut musici si non sit musicus/et in ceteris simili modo. ¶ Ostendere autẽ videtur ⁊ ipse amicus/ cum sit ab adulatore diuersus: non esse voluptatem bonum/aut specie voluptates differre. hic eniz ad bonum: ille ob voluptatem ꝯgredi videtur. et ille quidem vituperatur/hunc aũt laudãt: vt ad diuersuz ꝯgredientẽ. ¶ Nemo preterea expetet ita viuere vt mentem habẽs per vitã pueri/ijs ex rebus capiat voluptatem quibus pueri maxime delectantur vt putant: aut gaudere/ turpissimũ quid faciẽdo nullũ vnqꝫ suscepturꝰ dolorez. ⁊ compluribus iudulgeremꝰ rebꝰ: etiã si nullam voluptatem afferrent. Damus enim operã vt videamꝰ/ vt meminerimꝰ/ vt sciamꝰ/ vt habeamus virtutes. Qꝛ si necessario hec sequaꝫ voluptas: nihil refert. expeteremꝰ em̃ hec etiã si nulla prorsus ab ipsis ꝓuentura esset voluptas. voluptatẽ igiꝫ neqꝫ summũ bonũ esse/ neqꝫ expetibilẽ oẽm/⁊ voluptates nõnullas eẽ ꝑ se expetibiles/specie differentes: aut ea a qbꝰ ꝓueniunt/ꝑspicuum esse videꝫ. Ea igiꝫ que de voluptate/doloreqꝫ dicunꝫ: satis sint dicta.

IN hoc tertio capitulo Aristo. soluit rationes Platonis/quibus nititur probare voluptatem non esse bonum. ¶ Prima ratio. Voluptas nõ est qualitas: igitur nõ Prima rõ
est bonum. ¶ Ad hanc rationem respondet phs/negando cõsequentiã: qꝛ nõ omne bonum est qualitas. Nam operatio virtutis est bonũ: ⁊ tñ nõ est qualitas.

[Scd̃a ratio Platonis] Similiter felicitas humana. ¶ Secũda ratio. Omne bonum est finitum et determinatum: sed voluptas non est determinata: igif voluptas non est bonũ. Maior est clara: & minor probaf. Nam delectatio suscipit magis & minus. i. augetur et minuitur: igitur in nullo certo gradu consistit. ¶ Ad hanc rationē respondet Aristo. negando minorem cum vltima cõsequentia: cuius ratio est: quia vel Platonici iudicãt voluptatē esse indeterminatā: q2 suscipit magis & minus: & hoc non: q2 ẜm iusticiā & alias virtutes dicunf quales ẜm magis & minus: & tamen iusticia est bonum determinatum/ quemadmodum quelibet alia virtus. Vel hoc dicunt ꝓpter ipsas voluptates: sed hoc ꝯstat esse falsum: quia insufficiēter assignarent causam indeterminationis. Nam ẜm eos/ quedā delectationes sunt immixte/ non suscipientes incrementũ & diminutionem: quedam vero mixte que suscipiunt incrementum & diminutionem. [Bona rõ] ¶ Item: sanitas est determinata: et tamen suscipit magis & minus: igitur nihil prohibet voluptatem determinatam esse: & suscipere magis & minus: antecedens patet. Nam cõmensuratio humorũ non est eadem in omnibus: neq3 in eodem semper est eadam cõmensuratio: et remanet remissa vsq3 ad aliquem terminum: et differt ẜm magis & min⁹. ¶ Tertia ratio. Omne per se bonum/ est perfectũ: sed delectatio est imperfecta: igitur nõ est per se bonum. Minor probatur. Nã omnis motio vel generatio/ est q̃d imperfectũ: sed omnis voluptas est motio vel generatio: igitur omnis voluptas est imperfecta. [Solutiones rationum] ¶ Pro huius rationis enodatione ponit phs duas propositiones. [Prima ꝓpõ] ¶ Prima ꝓpositio. Voluptas nõ est motio. probatur: q2 omni motioni proprium est velocitas vel tarditas: hoc est/ omnis motio est velox vł tarda/ vel ẜm se/ vel in cõparatiõe ad aliud. Sed nulla voluptas est velox vel tarda: igitur nulla voluptas est motio. Maior probatur. Nam cõtingit ire et augeri velociter vel tarde. Minor probatur. Nam licet contingat aliquem voluptate affici velociter vel tarde ẜm motum: [Nota bene] sicut contingit tristatum fuisse: tñ non contingit delectari velociter vel tarde ẜm voluptatē/ nec ẜm se/ nec in comparatione ad aliud: hoc est dictu: contingit aliquem velociter vel tarde traduci & moueri: sed nõ cõtingit aliquem ẜcd̃m voluptatem velociter delectari. [Scd̃a ꝓpõ] ¶ Secunda propositio. Delectatio nõ est generatio. Probatur duabus rationib⁹. ¶ Prima ratio. Si delectatio est alicui⁹ rei generatio/ tũc tristicia est eiusdē rei corruptio: & cũ nõ q̃dlibet fiat ex q̃libet/ sed ex illo in qd̃ per corruptionem resoluitur: sequitur ꝙ per tristiciam fieret resolutio alicu⁹ in illud/ ex quo per delectationem fiebat. Consequens autem est falsum: licet ꝯcessum a Platone/ qui dicebat tristiciā esse defectum & indigentiam alicuius/ quod nobis ẜm naturā conueniebat. Et ẜcd̃m eũ/ delectatio est eiusdē repletio. Falsitatem consequentis & omnium dictoꝝ Platonis sic probat Aristo. Nā si delectatio est repletio eius quod est nobis conueniēs ẜm naturam: sequitur ꝙ illud delectatur quod repletur. Et cum repletio et indigentia sint passiones corporales: igitur corp⁹ delectatur. Sed hoc constat esse falsum: cum corpus nõ delectetur: igitur delectatio nõ est repletio: sed facta [Nota bene] repletione delectatur repletus: nec tristicia est incisio: sed incisus ex incisione tristatur. Sed Plato hec opinatus est de voluptatib⁹ & tristicijs que fiunt circa cibum: propterea ꝙ si aliquis tristatus sit propter indigentiam cibi/ ille (facta repletiõe) voluptate afficitur.

¶ Secunda ratio qua philosophus ostēdit voluptatem non esse generationem/ & fundamentum opinionis esse insufficiens. Alique sunt voluptates que nullius indigentie repletiões sunt: igitur alique sunt delectationes que nullius sunt generationes. Consequētia tenet ex dictis Platonis. Antecedens patet. Nam alique sunt delectatiões quas nulla precedit tristicia vt patet de delectationibus que ex disciplina proueniunt: & de delectatiõibus quas per sensus exteriores recipimus: sc3 videndo/ audiendo. Similiter de delectationib⁹ que fiunt memorãdo et speculando. Tales enim delectationes nulla precedit tristicia. ¶ Quarta ratio que ẜm aliquos non est ipsi⁹ Platonis. Quedam delectationes sunt turpes & obscene: igitur voluptas non est bonũ. ¶ Huic rationi tripliciter respõdit Aristo. ponens tres propositiones. ¶ Prima: nulla obscena & turpia sũt simpliciter delectabilia/ patet: nam non est necesse ꝙ si aliqua sint delectabilia male dispositis/ ꝙ propterea sint delectabilia simpliciter: vt patet in egrotantibus/ quib⁹ que videnf sana/ dulcia vel amara/ nõ oportet ea esse talia simpliciter: sed ipsis duntaxat. Patet etiam in lippis in quib⁹ non est opus ea esse alba simpliciter/ que ipsis alba apparent propter oculorum indispositionem vel infirmitatem/ que opthalmia dicitur ẜm philosophum. ¶ Secũda propositio ex qua oritur secunda solutio. Huiusmodi voluptates sunt eligibiles: non tamen ex his rebus suscipiende sunt ex quibus obscene et turpiter suscipiuntur. Probaf a simili. Nam licet eligibile sit ditari: non tamen per patrie proditionem: etiā licet sit eligibile sanum esse: non tamen quodcunq3 comedenti/ vtpote comedendo carnes patris vel venenum. ¶ Tertia [Tertia ꝓpõ] ꝓpositio. Delectationes que a reb⁹ turpibus suscipiũtur/ specie differunt ab his que a rebus honestis ortũ trahunt. Probatur quinq3 ratiõibus. ¶ Prima ratio. [Prima rõ] non contingit eum qui nõ est iustus/ ea (que est iusti) delectatione delectari: et idem iudicium sumendum [Scd̃a rõ] est in alijs. ¶ Secunda ratio que procedit ex sola differentia amici & adulatoris. Nam amicus causa boni alloquitur amicum: adulator vero causa delectationis. Cum igif homines laudent amicū/ vituperētq3 adulatorem/ dicendum est delectationē ab adulatore procreatam non esse bonam: igitur delectatio non est bonū/ vel delectatiões inter se discrepãt. ¶ Tertia ratio. Nemo habēs mentem puerilem/ expeteret viuere et delectari in his quibus pueri delectantur: igitur censendum est delectationes esse diuersarũ specierum: cum multi velint delectari: & nulli talib⁹ oblectamētis puerilib⁹. [Quarta rõ] ¶ Quarta ratio. Nullus eligeret semper gaudere/ & nullo modo tristari/ faciendo turpissima: igitur sunt alique delectationes a turpib⁹ specie differentes. [Quinta rõ] ¶ Quinta ratio. Multa sunt quibus maxime delectamur: etiā si nulla alia ex eis delectatio sequaf/ vtpote videre/ recordari/ scire/ ꝟtutes habere. Et q̃uis talia forte de necessitate sequatur delectatio: attamen si nulla sequeretur/ talibus operā daremus: igitur alique sunt delectatiões a turpibus specie differentes. ¶ Epilogatio. Manifestū est ex his que dicta sunt/ voluptatem non esse summū bonum. Similiter nõ omnis delectatio est eligibilis: licet aliqua sit ẜm se eligibilis: quequidem voluptates/ specie differunt ab his a quibus producuntur.

¶ Ca. iiij. Sermone altius repetito/ ostendit voluptatem non esse ipsum motum/ aut generationē: q̃m

hec in

hec in tempore fiunt/ & nequaq; in non tempore quo-modo sit partibilium: sed id quod operationem/ sen-susve sequens perficit/ quasi resultans quidam finis. Docet eam non esse continuam: sed vt operatio ne-glectior fit extenuari ac offuscari. addit ideo omnis appetere voluptatez: quia perficit. viuere cuiusq; qd expetibile est. Dubiumq; reliquit an voluptatem ob viuere an contra appetamus. hec enim nõ separant.

SEd quidnam / aut quale sit: magis patebit si sermonem paulo altius re-petemus. Uisio em̃ quouis in tẽpo-re/ perfecta esse videtur. nil eniz ipsi deest/ quod postea factum species ipsius perfi-ciet. tali persimilis est & ipsa voluptas. Est em̃ quoddam totum. nulloq; in tempore volupta-tem quispiam accipiet: cuius species si maiore tempore fiat / perficietur. quocirca nec motus est. in tempore em̃ est omnis motus. ¶ Et ali-cuius etiã finis. vt edificatio tunc erit perfecta: cum id fecerit quod affectat/ in toto tempore/ aut in hoc. in partibus autez temporis omnes sunt impfecte/ & a tota/ et inter sese diuerse spe-cie sunt. compositio namq; lapiduz diuersa est ab erectione colũne/ et he rursus a templi effe-ctione. Et templi quidem est perfecta: nullius em̃ ad propositum indiget rei. fundamentorũ autem & laquearium imperfecta. est em̃ vtraq; pars. differunt igitur specie. et fieri non potest: vt quouis in tempore motus specie perfectus accipiatur / nisi in toto. Similiter res sese ha-bet & in ambulatione/ & motionibus ceteris. nã latio motus est / quo quidem ex hoc ad hoc …tur: & huius differentie specie volatio/ ambu-latio/ saltatio/ & talia motiones sunt quibus ex hoc in hoc similiter itur. Non solum aũt in his res ita sese habet: sed in ipsa etiã ambulatione. termini nãq; nõ sunt ijdem in stadio toto/ atq; in parte: & in alia atq; alia parte. neq; idem est pertransire lineam hanc & illã. non solum enim lineam: sed etiam in loco collocatam pertrãsit. Atq; hec & illa/ in diuersis sunt locis. sz exacte quidez de motu alijs in locis est dictum. vide-tur autem non in omni tempore esse perfectus. sed multi sunt impfecti/ specieq; diuersi. siqui-dem ipsi termini speciei sunt effectores. At vo-luptatis species quouis in tẽpore est perfecta. patet igitur voluptatem & motũ diuersa esse: & voluptatem ex ijs esse que tota sunt & perfecta. ¶ Id et ex eo ita esse videbitur: quia moueri quidem in non tempore nihil potest/ volupta-te autem affici potest. quod em̃ in ipo nunc est: totum est quoddam. Ex his autem patet non bene dici voluptatem motũ esse vel generatio-nem. non enim omniũ hoc dicuntur: sed parti-bilium & non totorum. Neq; em̃ visionis/ neq; puncti/ neq; vnitatis est generatio: neq; quicq̃ horum est motus vel generatio. quare neq; vo-luptatis. est em̃ quoddam totum. At vero sen-sus oĩs ad sensibile est operatio quedam: per-fecta autem eius qui bene est dispositus/ ad id quod est pulcherrimũ eorum que ipsi subijciũ-tur. tale em̃ maxime videtur esse operatio ipsa pfecta. Atq; nihil intersit: siue ipse/ siue id quo est ipse/ operari dicatur. In vnoquoq; autem genere prestabilissima est eius operatio: quod optime dispositum ad id quod est prestabilis-simũ eorũ/ que ipsi obijciuntur. hec autem per-fectissima est & iucundissima. In omni namq; sensu vluptas est: & in mente simili modo/ con-templationeve. iucundissima autem est ea que est perfectissima. perfectissima autez est ea que est eius quod bene sese habet ad id qd est stu-diosissimũ eorũ que cadunt sub ipsam. ¶ Uo-luptas autem perficit operationem / atq; non eodem modo voluptas perficit/ ac sensibile/ et sensus: si sunt studiosa. quẽadmodum neq; sa-nitas/ medicusq; similiter cause sunt vt quispiã valeat. In vnoquoq; autem sensu voluptatez fieri cõstat. dicimus em̃ visiones ac auditiones voluptatem afferre. Constat aũt maxime tum/ cũ sensus est prestabilissimus/ & circa tale ope-ratur. atq; cum talia sunt: ipsum sensibile et id qd sentit erit semper voluptas/ si est qd agat et quod patietur. Perficit aũt operationem vo-luptas non vt habitus: sed vt resultans quidã finis/ perinde atq; pulchritudo in ijs qui vigẽt etate. ¶ Atq; quousq; ipsum sensibile vel in-telligibile/ & id quod discernit vel cõtemplatur tale sit quale esse oportet: erit in operatione vo-luptas. Nam cũ sunt similia ipm passiuũ/ atq; actuum/ & inter sese modum habent eundem: idem semper natura fieri solet. ¶ Quãdo igit̃ nemo cõtinue voluptatem capit aut defatiga-tur (omnia em̃ humana nequeũt cõtinue ope-rari) neq; voluptas igit̃ ꝯtinue fit: sequit̃ enim operationẽ. ¶ Nonnulle autem res cum noue sunt/ delectant: sed postea nõ similiter/ propter hec ipsa: primo namq; inuitatur mens. et circa illas operatur intense/ quẽadmodũ operantur visu qui inspiciũt: deinde nõ fit talis ipsa ope-ratio / sed neglectior. quapropter et voluptas extenuatur/ ac offuscatur. ¶ Putauerit autẽ quispiam omnes ideo voluptatẽ appetere/ qr viuere etiam omnes affectant. Uita vo quedã

est operatio. atq; circa ea quelibet ⁊ ijs operat: que et maxime amat vt musicus quidā auditu circa cantus: cupidus vero discēdi/ mēte circa res contēplandas. Eodē modo et singuli ceterorū. voluptas autem perficit operationes: et ipm etiā viuere qđ appetūt. cū ratione igitur et voluptatem affectant. perficit eñ ipsum viuere vniuscuiusq; quod expetibile est. Querere vo vtrum ob voluptatē viuere expetamus/ an voluptatem ob vitam: missum in presentia faciamus. Coniuncta enim hec esse videntur/ ⁊ non suscipere separationem. nam ⁊ sine operatione voluntas non fit: ⁊ omnem operationem perficit ipsa voluptas.

Prima ꝯclo

Capitulū quartum quattuor ꝯclusionibus cuȝ sex correlarijs vallatur.

¶ Prima ꝯclusio. Menti Platonis contraria delectatio non est motus. Probatur duabus rationibus. ¶ Prima ratio. Omnis motus est in tempore: sic ꝙ in qualibet parte tēporis est imperfectus: ⁊ in posteriori parte semꝑ aliquid additur qđ eius speciē perficit: ⁊ aliquando partes correspondentes partibus temporis sunt alicuius speciei a motu correspondente toti tempori ⁊ a se inuicem. Omnis autē delectatio scđm quodlibet tempus est perfecta: sic ꝙ nihil deest quod perficiat eius speciē in parte posteriori temporis acquirendā: igitur nulla delectatio est motus. Minorē huius rationis probat philosophus. Nam visio scđm quodlibet tempus/ perfecta est: ⁊ nō indiget aliquo in priori parte tēporis quod in posteriori parte temporis acquisitum/ eius speciem perficiat: igitur et delectatio. Maior predicte rationis probat dupliciter. Primo. Omnis motus est gratia alicuius termini/ quo acquisito motus est perfectus: vt edificatio non est perfecta: nisi prius completo ⁊ peracto eo qđ per edificationem acquiritur. Talis eñ est ambulatio/ edificatio: ⁊ sic de alijs motibus. Nam in singulis partibus temporis totā edificationē cōmensurantis/ sunt partes edificationis/ etiam diuerse scđm speciem/ et inter se/ ⁊ a tota edificatione: et omnes tales partes imperfecte sunt: vt lapidū cōpositio atq; ꝯgregatio/ alia est a colūne erectione ⁊ lapidum. Item: compositio atq; colūne erectio specie differunt a templi edificatione: ac confectio perfecta est non egens aliquo quod intendebatur. Confectio autem fundamenti ⁊ laquearis/ imperfecta est/ ⁊ specie differentes/ ⁊ partes totius motus. Et sic in nulla parte temporis potest capi motus perfectus: sed in toto tēpore. ¶ De ambulatione probatur. Nam si motus localis est terminus a quo/ ⁊ terminus ad quem: ⁊ eius differentie scđm speciem sunt/ vt volatio/ saltatio/ ⁊ similes motus locales: et nō solum ista differunt specie: sed etiā termini a quo ⁊ ad quem: sicut nec in toto studio ⁊ in partibus stadij. Similiter non est idem pertransire hanc lineam ⁊ illam; sed hanc lineam in hoc loco/ et illam in illo existentem pertransimus. ¶ De motu autem exactius alijs in locis dictum est: vtpote in libris physicorꝫ. ¶ Ex dictis claret motū non in omni tempore esse perfectū. Sed in quolibet tempore multi sunt motus imperfecti/ etiam distincti specie scđm varietatem terminorum a quibus ⁊ ad quos imperfectorum. Voluptas vero in quolibet tempore perfecta est scđm speciem: ⁊ est inter tota ⁊ perfecta numeranda: igitur delectatio non debet censeri motus. ¶ Secunda ratio. Non cōtingit moueri in non tempore. Atvero contingit voluptate affici in non tempore: igitur voluptas est aliquod totum perfectum: ⁊ per ꝯsequens voluptas nō est motus. Consequentia claret. Nam quod est in ipso nunc totum/ aliquid est

Correlariū.

¶ Ex his: patet contra Platonicos voluptatem nō esse motum vel generationē: patet. Quia non omniū sunt motus ⁊ generatio/ sed partibiliū solum/ et non totorum: cuiusmodi non est delectatio. Antecedens deducitur: quia visionis non est motus/ neq; generatio. Similiter nec puncti/ nec vnitatis: ⁊ per consequens non omnium sunt motus et generatio.

Scđa ꝯclo.

Secunda cōclusio. Perfecta operatio est operatio potentie bene disposite circa obiectū pulcherrimū eorum que illi potentie subiacent.

Probatur. Nam omnis sensus operatur circa suum proprium sensibile: cuiꝰ perfecta operatio est sensus bene dispositi circa pulcherrimum sensibilium que illi sensui subiacent: igitur perfecta operatio est potentie bene disposite. Et hec conclusio est tanq; suppositio pro dicendorum intellectu.

Dubitatio.

Dubitatio. Diceret eñ aliquis sensum non operari: sed id in quo est sensus.

Solutio dubitationis. Nihil refert

asserere ipm sensum: siue id in quo est sensus/ operari: q2 scđm vnamquāq; potentiam/ illa operatio est optima/ que est potentie optime disposite eorum que illi subiacent.

Tertia ꝯclo

Tertia conclusio. Huiusmodi operatio optima potentie optime disposite circa potentissimum ⁊ studiosissimū eorum que sub ipsa sunt/ est perfectissima ⁊ delectabilissima operatio.

Probatur per inductionem. Nam scđm omnem sensum est delectatio: ⁊ similiter scđm intellectum ⁊ cōtemplationem: sed delectabilissima operatio ipsius sensus vel intellectus/ est illa que est perfectissima/ que est potētie bene disposite circa optimū eorꝫ que ipi subiacēt.

Quarta cōclusio.

Quarta conclusio. Delectatio perficit operationem scđm vnumquēq; sensum: nō vt sensibile ⁊ sensus: sed vt quidam finis superueniens.

Prima pars relinquitur nota. Qꝫ autem delectatio non perficiat operationem vt sensibile/ ⁊ sensus eam perficiunt/ probatur: quia sanitas ⁊ medicus non simili modo sunt causa sanitatis conferende. Nam medicus est causa efficiens sanationis vel conferende sanitatis: sanitas vero est causa finalis. Sed ꝙ delectatio scđm vnumquēq; sensuȝ operationē perficiat/ probatur. Nam dicimus visiones ac auditiones et alias sensuum exteriorum operationes esse delectabiles/ ⁊ maxime cuȝ sensus est perfectissimus/ ⁊ operatur circa optimū et potentissimum eorum que ipsi subiacent: sed sensu et sensibili talibus existentibus/ semper sequitur delectatio. Qꝫ autē delectatio perficiat operationem/ non vt habitus/ sed vt quidam superueniens finis/ probatur: quia delectatio perficit operationem vt pulchritudo iuuētutem. ¶ Subduntur quinq; correlaria. ¶ Primum. Tandiu delectatio opationi

Primū correlarium.

ctatio operationi est annexa/quãdiu sensibile vel in-
telligibile:similiter discernẽs et speculans:talia sunt
qualia oportet. Probatur. Nam actiuo et passiuo si-
mili modo se habentibus / et adinuicem applicatis/
Scdm cor-relarium. semper natum est idem oriri. ¶ Scdm correlarium.
Nemo ↄtinue voluptate afficit. Nam voluptas ope-
rationem comitatur:sed nemo cõtinue operatur:igi-
Tertiũ cor-relarium. tur nec voluptate afficitur. ¶ Tertium correlarium.
Aliqua dum noua sunt/delectant:que postea nõ de-
lectant. Patet:nam quedam sunt circa que mens hu
mana inuitatur ad intense operandũ : quia prona est
& concitata per affectiones:postea vero remisse & cum
quodam neglectu operatur et pedepressim delecta-
Quartũ cor-relarium. tio offuscatur. ¶ Quartũ correlarium. Omnes expe
tunt voluptatẽ. Probatur duabus rationib⁹. ¶ Pri-
ma. Omnes appetũt vitam:sed vnusquisq; viuendo
operatur: cum vita non possit esse sine operatione:et
vnusquisq; circa ea operatur que maxime amat: vt
musicus circa cantus auditu operatur: amator vero
discipline/mente operatur circa speculationem:et sic
de similibus:igitur. ¶ Scda ratio. Delectatio perfi-
cit operationem:& etiam ipsum viuere:omnes autẽ
Quintũ cor-relarium. appetũt viuere:igitur & voluptatẽ. ¶ Quintũ corre-
larium. Peruestigare an ob voluptatẽ expectamus
viuere:an vitam ob voluptatem/in presenti negocio
non est discutiẽdum. Licet hec duo/vtpote voluptas
& vita/videantur coniungi:& necquaq; posse separa-
ri. Nam sine operatione non fit delectatio:& omnem
operationem perficit.

Annotatio-nes. ¶ Annotationes textus.

¶ Laqueare vel laq̃ariũ/camera est vel pars supior
cubiculi:sed hic accipit pro trabibus planis domuũ.

¶ Ca.v. De diuersitate voluptatũ agit/ostendẽs
eas specie differre/ob idq; operationis specie differẽ
tes perficiũt: suntq; singulis ꝓprie/eo ꝙ agent opa-
tiones& que a diuersis sunt operationes impediunt.
Tandem voluptates probitate ac prauitate differre
demonstrat/vt actiones:additq; singulis animaliũ
generibus proprias quasdã esse voluptates:ideoq;
specie inter se diuersas. Et licet in hoibus discrepan
tia sit:tamen studiosi iudicio standũ esse. Ob qd in-
fert eas demũ voluptates/que beati viri opationes
perficiunt/proprias hominis esse.

VIde et specie voluptates differre vi-
dentur. Nam ea que sunt diuersa spe-
cie/a diuersis perfici putamus. Sic
enĩ videntur/et ea que a natura/et ea
que ab arte conficiũtur. vt animalia/arbores/
pictura/statua/ domus/ vas/et similia. simili-
ter igitur & operationes differẽtes specie:a dif-
ferentibus specie perficiũtur. operationes au-
tem mentis ab operationibus sensus:& he rur-
sus inter sese differunt specie. igitur & volupta-
tes que ipsas perficiunt. ¶ Hoc autem & ex eo
patebit : quia vnaqueq; voluptas est ei pro-
pria operationi/quã perficit. propria enĩ volu-
ptas auget operationem. Qui namq; cum vo-
luptate operantur : singula magis discernunt/
atq; exactius comprehendũt. veluti geometre
fiũt qui geometrica gaudent ↄtẽplatione:ma-
gisq; intelligunt singula. Similiter & qui musi-
cam amant/et qui ediũ extruendarũ delectant
arte/ceterorũ singuli om̃es in opere proficiunt
proprio:hoc ipso se oblectãtes. voluptates igi-
tur augent operationes. at ea que augent:pro-
pria sunt. que vero diuersis specie propria sunt:
& ipsa diuersa specie sunt. ¶ Preterea magis
hoc ex eo videbit ita esse:quia voluptates que
a diuersis sunt/impedimento sunt operationi-
bus. Qui namq; fistulis delectantur/nequeũt
mentem sermonibus adhibere/si quẽpiam au-
dierint modulantem:magis modulandi gau-
dentes arte / q̃ꝫ operatione presenti . voluptas
igit ea que a modulandi facultate prodit: ope-
rationem que est circa sermones corrũpit. hoc
idem & in ceteris euenire vsu videtur:cum cir-
ca duo simul quispiã operatur. Operatio nãq;
iucundior alteram excludit. & si multum volu-
ptate ꝓcellat/magis extrudit: atq; adeo vt ne-
q; operetur per illam. Quocirca cum vehemẽ
ter aliqua re gaudemus/non multo aliud agi-
mus:& alia facimus/cum parũ nobis alia pla-
cent. vt & in spectaculis:qui bellaria edũt/tum
id maxime faciunt cum viles sunt qui conten-
dunt. Cum igitur propria quedam voluptas
exactas operationes reddat / et diuturniores/
ac meliores efficiat/aliene vero extenuent/atq;
corrumpant:constat ipsas inter sese vehemen-
ter distare. ¶ Aliene namq; voluptates id fe-
re quod proprij dolores efficiunt. Etenĩ pro-
prij dolores operationes ipsas corrumpunt. vt
si huic scribere/illi rationẽ subducere iniucun-
dum est/atq; molestum:hic non scribit/ille ra-
tionem non subducit/quippe cum dolorẽ affe-
rat operatio. Circa igitur operationes contra-
rium a proprijs voluptatibus& doloribus ac-
cidit:atq; voluptates/doloresue proprij sunt/
qui in operatione per seipsam fiunt. Alienas
vero voluptates dicimus eo ꝙ simile qd atq; ipi
dolores efficiũt. corrumpunt enĩ etsi non simi-
liter/ operationes. ¶ Cum autẽ operationes
probitate differãt atq; improbitate/& alie qui-
dem sint expetẽde/alie vero fugiẽde/& alie neu-
tre:similiter sese habẽt & voluptates. nam vni-
cuiq; operationi est propria quedã voluptas.
que igitur studiose propria est/ea & proba:que
vero praue / ea est improba . ¶ Etenim et cu-
piditates honestarũ quidem laudabiles sunt:
turpium vero vituperabiles . Magis autem
proprie sunt operationibus voluptates que
sunt in ipsis : q̃ꝫ ipse cupiditates. he namq; se-

iuncte sunt: et temporibus/ et natura. ille vero propinque sunt operationibus /atque adeo indistincte vt contentio sit: si idem sit operatio et voluptas. non tamē ipsa voluptas mentis/esse videtur operatio / neque sensus. est enim absurdum. sed quia nō separatur: idem quibusdam videtur. ¶ Ut igitur operationes sunt diuerse: sic & voluptates. differt autem visus a tactu puritate: & audit⁹/ac odorat⁹ a gustu. Similiter igitur & voluptates differunt. & ab his item ee que sunt mētis. et he rursus differentiam inter sese suscipiunt. ¶ Videtur autem vnicuique animalium et propria quedam esse voluptas sicut et opus. est enim ea que comitatur operationem. In singulis etiam intuēti id ita esse videbitur. alia namque voluptas est equi/alia canis/alia hominis. quemadmodum & Heraclitus dicit asinum stramina magis optare quam aurum. asinis enim pabulum auro iucūdius est. Voluptates igitur ee que sunt diuersorum specie/differunt specie: eas vero que sunt eorūdem/cōsentaneū est rationi diuersas non esse. ¶ In hominibus autem non mediocriter discrepāt. Eadem enim alios dolore afficiunt: alios delectant. et alijs quidem molesta sunt / odioque habētur: alijs vero iucunda/ac amabilia sunt. hoc et in dulcibus accidit. nō enim eadem dulcia febricitāti atque sano vidētur. neque calidum idem infirmo/atque optimam habitudinem habēti videntur. Similiter et in alijs accidit. ¶ In omnibus autem talibus id esse tale videtur: quod studioso videtur. quod si hoc recte dicitur/ quemadmodum et videtur et est/atque virtus/ & bonus hoc ipso quo talis est/omniū est mensura: erunt et voluptates profecto que huic videntur/et iucunda quibus gaudet ipse. Atque non mirum est si ea que huic molesta sunt: alicui videantur esse iucunda. multe namque corruptele / deprauationesque hominum fiunt. iucunda autem non sunt: sed his / et ita dispositis. ¶ Eas igitur que sunt sine controuersia turpes constat non esse dicendum voluptates esse / nisi corruptis. earum vero que probe videntur esse / qualem aut quam dicendum est hominis esse: an ex operationibus cōstat: has enim ipse voluptates sequuntur. Siue igitur vna sit / siue plures operationes perfecti viri/ atque beati: ee voluptates / que has perficiunt/ proprie dicende sunt hominis voluptates. cetere vero secundo/et perparum: quemadmodum et operationes.

Capitulū quintū quattuor cōclusionibus & vna questione enodatur.

Prima ꝯclusio. Voluptates inter se specie differunt. Probatur tribus rationibus. — Prima ꝯclo

¶ Prima est. Distincta specie a distinctis specie perficiuntur: sed operationes distinguuntur specie: et voluptates ipsas operationes perficiūt: igitur voluptates inter se specie distinguuntur. Maior deducitur per inductionē. Nam ea que scd̄m naturam fiūt/ab his que fiunt scd̄m artem distinguūtur: vt animalia & arbores/que res naturales sunt/a picturis/statuis/domibus/vasis/ specie differūt. Scd̄a pars minoris est satis clara: & prima sic probatur. Nam operationes sensus & intellectus specie differunt: igitur operationes ab operationibus specie differunt. ¶ Scd̄a ratio. Quecunque sunt propria distinctis specie/illa specie distinguūtur: sed vnaqueque voluptas propria est operationi quā perficit: igitur cum operationes differunt specie / sic et voluptates. Minor est clara. Nam propria delectatio auget operationē quam perficit. Operantes enim cum delectatione magis & certius singula discernunt et exquirunt: vt geometre magis singula que ad artem pertinent / intelligūt. Similiter musici & domorum structores/singulique artifices cum voluptate operantes/magis suam operationem perficiunt: ctiusque ratem quā adipisci volunt/discūt. ¶ Tertia ratio. Voluptates que vni operationi annectuntur/sunt impedimento voluptatibus alias operationes cōcomitantibus: igitur voluptates inter se discrimen/differentiamque patiuntur: quod patet a signo. Nam qui multum delectantur fistulis / impediuntur circa ea opera que circa sermones sunt: & sic de similibus iudicandū est. Cum enim quis circa duo simul operatur/delectabilior operatio alterā extrudit. Secundo probatur idē assumptū per experientiā. Nam qui vehementi oblectamēto circa aliquid capiuntur/ nihil aliud operantur: cum autē remisse delectantur in vno/aliud operantur: vt in spectaculis qui bellaria edunt: & id potissimū contingit/cū hi qui decertant viles sunt & abiecti. ¶ Concludit Aristoteles. Cum enim annexe voluptates intendant operationes/ipsasque diuturniores reddant atque meliores: peregrine vero delectationes eas remittant/manifestū est voluptates multū differre. ¶ Ex predictis inferuntur duo correlaria. ¶ Primū. Aliene voluptates id efficiunt circa operationes/quod proprij dolores. Nam proprie tristicie corrumpunt operationes/quēadmodū aliene voluptates. Ans suadetur. Nam si quis scribendo tristetur/aut ratiocinando/ propter tristiciā & a scriptione & a ratiocinatione statim desistit. ¶ Scd̄m correlariū. Propria delectatio & similiter propria tristicia circa operationē cōtraria efficiunt: he voluptates proprie sunt que per seipsas operationibus conueniūt: et idē de doloribus dicatur. ¶ Dicuntur autem voluptates aliene/quia simile quid proprijs doloribus efficiunt. Nam corrumpunt operationes: non tamen omnino vt proprie tristicie. — Primū correlarium. — Scd̄m correlarium.

Scd̄a ꝯclusio. Delectationū alie bone sunt/alie improbe. Probatur duabus rationibus. — Scd̄a ꝯclo.

¶ Nam quedam operationes sunt bone & eligibiles: alie vero male et fugiende: & alie neutre: igitur delectationes operationibus annexe/easdem proprietates sibi vendicant. ¶ Secunda ratio procedēs a minori ad maius. Delectationes sunt magis proprie & peculiares

peculiares operationibus/q̃ concupiscentie vel ap-
petitus rerũ delectabiliũ: sed concupiscentie bonarũ
rerum sunt bone ⁊ laudabiles: concupiscentie ꝟo tur
pium rerum improbe sunt ⁊ vituperabiles: igitur de-
lectationes peculiares bonis operationibus bone
sunt ⁊ laudabiles: ⁊ delectationes familiares prauis
⁊ turpibus operationibus praue sunt ⁊ turpes. Ma-
ior huius rationis suadetur. Nam cõcupiscentie ope
rationum discrete sunt ⁊ separate ab operationibus:
⁊ natura ⁊ tẽpore. Delectationes ꝟo sunt ipsis ope-
rationibus adeo connexe ⁊ propinque/ vt dubium sit
an voluptas sit eadẽ operationi: an ab ipsa distincta
atqꝫ separabilis: non videtur tamen voluptatem esse
operationem intellectus vel sensus. Nam illud esset
absurdum: sed quia non separantur/ quibusdã videã-
tur esse idem: igitur delectatiões sunt magis proprie
⁊ peculiares ipsis operationibus q̃ concupiscentie.

Tertia ꝯclo. **Tertia ꝯclusio. Voluptates purita-
te ac impuritate differunt.** Probatur. Nam talis est
differentia delectationũ qualis est potentiarũ ⁊ ope
rationum: sed potentie ⁊ operationes puritate ⁊ im-
puritate discrepant: igitur et delectationes. Minor
suadetur per inductionẽ. Nam visus ⁊ a tactu differt
puritate/ ⁊ auditus ⁊ olfactus a gustu: igitur et ope-
rationes predictorũ sensuũ: et per consequens volu-
ptates que sunt circa sensuz ab his que sunt circa in-
tellectum: ⁊ vtreqꝫ inter se differunt.

Quarta cõ-clusio. **Quarta cõclusio. Diuersarũ rerum
scd̃m speciem diuerse sunt voluptates: sed earũdem
rerum indifferentes sunt.** Prima pars ꝓbatur. Nam
vnicuiqꝫ animali est propria ⁊ peculiaris delectatio
sicut ⁊ propriũ opus. Alia namqꝫ est delectatio equo/
alia homini/ ⁊ alia cani: sicut ⁊ Heraclitus asserebat
asinum magis optare stramina q̃ aurũ. Est eñ pa-
bulum asino iucundius auro. ¶ Aristoteles cõtra se-
Instantia. cundam partem conclusionis breuẽ facit instantiam.
eedem delectationes oblectamẽto afficiunt aliquos
hoies: alios vero tristicia. Simili modo aliqua sunt
odibilia aliquibus hoibus que ⁊ alijs amabilia sunt:
⁊ quedam quibusdã dulcia sunt/ quibusdam amara:
Solutio instantie. vtpote detento febre/ et bene se habenti. ¶ Soluit
Aristo. instantiam/ dicens. Licet talia mala videan-
tur esse delectabilia: non tamen sunt delectabilia sim
pliciter. Sed ea sunt delectabilia simpliciter/ que vi-
dentur studiosis ⁊ sanis delectabilia: alia ꝟo nõ sunt
delectabilia simpliciter/ sed corruptis ⁊ male dispo-
sitis. ¶ Hanc solutionẽ confirmat per illud qđ supra
dictũ est. Virtus ⁊ studiosus vnicuiqꝫ videt̃ esse men
sura atqꝫ regula. Simili modo illud censendũ est sim
pliciter malũ qđ vir studiosus iudicat esse malũ.

Questio. **Si autẽ querat̃: vnde prouenit ꝙ id**
qđ bono viro apparet bonũ ⁊ delectabile/ sed impro-
bo apparet malũ ⁊ triste atqꝫ iniucundum.

Respondet̃ hoc ꝯtingere ꝓpter ho-
minum corruptiones atqꝫ deprauatiões. ¶ Ex pre-
Primũ correlarium. dictis inferunt̃ duo correlaria. ¶ Primũ. delectatio-
nes quas hoies fatent̃ turpes/ nõ sunt simpliciter de
lectationes: sed censende sunt corruptiones tantum.
Hoc satis claret ex dictis. ¶ Scd̃m correlariũ. In-
Scd̃m correlarium. ter honestas ⁊ studiosas voluptates/ quedã sunt pri-
mo delectationes. quedam scđo: patet. Nam dele-
ctationes sequuntur operationes. Sed operationũ
humanaꝝ alie sunt principales homini ꝓboꝝ beato/
siue sit vna talis operatio/ siue sint plures: igit̃ et de-
lectationum alique sunt precipue ⁊ primo homini fe-
lici conuenientes: alie vero scđo que non per se perfi-
ciunt hominẽ: sed reducunt̃ ad operationes/ hoiem
immediate ⁊ primo ꝑficiẽtes: quales sunt he in qui-
bus humana felicitas consistere videtur.

Annotationes. ¶ Annotationes textus.

¶ Propria tristicia ⁊ aliena delectatio nõ simili mo-
do operationes corrumpunt. Nam propria tristicia
immediate ⁊ per se/ operationẽ corrũpit: q̃ illi con-
trariatur. Sed aliena delectatio non corrumpit ope-
rationem/ sicut contrariũ suum contrariũ: sed tanq̃
aliquid impediens ⁊ prohibens. Operatio eñ vnius
virtutis/ alterius operationẽ expellit: cui tamen non
Cõcupiscẽtia. cõtrariat̃. ¶ Concupiscentia ⁊ delectatio hoc modo
inter se discrepant. Nam cõcupiscentia est desideriũ
Delectatio. alicuius boni nõ habiti. Delectatio ꝟo est amor ob-
iecti qđ nobis placet. Vel est passio causata ab ope-
ratione qua potẽtia apprehensiua vel appetitiua ap-
prehendit vel appetit obiectũ sibi ꝓpriũ ⁊ cõueniẽs.
Operatio quid sit. ¶ Operatio ꝟo est actio alicuius potẽtie circa rem
habitã: vt visio vel auditio. Desiderium aũt boni fre-
quenter ⁊ natura ⁊ tp̃e operationẽ delectabilẽ prece
dit: vt desideriũ cibi frequenter operationẽ qua cibũ
sumimus/ precedit. ¶ Delectatio ꝟo ⁊ operatio vo-
luptifica simul sunt: q̃ sunt idẽ scd̃m essentiã: vt clare
Quid purũ. patuit ex tractatu terminorũ moraliũ. ¶ Est aũt pu
rum/ qđ nõ habet aliquid aliene nature admixtũ: vt
dicimus ignẽ elementũ purũ: cuz nihil aliene nature
admixtum habeat. Impurũ vero qđ aliquid tale ha
bet. Gustus autẽ ⁊ tactus sunt impuri/ eo ꝙ in gustã
do ⁊ tangendo necesse est non solum qualitates tan-
gibiles recipi in organũ: sed etiam oportet ipsa tan-
gibilia ⁊ gustabilia recipi in mediũ intrinsecũ: ⁊ inde
est ꝙ tales delectationes sunt impure: quia propter
alterationes corruptiuas que fiũt in organis ab ob-
iectis ad tales delectationes/ frequenter sequuntur
tristicie: minus tamen ad delectationes auditus et
olfactus: minime vero ad eas quas in videndo su-
Intellectꝰ purissimus. scipimus. Intellectus ꝟo est purissimus: q̃ nec obie-
ctum/ nec aliquid eius intelligẽdo recipit. Neqꝫ etiaz
qualitates quecũqꝫ/ quãtũcũqꝫ ad intellectũ ꝑtineãt.

Tractatus secundus.

¶ Capi j. De felicitate persecuturus/ repetit eam
non habitum sed operationem esse: ⁊ quidem per se/
non ob aliud expetendam. Ostendit tales esse virtu-
tum operationes: non ludorũ iucunditatem: licet po
tentes ad hanc confugiant sinceram non degustan-
tes: quãdoquidẽ studioso iucunda reuera talia sunt:
absurdumqꝫ esset humanũ finem iocum esse: atqꝫ ob
ipsum omnia agi presertim quum vita felix in virtute
consistat/ que cum studio est/ ⁊ in ferijs bonis ꝯcessa.

DIctis autem ijs que ad
ipas virtutes ac amicitias/ vo
luptatesqꝫ pertinent: de felici-
tate figura dicere restat: quip-
pe cum finem humanaruz re-
rum ipsam esse ponamus. Si
igitur ea que prius dicta sunt

repetierimus: orationem sane fecerimus breuiorem. ¶ Diximus itaque felicitatem habitū non esse. Inesset enim dormienti per vitā: plātarum vita viuenti / et in calamitatibus maximis constituto. q si hec non placent/sed ponēdum est / potius ipsam operationem esse quādam (vt prius dictum est) ⁊ operationum alie sunt necessarie et ob alia / alie per seipsas sunt expetibiles: perspicuum est felicitatem earum aliquam operationem esse/que sunt per se ⁊ nō ob aliud expetende. felicitas enim nullius indiget rei: sed est ex esse sufficiēs. ¶ Operationes autem ee per se sunt expetibiles/a quibus nihil preter operationem queritur. Tales vō videntur esse actus ij qui a virtute proficiscuntur. honesta namque/studiosaque agere/ex ijs est que per se expetuntur. et item ludorum ij qui sunt iucundi. non enim ob alia ipsos expetunt. damna namque potius ex ipsis ꝙ cōmoda susci ⁊ corpus/et patrimonium negligentes. confugiunt autem ad talia oblectamenta et plerique eorū qui beati esse dicūtur. Quapropter apud tyrannos in precio habentur ij qui in talibus oblectamentis sunt dextri. in ijs enim seipsos prebent iucundos que illi affectant. indigent indigēt autem talibus. ¶ Videntur igitur hec ad felicitatem pertinere: propterea quod hisce vacant homines ij qui sunt in potestatibus cōstituti. At nullum fortasse signum tales sunt homines. nam neque virtus in potestatibus / nec intellectus consistit: a quibus operationes studiose proficiscuntur. ¶ Nec si illi cum syncerā liberalēque voluptatē non degustarint/ad corporis confugiūt voluptates: propterea putandum est has magis expetibiles esse. ¶ Et pueri enim que apud seipsos in precio sunt: prestabilissima esse putant. consentaneum igitur est rationi/vt pueris et viris diuersa preciosa esse videntur: sic et prauis et studiosis videri. Ut igitur sepe dictum est: et preciosa et iucunda sunt ea/ que studioso viro talia sunt. vnicuique autem ea est operatio maxime expetibilis: que ab habitu proprio prodit. ⁊ studioso igitur ea que proficiscitur a virtute. felicitas ergo non in lusione/ iocoue consistit. ¶ Item absurduz foret humanū finem iocum esse: ⁊ negocia multa/molestiasve per totam vitam causa iucundi suscipere. Cuncta enim fere preter felicitatem: alterius expetimus gratia. hec enim est finis. ¶ Studere autem et laborare gratia ioci stultum profecto/nimisque puerile esse videtur. iocari vero vt studeas scdm sententiā Anacharsidis: recte sese habere videtur. Iocus enim requieti similis est. atque cum continue nequeant homines laborare: indigent requiete. Non est igitur ipsa requies finis: fit enim gratia operationis. ¶ At vero vita felix in virtute videtur consistere. hec vero vita cum studio est et in serijs: sed non in ioco consistit. ¶ Atque ea que studiosa sunt / seriave: prestabiliora ridiculis/ ⁊ ijs que ioco fiunt. ¶ Et operationez semper melioris ⁊ partis/⁊ hominis studiosam magis dicimus esse: melioris vero prestabilior est/et ad felicitatē iam magis attinens. ¶ Frui preterea quiuis/⁊ mancipium voluptatibus corporis: non minus ꝙ optimus homo potest. at felicitatem nemo mancipio tribuet: nisi et vitā tribuerit studiosam. Felicitas enim non in talibus consistit modis viuendi: sed in operationibus que a virtute proficiscuntur/ vt prius etiam diximus.

Capitulū primū quinque ɔclusionibus ⁊ quibusdā correlarijs claudit:

Prima ɔclusio. Post ea que dicta sunt de virtutibus/de amicitia ⁊ de delectatione/determinandū est de felicitate contemplatiua. Nam (vt supra dictum est) felicitas est finis humanorum actuum: igitur de ea determinandum est. Et ratione huius / repetenda sunt quedam que primo libro dicta sunt: quia hoc modo compendiosior erit de ea determinatio. Prima ɔclo

Scda conclusio. felicitas: vt prius dictum est: non est habitus: sed operatio. Primā partem conclusionis tribus rationibus probat. ¶ Primo: tunc enī alicui per totam vitam dormiēti posset inesse felicitas. ¶ Secundo: quia tunc exercenti operationes anime vegetatiue posset inesse felicitas humana. ¶ Tum tertio: quia tūc maxime infortunato posset inesse felicitas: cum omnibus predictis posset inesse habitus virtutis siue operatione. Hec autem sunt absurda: igitur felicitas non est habitus. Scda pars liquet ex prima: qr felicitas non est habitus: igitur est actus. Scda ɔclo

Tertia conclusio. felicitas est operatio eligibilis propter se. Probatur tribus rationibus. ¶ Prima ratio. Omnis operatio aut est necessario propter aliud expetenda/ aut propter seipsam: sed felicitas non est operatio propter aliud expetenda: igitur est propter se expetibilis. Minor probatur. Nam felicitas est bonum per se sufficiens ⁊ nullo indigens. ¶ Secunda ratio. Omnis operatio in qua nihil preter operationem queritur/est per se bona et eligibilis: at vero felicitas est hmōi: igitur. ¶ Tertia ratio. Omnis operatio scdm virtutem/ est per se eligibilis: sed felicitas humana est operatio scdm virtutem: igit felicitas humana est per se eligibilis. Nam bona ⁊ studiosa agere/est per se eligibile. Tertia ɔclo

Quarta cōclusio. Licet ludi delectabiles sint propter se et non propter aliud eligibiles: tamen Quarta cōclusio.

tamen in ipsis non consistit felicitas. Primã partem relinquit Aristoteles notã. Et secunda pars sic probatur tribus rationibus. ¶ Prima ratio. Nam dantes operã ludis magis / ledũtur que iuuentur ab ipsis / negligẽtes corpora et possessiones propter ipsos: igitur in ipsis non cõsistit felicitas humana. Et licet multi eorum qui felices reputantur: vtpote principes et in potestatibus constituti / ad delectationem ludorum confugiant: propter quod apud eos in precio habentur q̃ huiusmodi oblectamenta possunt afferre. Nam que mali principes et tyranni concupiunt / ad hec leto et hylari animo se prebent / et his indigent: igitur signum est quod in ludis delectabilibus cõsistat felicitas. Non est tamen sic censendum. Nam tales potentes non sunt vere felices: cum in eis nec sit virtus moralis / nec intellectualis / a quibus possent procedere operationes laudabiles et studiose. Tales etiam tyranni nõ possunt veram / liberam et sinceram delectationem gustare que est in operatione virtutis: ideo ad corporea oblectamenta confugiunt / existimantes ea eligibiliora esse: sicut pueri que apud seipsos in precio sunt / optima existimant: quare rationabile est quemadmodum pueris et viris diuersa videntur preciosa: sic prauis et studiosis diuersa videntur delectabilia. Unicuique autẽ operatio (que est scd̃m proprium habitum) videtur eligibilissima: studioso autem ea operatio que a virtute proficiscitur: felicitas ergo nec in lusu / nec ioco consistit. ¶ Secunda ratio. Omnia alia a felicitate eligimus gratia alterius: scilicet gratia felicitatis: sed non omnia eligimus gratia ludi: igitur in ludo non consistit felicitas humana. Maior est nota: cum felicitas humana sit omnium operationum finis. Et minor probatur. Nam stultũ et puerile videtur negociari / penam pati / elaborare et operam impendere litteris propter ludum: igitur. ¶ Et hoc confirmat philosophus auctoritate Anacharsidis philosophi dicẽtis ludendũ esse vt studeamus. ¶ Tum secundo. Nam requies et cessatio a labore / non est vltimus finis: igitur nec ludus. Consequentia tenet: quia ludus requiei persimilis est. Antecedens probatur. Illi requie indigent / et alij non possunt continuo laborare: igitur requies fit propter operationẽ. ¶ Tertia ratio. Uita scd̃m virtutem est cum studio: et seriis et non cum ludo: sed humana felicitas est vita scd̃m virtutem: igitur est cum studio et non ludo: et per consequens non in ludo consistit felicitas humana. Maior patet. Nam studiosa meliora sunt ridiculis / et his que fiunt in ludo. ¶ Secundo probatur idem. Nam omnis operatio scd̃m meliorem partem hominis melior est et beatior: sed operatio studiosa est melioris partis hominis: cum sit partis rationalis: non autẽ operatio iocosa et ridiculosa.

Ludendum est vt studeamus.

Quīta conclusio. **Quinta cõclusio. Felicitas humana** non consistit in voluptate corporea. Patet: quia in his que nõ minus insunt bestijs que optimo viro / non consistit felicitas humana: sed voluptates corporee sunt huius generis: igitur in voluptate corporea etc. nullus enim tribuit felicitatem ferali et abiecto homini. ¶ Relinquitur igitur felicitatem in virtutis operatione consistere.

Annotationes.

¶ Annotationes textus.

Voluptas sincera.

¶ Uoluptas sincera est cui nec pro tempore in quo sit nec post tempus / annectitur tristicia / nec penitudo. Liberales vero voluptates sunt que nõ alterius gratia suscipiuntur / aut que vsque adeo ingenue sunt / vt nulli noceant / aut damnum inferant.

¶ Capi. ij. Ostendit perfectam / diuinamque felicitatem operationem esse / vt per virtutem prestantissimam que est sapientia: ita et potentie excellẽtissime: que mens est contemplatiua: ob hocque prestabilissimum est hominis ac de prestantissimis: et quod maxime continua / quod operationes sapiẽtie iucundissime sunt: quod in illa maxime est sufficiẽtia: quod propter se maxime amatur: quod denique in ocio existit. Additque longitudine vite perfecta opus esse. Infert vitam hanc hominis naturam superare / atque ad eam omnino conandum esse.

Quod si felicitas operatio est per virtutẽ: cõsentaneũ est rationi per eam esse que est prestabilissima. hec autẽ eius fuerit / quod est optimũ. Siue igitur mens sit hoc / siue aliquid aliud / quod quidem natura dñari videtur / ac imperare / et animaduersionẽ habere de honestis / diuinisque rebus / aut quia diuinũ et ipm est / aut quod eorũ q̃ sunt in nobis / est diuinissimũ: huius operatio per virtutem propria ipsa felicitas fuerit / beatitudoque perfecta. Dictũ est aũt ipsam esse ɔ̃tẽplatiuam. Atque consentaneũ hoc et antea dictis et veritati videbitur esse. hec enim operatio prestabilissima est: quippe cũ et mens sit eorũ que in nobis insunt prestabilissimũ / et ea circa que mens versatur cognoscibilium prestabilissima sint. ¶ Est preterea continua maxime. Nam contemplari magis continue quam agere quoduis possumus. ¶ Arbitramur preterea felicitati voluptatem admixtã esse oportere: iucũdissima aũt operationum virtutũ / est ea haud dubie que per sapientiã prodit. Itaque philosophia: mirabiles tum puritate / tum firmitate voluptates habere videtur. atque cõsentaneũ est rationi: scientibus quam querentibus oblectamentũ ipsum iucundius esse. ¶ Ipsa quoque sufficientia / maxime fuerit in contẽplatiua. Nam et sapiẽs / et iustus / et ceteri: rebus ijs indigent que necessarie sunt ad vitam. sed si satis his talia adsunt: iustus quidem eorũ indiget ad quos et cũ quibus egerit iuste. et tẽperãs itẽ / ac fortis / et singuli ceterorũ. at sapiens si solus etiã sit / contẽplari põt: et quo sapientior est / eo magis põt. melius aũt fortasse si habeat adiutores. attamen sufficientissimus est ipse. ¶ Preterea propter seipsam amari sola videtur. Nihil enim ab ipsa fit preter hoc contemplatũ in ꝙ̃ esse. at cum agimus / preter ipsam actionem: aut plus aliquid / aut minus assequimur. ¶ Uidetur etiã in ocio felicitas ipsa consistere. Negocia namque suscipimus: vt ociũ habeamus. et bellum gerimus: vt in pace degamus.

Operationes igitur actiuarum virtutum/ciui libus aut bellicis in rebus versantur. actiones autē que in his versantur/ negociose esse vidē/ tur/atqꝫ bellice quidē et omnino. nemo namqꝫ belluꝫ expetit gerere/gerendi gratia belli: neqꝫ bellum ob bellum parat. videbitur enim cru/ delis quidā atqꝫ sanguinolentus penitus esse: si faciet amicos hostes vt pugne/cedesqꝫ fiant. At et ipius ciuilis/negociosa est. ⁊ preter ipam administrationē/ potestates comparantis atqꝫ honores/aut felicitatem sibiipsi ⁊ ciuibus. que quidem diuersa est a ciuili et quam querimus vt diuersam. Si igitur ciuiles quidem ⁊ bellice actiones/ceteris actibus qui a virtutib⁹ profi/ ciscunt/pulchritudine/ magnitudineqꝫ precel/ lunt: he vero negociose sunt/ atqꝫ aliquē finem affectant/ ⁊ non propter seipsas sunt expetibi/ les. mentis autem operatio et studio antecel/ lere videtur/cum cōtemplatiua sit: et preter se/ ipsam nullū affectare penitus finem/ habereqꝫ voluptateꝫ propriam que quidem operationē ipsam exauget. sufficientia insuper/ocium/de/ fatigationis vacuitas et humana/et quecunqꝫ alia viro tribuūtur beato/ per hanc operatio/ nem illi inesse videntur: perfecta felicitas ho/ minis fuerit hec profecto/ sumpta longitudi/ ne vite perfecta. Nihil enim felicitatis est im/ perfectum. ¶ Talis autem vita superat ho/ minis naturam. Non enim hoc ipo quo homo est/ita viuet: sed quo est quid in ipso diuinum. Quantum igitur hoc ab ipso composito dif/ fert: tantum ⁊ huius operatio distat ab ea que a virtute alia pficiscit. Quare si mens/diuinum ad ipsum hominem est: et vita que ab hac manat diuina est respectu ipius vite humane. Opor/ tet autem/non quēadmodum monēt quidam/ humana nos sapere cum simus homines/aut mortalia cum simus mortales: sed quoad fie/ ri potest immortales nosipsos facere. cūctaqꝫ efficere/ vt ea vita viuamus que ab eo manat/ quod est eorum que in nobis insunt prestabi/ lissimum. Nam tametsi parum est mole: vi ta/ men ⁊ precio multū omnib⁹ antecellit. ¶ Vi/ debitur autem ⁊ vnusquisqꝫ hoc esse: siquidem precipuū est et melius. Absurdum igitur esset: si non suam sed alicuius alterius expeteret vi/ tam. ¶ Insuper quod dictum est antea: nunc etiam accommodabitur. Quod est eniꝫ natu/ ra vnicuiqꝫ propriū: id optimū vnicuiqꝫ et iu/ cundissimū est. Et homini igit ea vita que ab ipsa proficiscitur mente. siquidem maxime hoc est homo/ hec ergo est ⁊ felicissima vita.

CApitulū scdm aliquibus con clusionibus et dubijs enodatur.

Prima conclusio. felicitas est operatio illius partis hois que dominatur/et in/ telligentiam habet honestarum/diuinarumqꝫ rerū siue sit intellectus/ siue quippiam aliud diuinum in homine existens/siue diuinissimum in homine inter omnia que ei insunt. Probatur. Nam si felicitas est operatio scdm virtutem: vt prius dictum est: ratio/ nabile est ipsam esse operationem scdm virtutē opti/ mam: sed optima virtus est optimi quod est in ho/ mine: quod dominatur/habetqꝫ animaduersionem et intelligentiam honestarum/ diuinarumqꝫ rerum: igit perfecta felicitas est operatio illius optimi scdm propriam eius virtutem. — Prima ꝯclo

Scda ꝯclusio. Perfecta felicitas est operatio speculatiua. Probat hec cōclusio sex ratio/ nibus. ¶ Prima ratio. Asserere perfectam felicitatē esse operationē contēplatiuā/cōsonat his que in pri/ mo libro dicta sunt: et etiā ipi virtuti. Añs declarat. Nam hec operatio: vtpote cōtemplatio/est optima: igitur in ea cōsistit humana felicitas: cuꝫ intellectus sit optimus eorū que in nobis sunt. Similiter/ obie/ cta circa que est intellectus/sunt optima. ¶ Secun/ da ratio. Contemplatio est operatio cōtinua: igitur in ea cōsistit felicitas. Añs probatur: qr magis pos/ sumus cōtinue speculari/ꝗ quodcūqꝫ aliud opus ex/ ercere. ¶ Tertia ratio. Felicitati admixta est dele/ ctatio: sed inter omnes operationes laudabiles ⁊ stu/ diosas operatio scdm sapientiā cuiusmodi est specu/ latio/ est delectabilissima. Minor est clara. Nam phi/ losophia diuina: vtpote sapiētia/admirabiles habet delectationes ꝓpter eius puritatē/maiorē certitudi/ nem ⁊ firmitatem. ¶ Est enim philosophia delecta/ bilior scientibus eam/ꝗ querentibus et discentibus. ¶ Quarta ratio. Sufficientia que felicitati inest/ maxime reperitur in contemplatione: igitur in ipsa consistit felicitas. Antecedens probatur. Nam licet sapiēs indigeat his que necessaria sunt ad vitam: si/ cut iustus ⁊ alij studiosi: tamen talibus necessarijs sufficienter habitis/adhuc indiget aliquib⁹ ad quos et cum quibus iuste operetur: et simpliciter tempe/ ratus et fortis/ et aliorum studiosorum vnusquisqꝫ. Non sic est de sapiente: immo si solus sit/potest con/ templari: ⁊ quanto fuerit sapientior/tanto magis cō/ templabitur. Et ꝗuis aliquando melius sit sapien/ ti habere: ipse tamen sibi sufficiens est. ¶ Quinta ra/ tio. Sola contemplatio propter seipsam amatur: et expetitur: igitur in ipsa consistit felicitas. Antece/ dens suadetur. Nam nihil expetimus in speculatio/ ne preter ipsam speculationē: igitur propter seipsam appetitur et diligit. In alijs vero virtutibus aliquid vel plus vel minus acquirimus preter ipsam opera/ tionem: igitur nulla alia operatio studiosa propter seipsam diligitur. ¶ Sexta ratio. In quiete et tran/ quillitate maxime cōsistit felicitas humana: sed con/ templatio inter omnia opera humana est maxime quieta ⁊ tranquilla: igitur in ea ꝯsistit felicitas. Ma/ iorem probat philosophus. quia negocia suscipimus vt ocium habeamus. et bella gerimus: vt in pace de/ gamus. Maior patet: quia omnes alie operationes a contēplatiōe sunt negociose: ⁊ primo patet de ope/ rationibus virtutū actiuarū siue practicarum. Nam tales operationes fiunt circa agibilia politica: ⁊ sicut bellice

Marginal notes: Scda ꝯclo. (beside "Scda ꝯclusio") — Nota bene. (beside "Est enim philosophia delectabilior")

bellice operationes sunt non tranquille de bellicis operationibus patet: quia nullus eligit bellū / vel aggreditur opera bellica gratia belli: sed gratia pacis procurāde. Talis em̄ videret omnino crudelis atq; violēt⁹ q̄ amicos oppugnatores faceret: vt pugne / ⁊ occisiones parentū. ¶ Ostēdit philosophus operationes politicas non esse quietas. Nam preter ciuilem conuersationē / politicus intendit per suas operationes sibi acquirere honores ⁊ dignitates / ac potentatus: ⁊ similiter felicitatem sibi / et ciuibus aliam a ciuili operatione / quaʒ hic querimus vt alteram et distinctam ab ea. Si igitur operationes politice et bellice / que aliarum virtutū operationes magnitudine atq; pulchritudine precellūt / sunt gratia alicuius finis ⁊ non propter seipsas eligibiles: nulla operatio virtutis moralis erit quieta siue propter seipsam eligibilis: sed sola operatio intellect⁹ que studio et honore precellere videtur: contemplatiua existēs ē propter seipsam / et non propter alium finē appetibilis / propriam ⁊ peculiarē habens delectationē / que operationem coauget: et est per se sufficiens / quieta et tranquilla / vt bonum humanum: cui etiam videntur competere quecunq; attribuūtur beato: igitur in tali operatione consistit felicitas. Hec est perfecta hominis felicitas / circunscripta longitudine vite perfecte. cū nihil eoꝝ sit imperfectū que ad felicitatē ptinent.

Dubitatio cū solutione

Tertia ɔclo

Tertia conclusio. Vita contemplatiua non conuenit homini scd̄m suam naturam.

Probatur duab⁹ rationibus. ¶ Prima ratio. Nam operatio vite contemplatiue homini non conuenit ea ratione qua homo est: sed ea ratione est in ipso aliquid diuinū. Et quantū ad hoc. i. id qd̄ dictum est / distat a composito tantū / operatio huius diuini: hoc est intellectus / differt ab operatione que proficiscitur ab alia virtute. i. a prudentia: igitur vita contemplatiua est longe perfectior actiua siue humana. ¶ Secūda ratio. Intellectus est quid diuinū respectu hominis: igitur vita contemplatiua que est scd̄m intellectum / [p]recellit vitam humanam siue actiuam.

Dub...

Remouetur dubitatio.

Diceret em̄ aliquis hominem debere humana sapere et non diuina / ⁊ mortalia ⁊ nō immortalia: igitur felicitas nō consistit in contemplatione diuinorum.

Ad hoc respondetur negando añs:

immo homo quantū fieri potest / debet se immortalē facere: ⁊ niti vt viuat scd̄m optimum eorum que in eo sunt: vtpote scd̄m intellectum. Hoc probat duabus rationibus. ¶ Prima ratio. Nam licet anima parua sit / immo nullius molis siue magnitudinis: tamen vi et precio precellit oībus que in homine sunt. ¶ Secunda. Nam absurdum est aliquem non eligere propriam vitam: sed cuiuspiam alterius. Sed vita contemplatiua que est scd̄m intellectum / est vita propria hominis: igitur oīa facere debet / vt viuat scd̄m intellectum. Minor probatur dupliciter. ¶ Primo: q2 vnusquisq; videtur tanq̄ principale et melius q̄ sit in eo. ¶ Secundo. Id vnicuiq; propriuʒ est qd̄ est ei natura optimū / ⁊ maxime delectabile. Atvero homini vita scd̄m intellectum est optima et delectabilissima: igitur talis vita est homini propria.

¶ Capi. iij. Ostendit aliam esse felicem vitā hanc scilicet humanā: que a prudentia / virtutibusq; illi connexis / que omne circa compositū sunt emanat. Deinde contemplatiuā morali prefert: q2 illa minus affluentia externa indigeat: q2 dei operatio contemplatiua sit: q2 deniq; animalia rationis expertia / contemplatione penitus priuentur. Tum addit contemplatori externis quoq; opus esse. licet non multis aut magnis. Tum talem immortali deo amicissimū esse maximeq; felicem concludit.

Secundo aūt est ea vita que a virtute alia manat. Operationes em̄ que ab hac prodeunt humane sunt. nam iusta / et fortia / et cetera que a virtutibus proficiscuntur: inter nosipsos agimus / in commercijs / et necessitatibus atq; actibus cōmunibus / et item affectibus / vnicuiq; seruantes decorum. hec autem omnia constat esse humana. ¶ Nonnulla autem et a corpore prouenire videntur: et multum virtus morum cum affectibus videtur esse coniuncta. Coniuncta est etiam et prudēdia moris virtuti / et hec prudentie: si principia quidem prudentie a virtutibus ipsis emergant / rectum vero moris virtutum a prudentia manat. cum aūt he sese habeant / vt a se mutuo pendeāt / sintq; coniuncte affectibus: circa ipsum compositum fuerint. at compositi virtutes humane sunt. quare ⁊ ea vita que ab ipsis proficiscitur / et felicitas humana est. Mentis autem est separata atq; tantum de ipsa sit dictum. exacte namq; dicere / proposito maius est. ¶ Videbitur autem et externa affluentia perparum aut minus indigere q̄ morali. opus est enim vtrisq; necessarijs rebus. Atq; sit eque: q̄q̄ circa corpus et res tales / ciuilis homo magis elaborat. parua enim differentia fuerit. in operationibus autē non mediocriter different. Etem̄ liberali quidem ad liberalitatis operationes exercendas: ⁊ iusto ad retributiones pecunijs opus erit. ¶ Voluntates enim non sunt manifeste. Simulant autē ⁊ qui non sunt iusti / agere iuste velle. Forti autem opus est potentia: si agit aliquid eorū que a virtute proficiscuntur. ⁊ potestate etiam temperanti. quo namq; modo aut hic aut ceterorū quisq̄ manifestus erit? Queritur aūt vtrū magis pprīū sit virtutis: vtrū electio / an ipi actus? quippe cū in vtrisq; virtus cōsistat. atq; cōstat in vtrisq; perfectū ipm̄ cōsistere. At actus autē multis indiget: et quo maiores pulchrioresq; sunt / eo pluribus indiget. At contemplanti nullis hmōi rebus ad operationē est opus. quin ⁊ impedimēto fere sunt ad cōtemplationem. Sed hoc ipso quo homo est / atq; cū plu-

ribus viuit: expetit ea agere que a virtute proficiscuntur. indigebit igitur talibus ad ea agenda que ad homines spectant. Atq felicitatem perfectam contemplatiuam quandam operationez esse: hinc quoq fuerit manifestum. deos enim maxime beatos esse putamus / atq felices. at quosnam actus tribuere illis oportet? iustosne? An ridiculi videbuntur: si cõmutẽt/ et deposita reddant/ et huiusmodi cetera agãt? At fortesne: propterea q formidolosas res sustinent / periculaq subeunt honestatis ipsius causa? An liberales? at cuinã dabũt? Absurdum est insuper si numos etiam habeant / aut aliquid tale. An temperantes? ad quidnã fuerint? An laus sit importuna/ si prauas dij cupiditates non habere dicãtur? Ita per omnia discurrent / cuncta que sunt circa actus: parua quedam et non digna dijs immortalibus sane videntur. At vero viuere ipsos vniuersi putãt. quare et operari. Non enĩ oportet illos (vt Endymionem aiunt) dormire. Viuenti igitur ei/ cui actio et multo magis effectio non tribuitur: quidam aliud preter contemplationem restat? Quare dei operatio precellens beatitudine / contemplatiua sine cõtrouersia fuerit. et humanarum igitur operationũ ea homo est summe felix: que illi maxime est cognata. ¶ Signum est huius et animalia cetera felicitatis expertia esse: tali penitus operatiõe priuata. Nam dijs quidem tota est vita beata / talem habentibus operationẽ: hoĩbus autem/ quoad ipsos talis operationis quedam inest similitudo. Ad animalium ceterorũ nullũ prorsus est felix. quippe cum nulla ex parte particeps sit contemplationis. Quousq igitur contẽplatio sese extendit/ eousq sese extendit et felicitas ipsa: et quibus contemplatio magis inest / ijs et felicitas magis inest/ non per accidens quidem/ sed per ipsam vtiq contẽplationẽ. hec enĩ per seipsam est preciosa. Quare felicitas cõtemplatio fuerit quedam. ¶ Est autẽ opus huic et prosperitate externa cum sit homo. Natura naq ipa nõ est ad contemplandum sufficiens: sed et corpus sanum esse oportet/ et alimenta / reliquũq famulatũ adesse. ¶ Non tamẽ putandũ est multis ac magnis ei opus fore / qui futurus est felix: si fieri nõ potest vt sit beatus sine bonis externis. Neq enĩ sufficientia/ neq iudiciũ/ neq actus in exuperatione cõsistit. sed fieri potest vt et non principes terre ac maris agant honesta. etenĩ a mediocribus facultatibus potest quispiam agere per virtutem. Atq id clare cernere licet. priuati namq non minus agere videntur res bonas/ q qui sunt in potestatibus constituti: immo etiam magis. Satis autẽ est tot facultates habere. erit enim eius vita felix qui per ipsam operatur virtutem. ¶ Solon etiam bene fortasse de felicibus sentit: qui quidem eos esse felices dixit/ qui mediocriter res habuerũt externas/ et pulcherrimas res (vt putabat) egere/ modesteq vixere. Fieri enim potest: vt mediocria possidentes agant ea que agere oportet. ¶ Videtur aũt et Anaxagoras: non locupletem/ neq potentẽ felicẽ ipm existimasse: cũ dixit se non mirari/ si absurdus quidem multitudini videtur. hec enĩ res sentiens solũ externas his iudicare tantũmodo solet. Consentanee igitur nostris sententijs et sapientum opiniones esse videntur. at enim habent quidem et talia quandam fidem. ¶ Veritas tamen in ijs que in actionem veniunt/ ex operibus iudicatur/ et vita. In his enim precipue certitudo veritatis consistit. considerare enim oportet ea que antea dicta sunt ad opera referentes/ et vitam. et si cõsona sunt operibus: acceptãda sunt. sin vo discrepant: verba sunt tantũ putanda. ¶ At vero qui mente operatr/ et eã colit: disponitur optime. is et amicissimus dijs immortalibus esse videtr. Nam si dij curam humanarũ rerum (vt existimatr) aliquaz habẽt: rationi sane cõsentaneũ fuerit ipos eo gaudere qd est optimum/ maximeq sibi cognatum. hoc aũt fuerit ipsa mens. et in eos qui maxime hoc amãt atq honorãt/ beneficia vicissim cõferre tanq curam ijs que sibi sunt cara/ ac diligentiã adhibentes: et recte/ beneq agentes. at cõstat hec oĩa maxime sapienti inesse. amicissimus igitr sapiens ipe dijs immortalibus est. eundẽ autẽ conueniens est: et felicissimũ esse. Quare sapiẽs hoc quoq modo maxime fuerit felix.

Tertium capitulũ quattuor conclusionibus/ vna dubitatione cuz questione absoluitur.

Prima cõclusio. Vita que est scdm aliam virtutem/ vtpote scdm prudentiã/ est minus principalis alia vita. Probatr. Nã operationes q̃ fiũt scdm aliã virtutẽ/ sunt hũane: igitr. Añs tripl'r pbatr. Naz iusta et fortia atq alia opa hũana inter nos agimus in cõicationibus/ necessitatibus/ et actionibus varijs/ et in passionibus atq affectibus/ obseruantes ipm decorũ vnicuiq: sed hec oĩa et siĩa videntr esse hũana igitr opatiões scdm prudentiã et virtutes morales sunt hũane. Scdo: qr q̃dã opationes virtutũ moraliũ videntr puenire a corpe. i. a naturali cõplexiõe: igitr. Tertio: virtus moralis est multũ cõiuncta passionibus: cũ sit earũ moderatiua: igitr moralis virtus est humana. Prima cõclo

Soluitur

Dubitatio. Soluit dubitatio. Diceret em̄ aliquis prudentiam eſſe virtutem intellectualem/ ſicut ſapientia: igitur operationes ſecundum ipſam non ſunt humane.

Ad hoc reſpondet philoſophus negando ſequelam: quia prudentia connexa eſt virtuti morali/ et virtus moralis prudentie. Principia enim prudentie ſunt ſcd̄m virtutē moralē: ⁊ rectitudo moralis ſcd̄m prudentiam: ⁊ vtraq̄ cōiuncta eſt paſſionibus: ⁊ eſt circa totum compoſitum: ſed virtutes cōpoſiti ſunt humane: igitur et operationes ſcd̄m eas humane cenſent̄: ⁊ vita que eſt ſcd̄m eas/ eſt humana: et etiam felicitas que in illa vita conſiſtit. Ea ꝟo que eſt ſcd̄m intellectum/ eſt ſeparata et ſeiuncta: de qua dictū eſt. Certius autem de ea diſcutere/ excedit preſens negocium. ❡ Scd̄o probatur concluſio. Nam ea vita que minus indiget bonis extrariis/ eſt perfectior: ſed vita contemplatiua eſt huiuſmodi: igitur eſt perfectior. Minor ꝓbatur. Nam q̄uis vtraq̄ vita eque indigeat his que ad vitam tuēdam neceſſaria ſunt: et q̄uis etiam ciuilis magis laboret circa corpus: ⁊ circa quecunq̄ neceſſaria ad vitam: in hoc parum differūt: ſed quo ad operationes multū. quod patet inductiōe. Nam viro liberali opus eſt pecuniis ad liberaliter operandum: iuſto etiam opus eſt pecuniis ad remunerationes faciendas. Nam volūtates hominū non ſunt cognite: q2 non habentes habitum iuſticie/ vident̄ velle iuſte agere. viro etiā forti opus eſt potentia ad operationem. a virtute proficiſcētem perficiendā/ ⁊ temperatus indiget poteſtate ſiue facultate: al's virtutes non erunt manifeſte.

Queſtio. Et ideo ſolet queri an virtus moralis magis conſiſtat in electione voluntatis q̄ in operatione exteriori: cum in vtriſq̄ conſiſtere videatur. Et manifeſtū eſt q̄ perfectio virtutis in vtraq̄ conſiſtit. Ad actiones em̄ morales exteriores multis et variis rebus opus eſt: et quāto maiores et meliores ſunt actiones/ tanto pluribus opus eſt: contemplāti autem nullo taliū eſt opus: ſed magis ipſam contemplationē talia impediunt. Homini autem vt homo eſt/ op9 eſt predictis bonis exteriorib9 ad humanam conuerſationē: igitur felicitas contēplatiua minus indiget bonis exteriorib9/ q̄ felicitas actiua ſiue practica. ❡ Tertia ratio. Illa felicitas eſt lōge perfectior/ q̄ diuine ſibi felicitati eſt magis ſimilis. Sed felicitas cōtemplatiua eſt huiuſmodi: igitur ipſa eſt actiua perfectior. Minor patet. Nam felicitas contēplatiua conſiſtit in actu contemplatiuo: ⁊ ideo exiſtimamus deos maxime beatos. Sed felicitas moralis ſiue actiua/ conſiſtit in operationibus virtutū moralium/ quas deo non attribuim9. Nam iuſtas operationes diis non attribuimus. Sic enim apparerēt ridiculi commutantes ⁊ reddentes depoſita/ ⁊ quecunq̄ ad iuſticiam pertinent operantes. Nec cenſendi ſunt fortes terribilia ſuſtinētes/ et pericula ſubeuntes. neq̄ liberales: q2 nemo eſt in quē poſſunt pecunias conferre. Carent etiam nummis: neq̄ temperantes ſunt: cum non habeant prauas concupiſcentias/ nulla deberetur eis laus. Primam partem probat philoſophus. Nam omnes exiſtimant deos viuere ⁊ operari. Non em̄ oportet eos/ vt euclinionem dicunt dormire. Viuēti autem/ cui nec actio nec affectio attribuitur/ nihil ſupereſt preter contemplationem: igitur operatio in qua conſiſtit felicitas contemplatiua/ deo attribuitur. Scd̄o: illa felicitas que diis ⁊ hominibus attribuitur per ſimilitudinem/ eſt maxime perfecta: ſed contemplatiua eſt huiuſmodi: cum conſiſtat in contemplatione que ineſt diis ⁊ hominibus/ et nulli aliorum animantium. ❡ Correlarium. Solum illis ineſt perfecta felicitas ad quos ſe extēdit ſpeculatio/ ⁊ quibus magis ineſt ſpeculatio/ etiam ⁊ perfecta felicitas/ non ſolum ſcd̄m accidēs/ ſed per ipſam ſpeculationem: cum contēplatio ſcd̄m ſeipſam ſit honorabilis/ et maximo precio digna. ❡ Ex quo concluditur q̄ perfecta felicitas eſt quedam contemplatio. Correlariū.

Scd̄a concluſio. Ad felicitatis contemplatiue perfectionem exiguntur bonā externa. Probatur. Nam per ſe non eſt ſufficiens ad contemplandum ſicut ſubſtantie ſeparate: ſed indiget corpore ſano/ ⁊ cibo/ ⁊ aliis neceſſariis ad vitam. Scd̄a ɔcl'o.

Tertia cōcluſio. Licet felicitas contemplatiua indigeat bonis externis: nō tamen indiget multis et magnis/ ſi fieri non poteſt vt quiſpiam felix euadat ſine affluentia bonorum externorum. Probatur concluſio. Si beato opus eſſet affluentia bonorum externorum: aut hoc eſſet propter ſufficientiam: aut propter iudicium rectū de agibilibus: aut propter oꝑationem: ſed nullum horum eſt aſſerendū igitur. Minor patet. Nam mediocres ⁊ qui non ſunt principes terre et maris/ poſſunt agere bona: quia a moderatis et mediocribus facultatibus poteſt quis agere ſcd̄m virtutem: vt patet de priuatis: id eſt de his qui non gerunt prouincias publicas: qui non minus operantur ſcd̄m virtutem/ q̄ optimates: immo magis: cum mediocria bona ſufficiant ad agendum ſcd̄m virtutem. Sed illius vita eſt felix qui operatur ſcd̄m virtutem: igitur ad felicitatem non requiritur abundantia bonorum propter ſufficientiam/ rectitudinem iudicii/ vel actionem. Probatur idem auctoritate Solonis dicētis eos beatos eſſe qui moderate exterioribus bonis ditati ſunt. tales enim exiſtimabat viuere tēperate ⁊ modeſte: ⁊ agere optima. Contingit enim mediocria poſſidentes agere que oportet. Scd̄o ꝓbat̄ auctoritate Anaxagore/ neq̄ diuitē neq̄ potenē felicē eſſe: nō admirās illud apparere multis abſurdum atq̄ diſſonum quia multi iudicant ſolum de bonis exterioribus: quia ſola talia cognoſcunt: ideo in illis bonis putant felicitatem collocari. ❡ Hic infert philoſophus correlarium/ dicēs opiniones atq̄ ſententias ſapientum ⁊ antiquorum philoſophorum ſue opinioni conformes. habent enim fidem ⁊ credulitatem. Tertia ɔcl'o. Solon. Anaxagoras. Correlariū.

Ponitur documentū. Conſiderāde ſunt opiniones ſapientum circa predicta/ ⁊ ad opera ⁊ vitam eorum referende: et ſi verba conſonant operibus/ acceptanda ſunt. Si diſſonent/ verba putanda ſunt: id eſt nullam habentia efficaciā. Nā in agibilibus veritas ex operibus ⁊ vita dinoſcitur. Documētū. Nota.

Quarta cōcluſio. Felix eſt deo amiciſſimus: patet. Quicunq̄ operatur ſcd̄m intellectū et eum colit/ optimeq̄ diſponitur/ eſt diis amiciſſimus. At vero felix eſt hm̄oi: igit̄ eſt deo amiciſſim9. Maior eſt clara. Nam diis ē cura rerū hūanaꝝ: igit̄ dii gaudēt optimo inter hūana/ ⁊ ſibi ſimillimo/ ⁊ cognatiſſimo. In hoīe ꝟo id q̄d ſimillimū ē diis/ ē intellectus: igitur dii eos amāt et ipſis beneficia impēdūt

qui maxime diligunt ⁊ honorant intellectum: ⁊ scd̄m eum recte/beateqꝫ operantur. sed hec omnia insunt sapienti siue felici: igit̄ sapiens siue felix est deo amicissimus ⁊ maxime felix.

Annotationes. ¶ Annotationes textus.

¶ Deus non est iustus iusticia morali. Nam talis iusticia est habitus exercitio genitus/a potētia in qua est/ distinctus. Talem autem habitum nō potest habere de⁹: habet tamē iusticiam increatā: quia est increata iusticia. Nota: Similiter fortitudinem increatam: ⁊ est ipse deus fortis: ⁊ forsitan sic intellexit Aristoteles. Uel per deos intelligit heroycos iuuenes a passionibus humanis circa quas sunt virtutes morales scd̄m gradum cōtinentie. Eudymion ¶ Eudymion qui primus lune cursum inuenit / fingitur a poetis a luna multū dilectus/in monte Lytie quiescens/ lunam continue osculatur: ⁊ hoc scd̄m poeticam fictionem.

Secūda ꝯclusio. felix felicitate secūdo mō dicta/multis pōt indigere. Pōt eñ esse paup/exul/pati corporis egritudinē/carere oībꝰ vite necessariis: ⁊ ī tali necessitate eget amicꝭ/cibo/potu/medico

Aristoteles
Seneca
Boetius
Contra istas ꝯ̄clusiōes sic instat̄. Felix est sibiipsi sufficiēs: ergo non eget amicis. Probat̄ antecedēs: q̄r felicitas est quid sufficientissimū: vt ait Ari. primo. Ergo vir felix est sibiipsi sufficiens. Unde dicit Seneca sapientem seipso contentum esse. Ois aūt sapiens est felix: igit̄. ❡ Scđo sic. Nil curat amicus nisi vt auxilietur et tribuat amico ea quibus indiget: sed felix nullo bono idiget: igitur. Minor patet auctoritate Boetij dicentis ⁊ ponendo felicitatē esse statū oīm bonoꝝ aggregatiōe ꝑfectissimū. ❡ Ad rationes patet q̇d sit dicendū ex ꝯ̄clusionibus.

Morale dubium
Aristoteles
Distinctio
Bonitas
Necessitas
Dubitat̄ vtrū magis sit opus amicis tpe necessitatꝭ/q̄ȝ tpe ꝓsperitatis. ❡ Pro solutiōe dubij sciēdū ē p̄io ꝙ dubiū vnū supponit: ⁊ aliđ inuestigat. Supponit eñ ꝙ opꝰ ē amicis/ ⁊ tpe ꝓsperitatis et tpe necessitatis. Ari. tñ distinguit ꝙ opꝰ sit amicis: vel q̇ ad necessitatē: vel q̇ ad bonitatē. Primo: magis opꝰ est amicis tpe aduersitatis q̄ȝ ꝓsperitatis. Scđo magis opus est amicis tpe ꝓsperitatis.

Seneca ad Serenum
❡ Differunt tñ bonitas et necessitas: q̄r bonitas attribuit̄ simplr fini: necessitas ꝟo mediis ordinatis ad finē. Scđo/q̄r necessitas hūana fortune subest. Bonitas vero minime: ſȝ est in nr̄a potestate. Unde Seneca in libello ad Serenuȝ. Nihil eripit fortuna/nisi qđ dedit. Uirtutē aūt nō dat: iđ nec detrahit. Libera est ⁊ imobilis/immota/incussa: sic cōtra/casus indurat: vt ne inclinari q̇dē/mediū vici possit.

Bene fortunatus
Correlaria annotanda
Pōt igit̄ distinctio Ari. sic intelligi: ꝙ in ifortuniis magis est opꝰ amicis ad bn̄faciendū ⁊ ad virtuose operandū. Bene eñ fortunatꝰ abundat in bonis corporis ⁊ in vite necessariis: ergo nō est opus amicis ad talia sibi ꝓcuranda/ nisi ministraliter/sicut seruus ꝓcurat dño. ❡ Ex isto sequūtur duo correlaria. ❡ Primū. Infortunatis opꝰ est amicis vtilibus: scilȝ potentibus in necessitate subuenire. ❡ Scđm. Fortunatis maxie opꝰ ē amicis virtuosis: q̄r maxime talibus est subueniēdum.

Ad dubiū ꝯ̄clusio responsiua
Quidiꝰ de anima
At precium ꝑs hec corpore malus habet
Istis notatis ponit̄ ꝯ̄clusio responsiua ad dubiū. Magis est opus amicis in bonis fortune ⁊ tp̄e ꝓsperitatis/q̄ȝ in malis fortune ⁊ tp̄e necessitatis. Probat̄ ꝯclusio: q̄r in bonis fortune est opꝰ amicis ad bona aīe: scȝ ad opera ꝟtutuȝ adipiscenda. In malis aūt fortune opus est amicis ad bona corporis scȝ vite necessaria acquirēda: sed vnicuiq̄ȝ magis opꝰ est bona aīe q̄ȝ corporis acquirere: q̄ȝto scȝ aīa melior est ⁊ p̄ciosior corpore. ❡ Aliter ꝓbat̄ conclusio: q̄r ibi magis opꝰ est amicis/vbi amici sunt eligibiliores: sed in bonis fortune sunt eligibiliores: igit̄. q̄r eligibilius est bene operari/q̄ȝ pene pati. ❡ Eligibilius est enim operari ſm virtutē in alteruȝ/q̄ȝ ab eo vtilia corporis suscipere. ❡ Itē: eligibilius est qđ vndiqua q̄ȝ est delectabile/q̄ȝ qđ aliquā habet tristiciā annexā: ſȝ amicꝰ in bonis fortune est vndiquaq̄ȝ delectabilis: in malis aūt est delectabilis: ſȝ admisceret̄ tristicia: q̄r tam fortunato q̄ȝ infortunato p̄ñtia amici est delectabilis: q̄r amicus inq̄ȝtum amicus/ est amico cōuenientissimꝰ.

Contra dicta sic instat̄/probando ꝙ tpe aduersitatis magis sit opꝰ amicis: q̄r tūc est magis opꝰ amicis/q̄ñ sunt magis necessarij: sed tpe aduersitatis ⁊ in malis fortune sūt magis necessarij: igitur. ❡ Itē: tunc est magis opꝰ amicis/q̄ñ egemꝰ eoꝝ auxilio: sed hoc est tpe infortunij: igit̄.

Ad rōnes dubij
Ad rationes dubij ad primā dicitur ꝙ ꝯcludit ꝙ magis opus est amicis ad necessitatē in malis fortune q̄ȝ in bonis: sed non ad bonitatem: ⁊ secunda ratio idem concludit.

Questio moralis de delectatione
CIrca decimnm et vltimū librū Ethicorū Aristo. imprimis circa primū tractatum q̄ritur primo. Utrū delectatio in opere vnius virtutis vel potentie impediat delectationem in opere alteriꝰ virtutis vel potētie.

Multipliciter vna delectatio aliā expellit
Ad plura et diuersa attēdere difficile est
Pro solutione q̄stionis notandū est primo ꝙ experiētia docet ꝙ delectatio minuit vel expellit tristiciā. Similiter multe delectatiōes aliquarū potētiaꝝ minuūt delectatiōes aliaꝝ potētiaꝝ. ❡ Sȝ pōt ꝯtingere multis modis ꝙ vna delectatio aliā expellat. Primo modo: ꝙ potētia sit multū intēta circa vnā delectationē ꝓpter quā nō attēdit ad aliā: ⁊ cum nō posset aduersa simul attēdere ꝑfecte/sed multū intenta vni/non pōt aliis intendere. Et vniuersalr̄ q̄ȝto

magis

magis est intenta vni/est minꝰ intenta alteri. Hoc mō aīa multum intenta vni operi/nō potest circa alia intendere: ⁊ per consequens neq̃ delectari: sic eam omnino expellit.

Que potentie simul delectētur vel tristentur.

Notanū est scđo ꝙ multipliciter pōt intelligi ꝙ plures potentie ꝑ eodē tpe delectātur vel tristentur. Primo mō: circa idē obiectū. Scđo modo: circa diuersa obiecta. Si aūt fit delectatio vł tristicia pluriū potentiarū circa idē obiectū/hoc cōtingit tripliciter. Vel vtraq̃ potentia circa illud obiectū delectatur/iudicādo ipm esse cōueniēs: vel vtraq̃ tristat̄/iudicando ipm discōueniēs: vel vna delectat̄ ⁊ altera tristatur.

De ꝯcordia sensuū ⁊ discōueniētia.

¶ Si vtraq̃ delectatur: tūc delectatio vniꝰ nō diminuit delectationē alteriꝰ: cuius ratio est: qꝛ ibi plures sensus cōcordāt/de ꝯueniētia obiecti existimatiua melius iudicat: et sic maioꝛ sequit̄ delectatio. Eodē modo sequit̄ maioꝛ tristicia: si plures sensus cōcordāt de discōueniētia alicuius obiecti. ¶ Si vero ille potētie discordēt/sic ꝙ vna delectat̄ et altera tristet̄: tūc delectatio vnius minuit tristiciā alterius: et econtra: ꝓpter hoc ꝙ estimatiua nullū firmū habebit iudiciū: sed dubitabit: qꝛ si in totale obiectū sit cōueniens vel discōueniēs: ⁊ sic nec delectat̄/nec tristat̄ intense.

Ouidij ꝓuerbiū.

¶ Si vero delectatiōes et tristicie diuersarū potētiarū fuerint circa diuersa obiecta et nō subordinata: tūc delectatio delectationem/et tristicia tristiciā minuit. ¶ Ideo dicit Aristo. ꝙ amantes fistulas non possunt sermonibus attendere. Si audiant fistulantem: ⁊ hoc etiam est verum in tristicijs. Nam

Propertius

Nature sequitur semina quisq̃ sue.

Et experiētia docet ꝙ cōstringūtur nares equi/ne sentiat doloꝛē in pede.

Cōclusio.

Istis notatis ponitur cōclusio. Delectationes ⁊ tristicie diuersarū potētiarum circa idem obiectum non se minuunt sed augmentant: licet circa diuersa obiecta se minuant et remittant. ꝑtꝫ ꝓbatio huius cōclusionis ex scđo notabili.

Cōtra dicta sic instat̄. Qñcūq̃ aliqua duo se impediūt/habēt adinuicē aliquā oppositionē: sed opationes siue delectationes diuersarū virtutum nō habēt adinuicē oppositionē: cū opatio vniꝰ ꝟtutis nō opponat̄ opationi alteriꝰ virtutis: igitur.

Scđo sic. Illud qđ est alteriꝰ augmentatiuū/nō est illius impeditiuū: ſꝫ delectatio vnius potētie augmētat delectationē alteriꝰ: igit̄ impedit. Cōsequētia tenet cū maioꝛe: et ꝓbat̄ minoꝛ: qꝛ aliqñ delectatio visus est augmētatiua delectationis tactus: qđ apparet in rebus venereis/ in quibus ex delectatione visus crescit delectatio tactus. ¶ Item delectabilius bibūt pulchꝛū vinū q̃ vinū turpis coloꝛis. Et experiētia docet ꝙ si visus patiatur abominationē in aliquo cibo quātūcunq̃ bono: gustus etiam patitur abominationem: igitur.

Delectatio visus auget delectationē tactus.

De pulchꝛo vino. de nausea cibi.

Tertio arguitur.

Aristoteles

Tertio sic arguit̄. Delectatio minuit tristiciā: ergo nō minuit delectationē. Añs ꝓbatur ꝑ Aristo. in textu: et etiā in septimo vbi inq̄t. Expellit aūt delectatio tristiciam. Cōsequētia tenet: qꝛ qđ minuit aliquā tristiciā/nō videt̄ minuere delectationē illi oppositā: ſꝫ potiꝰ augeri ⁊ saluari: sicut illđ qđ minuit frigiditatē/saluat potiꝰ caloꝛē q̃ diminuat vł īpediat.

Ad rōnes q̄ōnis. Ad primam đꝛ ꝙ aliqñ opatiōes virtutū habēt repugnātiā ex ꝑte oīm circūstātiarū: sicut actus virginitatis et castitatis cōiugalis/similiter viduitatis. ¶ Ad scđam rōnem patet quid sit dicendū ex scđo notabili et cōclusione.

Moꝛale dubiū de delectatione.

Dubitatur vtrū delectatio sit ꝓpter opationē/vł opatio ꝓpter delectationē. ¶ Circa hāc materiā sunt due opiniones: quaꝝ pma videt̄ Aristo. et Eudoxi phoꝝ opinātiū opationē esse ꝓpter delectationē/et nō ecōtra. ¶ Prima rō ē ista: qꝛ illud ē optimū qđ oīa appetūt: ſꝫ delectationē oīa appetūt: ergo delectatio est q̄d optimū: ⁊ ꝑ ꝯsequēs opatio fit ꝓpter delectationē. Minoꝛ ꝓbatur: qꝛ oīa appetūt illā summā delectationē q̄ dei summi ꝯtēplationi ē annexā: cuiꝰ rō est lꝫ ī Aristo. qꝛ oīa entia quātūcūq̃ deprauata/habēt naturaliter in se quoddā diuinū ꝑ qđ tendūt ī ꝓpꝛiū bonū. Hoc expꝛessit Aristo. decimo huiꝰ/dicens. Foꝛte autem ⁊ in prauis est aliquod naturale bonū meliꝰ q̃ scđm ipa/qđ appetit ꝓpꝛiū bonū. Illud bonum nō est nisi vniuscuiusq̃ nature scđm qđ est ꝑticeps similitudinis supꝛemi entis: igit̄.

Nemo tam malus quin bonum appetat.

Scđa rō.

¶ Scđa rō: qꝛ ꝑfectibile pmaria intētiōe oꝛdinat̄ ad suam ꝑfectionē tāq̃ ad finē: ſꝫ delectatio ꝑficit ipam opationē: iō dicit Aristo. ꝑficit aūt delectatio opationē/vt supueniēs q̄dē finis. Igit̄ opatio ē ꝓpt̄ delectationē. ¶ Itē: ipa delectatio ꝯsequit̄ opationē/sicut finis mediū. ¶ Itē: delectatio ē maxie eligibilis: ergo est opatione eligibilioꝛ. Añs ꝓbat̄: qꝛ illud est maxie eligibile/ ꝓpt̄ qđ oīa alia sunt eligibilia: ⁊ ipm nulliꝰ rei gr̄a ē eligibile: ſꝫ sic ē de delectatiōe: igit̄. Minoꝛ ptꝫ auctoꝛitate Aristo. septimo huiꝰ/sic inquiētis. Nullū em̄ interrogamꝰ gr̄a cuiꝰ delectat̄. Et pmo Rhetoꝛice dicit. Delectationem em̄ oīa ꝓsequūtur: et gr̄a eius oīa appetūt. Diffinitum aūt est his bonū ⁊ finis.

Verba Aristotelis.

Auctoꝛitas Aristo. vij. huiꝰ et pmo Rhetoꝛice.

De quiete.

¶ Itē: quies coꝛpoꝛis grauis aut leuis in loco suo naturali cōuenientioꝛ est coꝛpoꝛi graui/aut leui: et magis habet rationē finis vltimi q̃ motus siue tendētia ad illū locū: ſꝫ delectatio est tāq̃ quietatio in obiecto amato: opatio vero se habet ꝑ modum tendētie in ipm finē: igitur.

Nullus vbiq̃ pōt felici ludere dextra.

¶ Itē: in ludo delectatio nō eligit̄ ꝓpter opationē: ſꝫ ecōuerso: qꝛ sepe opatio sine delectatione est fugibilis et dānosa. Similiter coitus nō eligitur nisi ꝓpter delectationē: qꝛ mulier impꝛegnata naturaliter appetit coitū: et tñ circūscripta delectatio opatio esset ociosa: immo potius damnosa q̃ vtilis. Si ergo natura nihil faciat ociose/sequitur ꝙ coitus propter delectationeꝫ eligitur: et non ecōtra.

Nota rōnē hāc de grauidis mulieribus.

Opiniones Alberti magni et Eustratij.

His rōnibus nō obstātibꝰ tenet Eustratius: similiter Albertus magnus/ꝙ delectatio fit ꝓpter opationē. Et ad hoc ꝓbandū adducūt aliquas rōnes. ¶ Prima rō. Si delectatiōes essent fines opationū/seq̄ret̄ ꝙ nulli deberēt expetere opatiōes q̄bus maioꝛes annectunt̄ tristicie/q̃ delectatiōes. Et ecōtra sequeret̄ ꝙ oēs opatiōes exerceri deberēt/ quibꝰ maioꝛes annexe essent delectatiōes q̃ tristicie. Cōsequētia ꝓbatur: qꝛ scđm exigētiam finis opꝫ cetera moderari: ideo opoꝛtune est facere oīa que sunt ꝯgrua fini: ⁊ dimittere ꝯtraria. Falsitas cōsequētꝭ apparet de foꝛti/ vbi in opere foꝛtitudinis faciendo qđ facere decet/expectat et sustinet vulnera: et aliqñ moꝛtē/vbi est plus doloꝛis et tristicie q̃ delectationis: vt habet̄ expꝛesse tertio huiꝰ. Scđa consequētia ꝓbatur. Nulli est opoꝛtunum exercere coitum cum muliere non sua: vel vti re alterius ipso inuito/quātūcunq̃ ī tali opere delectetur. Nunq̃ enim ꝓpter delectationē/ exercenda sunt opera inhonesta: vel ꝓpter nō tristari/honesta fugienda: immo quilibet scđm rectū iudiciū asserit honesta esse facienda: etiā si sint tristia vel indelectabilia: ⁊

De viro foꝛti

Notanda hec ꝓbatio.

oīa inhonesta esse fugiēda quantūcūqꝫ delectabilia: hoc hꝫ Seneca in ep̄la ad Lucillū. Uir bonus ꝙ honeste se facturū putauerit/faciet: etiā sine pecunia: si laboriosuꝫ fuerit/faciet: etiā si dānosuꝫ erit/faciet si periculosuꝫ erit. Rursus quod turpe erit/nō faciet: etiam si pecuniam afferet: etiam si voluptateꝫ/si potentiam/si honorē: ab honesto nulla re deterrebitur: ad turpe nulla spe mutabitur. Et Cicero libro primo officioꝝ. Nemo eñ iustus esse pōt/qui mortē/qui dolorem/qui exiliū/qui egestatē timet: aut qui ea q̄ sunt his cōtraria/anteponit. Ergo oꝑationes nō sunt ꝓpter delectatiōes: sꝫ ecōtra. ¶ Scd̄a rō. Oꝑatio sensus ē finis delectatiōis sēsualis: ⁊ oꝑatio intellectꝰ ē finis delectationis itellectualis. Añs ꝓbaꝛ: qꝛ natura nobis instituit cibū ⁊ potū finaľr/vt nutriamur ⁊ viuamus: ⁊ nō vt delectemur. Nutriri aūt et viuere/est oꝑatio. Qꝛ aūt natura instituerit nobis cibū finaliter vt nutriamur et viuamus/ptꝫ. Ipsa eñ natura/plātis et arboribus instituit cibū ⁊ potū/vel eis ꝓportionabilia: quibꝰ tñ non conuenit delectatio nutriātur et viuāt: ergo a fortiori et nobis eadē instituit/vt viuamꝰ/⁊ nutriamur: ⁊ hoc apparet: qꝛ cū expetit accipere cibū ⁊ potū ad viuendum corpore destituto ꝑ cōsumptionē humidi radicalis a calido: tūc maxime delectamur in cibo: corꝑe ꝓo repleto ⁊ restituto/cessat delectatio: ⁊ tñ nō cessat operatio: igitur. Similiter cessante somno cessat delectatio naturalis: ⁊ tñ non cessat oꝑatio: igiꝛ. Hoc etiā apparet ex differētia plātarū et aīaliū. Plāte eñ qꝛ naturaliter habēt nutrimētum incertū/non indigēt electione ad acceptādū conueniēs/et ad fugiendū discōueniēs. Sed aīalia qꝛ nō habēt idem nutrimētum adiūctū/indigēt electione: qua acceptant et ꝓsequūtur cōueniēs/⁊ fugiūt discōueniens. Nā sine tali electione/plāte viuūt: aīalia vero nō: ideo natura q̄ nō deficit in necessarijs/nec abūdat in sup̄fluis/ instituit aīalibus delectationē in cibo cōueniēte/⁊ tristiciam in discōueniēte: sic natura delectationē instituit ꝓpter aliud: puta ad ꝓsequēdum cōueniēs/vel ad fugiendū discōueniēs: et ꝑsequēs delectatio non est finis operationis.

Aurea Senece auctoritas nunqꝫ obliterāda. *Cicero primo officiorum.* *Secūda rō* *Quid nobis natura et plantis ⁊ brutis instituerit.* *Discrimen plātarum et aīaliū brutorū electionē nutrimenti habentium.* *Natura*

Hāc opinionē tenēdo respōdetur ad rationes alterius opinionis.

Ad rōnes prioris opinionis.

Ad primā dr̄ cōcedēdo illud esse optimū qđ oīa primaria intētione appetūt: et quēadmodū oīa appetūt delectationē dei q̄ est ipse deus: etiaꝫ oīa appetūt oꝑationē dei q̄ est ipse deus. ¶ Sed loquēdo de delectatione et oꝑatione distincte: respōdetur ꝙ oīa eque appetūt oꝑationes qꝫ delectationes. Apparet eñ actiua et passiua naturalia suas ꝓprias appetere oꝑationes: ꝓpter qđ ⁊ actiua statim agunt passiua passiuo p̄n̄te: et patiūtur passiua/ actiuo p̄n̄te.

Ad primā

Et sic dicas: oīa cognitiōe vtētia magis appetūt delectationē qꝫ oꝑationē: verū est: sꝫ hoc nō est intentione p̄ncipali: qn̄ appetitus est rectus: sed ea rōne qua annexa est oꝑationi q̄ est finis. Delectatio eñ decorat actū: et ip̄m ꝑficit aliquo modo: videꝛ tñ scd̄m rei veritatē ꝙ in habētibus cognitionē/ oꝑatio magis appetitur. Sepe eñ cupimus videre nō solū delectabilia: sꝫ etiā multa entia tristiciā afferentia.

Obiectio de vtentibus rōne appetētibꝰ delectationē. *Modus cupidorum.*

Ad scd̄am rōnē respōdetur ꝙ ꝑfectibile qn̄qꝫ meliꝰ est sua ꝑfectiōe vt de aīa q̄ multis accidētibꝰ ꝑficitur: et tñ quolibet accidēte ē melior: sic est de delectatiōe ꝑficiēte oꝑationem: que tamen est operatione minus bona.

Ad scd̄am.

Ad tertiā rōnem cōceditur ꝙ delectactatio est ꝓpter seip̄am eligibilis: magis tñ est eligibilis ꝓpť oꝑationē. Delectatio eñ eligiꝛ ꝓpť oꝑationē quā ꝑficit virtꝰ/sicut ꝓpter oꝑationē ab ip̄a manātē.

Ad tertiā.

Ad quartā dr̄ ꝙ inter passiōes aīe delectatio maxime q̄etat intellectū: tñ si delectatio cōparetur ad oꝑationē/aliqua oꝑatio finalius perficit: ⁊ quietat intellectum.

Ad quartā.

Ad quintā de ludo respōdeꝛ ꝙ si oꝑatio ludi ordinaꝛ ad delectationē: illa tñ delectatio vlterius ordinaꝛ ad oꝑationē. Uñ dicit Aristo. Incōueniens est finē esse lusum. Studere eñ et laborare ludi gr̄a/insipiētis videꝛ ⁊ valde puerile. Ludere eñ vt studeamus opꝫ/aiebat Anacharsis philosophus.

Ad quintā. *Auctoritas*

Ad vltimā rōnem de coitu: dicēdū ꝙ nō est appetēdus intētiōe p̄ncipali ꝓpter delectationē: cā aūt ꝙ post imp̄gnationē mulieres nō cessant a coitu sicut cetera aīalia/pōt esse: qꝛ ꝓpter nobilitatē et excellētiā cōplexionis humane. Difficiliꝰ est eñ fetū formari in hoībꝰ qꝫ in alijs aīalibꝰ: iō ad succurēdū hmōi difficultati/natura ingenerauit oībꝰ oī tp̄e materiā et delectationē ꝑtinētes ad coitum: sic ꝙ oī tp̄e possit fetꝰ humanus gn̄ari: qđ nō nisi certo tp̄e est necessariū in alijs animalibus.

Mirabilis cā q̄re mulieres nō cessant etiā ip̄gnate ab opere naturali.

Circa scd̄m tractatū decimi Ethicoꝝ Aristotelis q̄riꝛ vtrū felicitas humana consistat in actu voluntatis vel intellectus.

Questio moralis de felicitate.

Pro hac materia aduertēdū est p̄mo ꝙ actus ille in quo ꝯsistit humana felicitas/siue sit actus volūtatis/siue itellectꝰ: ē circa deū imediate et obiectiue: qꝛ inter oēs alios actꝰ opꝫ illū esse nobiliorē/imo nobilissimū: et ꝑ cōsequēs nobilissimi obiecti. Tale aūt obiectū est deꝰ. Lōge eñ nobiliꝰ est intelligere deū qꝫ festucā: qꝫuis multa dissimilitudo esset i euidētia: ergo solius dei tanqꝫ obiecti est actus ille in quo consistit felicitas: ⁊ in hoc cōcordāt ph̄i morales et theologi: ⁊ nulli cadit i dubiū qn̄ hō magis debeat diligere deū scd̄m rectā rationem/ qꝫ seipsum.

Phoꝝ moraliū ⁊ theologorum cōcordia.

Sciendū est scd̄o ꝙ oēm actū volūtatis de necessitate p̄cedit actꝰ intellectꝰ quo obiectum volūtatis apparet bonū vel malū: bonū quidē/qn̄ seq̄ꝛ cōplacētia/ acceptatio/desideriū aut delectatio. Malū qn̄ sequūtur actꝰ oppositi. Cū eñ iudicaꝛ obiectū bonū/sequiꝛ cōplacētia i illo obiecto: et si iudiciū fuerit verū ⁊ firmū de pura bonitate obiecti sine aliq̄ rōne malicie cōsequētis vľ cōcomitātis: ⁊ tūc sequeꝛ de necessitate amor ⁊ acceptatio. Tūc eñ videꝛ dicēdū esse ꝙ si hō habuerit iudiciū perfectū de pura ⁊ firma bonitate obiecti/tūc necessario sequiꝛ ꝑfectꝰ amor/acceptatio ⁊ volitio. Si vero iudiciū non fuerit ꝑfectū/nō sequiꝛ ꝑfectus amor/nec volitio/seu acceptatio: qꝛ causis necessario req̄sitis ad esse ⁊ ad ꝓductionē alicuiꝰ effectꝰ diuinitus non videꝛ possibile ꝙ ꝓueniat effectus perfectus si iudiciū de bonitate obiecti ē causa necessaria ꝓductiōis volitiōis. Est etiā necessaria ad eiꝰ ꝑmanētiā. Cessante eñ (vt apparet) actuali cognitione/ cessat oīs delectatio: vt in somno ꝑfecto q̄ ē sine somnio: qꝛ in somnio ꝓueniūt sepe delectatiōes/tristicie et timores: cū sit quedā apprehēsio. ¶ Item ꝓbabile est ꝙ quēadmodū volūtas nō pōt ferri nisi i obiectū cognitū: etiā nō pōt plꝰ ferri i obiectū qꝫ malū sit cognitū: hoc est vltra gradū cognitionis nō pōt ferri volūtas. ¶ Nec valet obiectio de muliere habente filium

Actus volūtatis intellectus. *Quomō sequiꝛ ꝑfectꝰ amor.* *De somno ꝑfecto.*

Obiectio de muliere malũ filium habẽte.

te filiũ malũ/ꝗ̃ dicit. Scio ꝙ malus est: et nimis dili⸗go eũ: nec possum cessare q̃n diligã eũ. ¶ Potest dici ꝙ ibi est obuiatio sensus ad rõnem: qꝛ mater vera cõcludit ꝙ scd̃m rationẽ talis filiꝰ non est sic amandus. Sensus tñ ex naturali inclinatiõe iudicat ꝙ sit valde amãdus. Et vincit sensus rationẽ: ⁊ nõ ꝑmittit intel⸗lectũ sistere in iudicio rationis.

Altera obiectio de voluntate.

Si vlteriꝰ dicaꝝ. Volũtas põt minus velle vel amare/ꝗ̃ illud qđ est iudicatũ esse bonũ: er⸗go et maius: imo potest non velle illud qđ est iudica⸗tum per rationem.

Ad hoc dicũt ꝙ nõ est idem de mino⸗re et de maiore: quia minus includitur in maius: ideo non est incognitum: sed maius quãtũ ad gradũ scd̃m quẽ excedit/est incognitum.

Hoc supposito ponunꝝ aliq̃ ꝯclõnes.

Prima conclusio

¶ Prima cõclusio. Humana felicitas q̃ est simpłr vl⸗timus finis opationũ humanaꝝ/ nõ ꝯsistit in actu in⸗tellectꝰ falso/vel infirmo/vel incerto: nec etiam in actu volũtatis: qꝛ sequitur talẽ apphensionẽ: qꝛ talis actꝰ est impfectus ⁊ defectuosus/tã actꝰ intellectꝰ ꝗ̃ vo⸗lũtatis. In nullo aũt eorũ qđ est impfectũ/põt ꝯsiste⸗re felicitas humana. Ut habeꝝ decimo huiꝰ. Nã licet actꝰ fidei scd̃m doctores sit certior sciẽtia: tñ ẽ impfe⸗ctus ꝑpter ineuidẽtiam: sicut hꝫ apłus. j. Coꝝ. xiij. caplo. Ex pte eñi cognoscimꝰ: et ex pte ꝓphetamꝰ/ cũ aũt venerit qđ pfectũ est: euacuabiꝝ qđ ex pte est. Et paulopost subdit videri p speculum in enigmate: tunc aũt facie ad faciẽ: nũc cognosco ex pte: tunc co⸗gnoscã sicut cognitus sum. Et sic i nullo actu quẽ hꝫ viator/cõsistit felicitas humana. ¶ Ex ista ꝯclusione ptꝫ ꝙ Paulus in raptu nõ fuit beatus. ptꝫ: qꝛ fuit via⸗tor: nec valet argumẽtum de xp̃o: qꝛ aĩa christi actua⸗liter semper cognoscebat et amabat deum.

In nullo imperfecto ꝯsistit felicitas. Apłus. j. ad Coꝝ.

Correlariũ De sancto Paulo.

Scđa ꝯcło

Scđa ꝯcło. Felicitas humana nõ cõsistit in delectatiõe vel simplici desiderio seu cõplacẽ⸗tia/ponẽdo p̃dicta distingui ab actu volũtatis.

Tertia conclusio. Senece et Aristo. opinio.

Tertia cõclusio ꝫm Aristo. vt expres⸗se ptꝫ decimo huiꝰ quẽ insequiꝝ Seneca/et multi an⸗tiquoꝝ phoꝝ moraliũ: in actu intellectꝰ pfecto ꝯsistit felicitas humana. ptꝫ: qꝛ p̃dicti sapientiã ipam p̃ferũt oĩbus virtutibus humanis in cuiꝰ actu/qui est specu⸗culatio/dicunt consistere felicitatem humanam.

Alia ratio.

Pro hac ꝯclusiõe sunt rõnes post oppositũ: p̃ter illas rõnes põt adduci alia rõ: qꝛ actꝰ at⸗tigẽs obiectũ btificũ imediate/ẽ pfectior actu idẽ ob⸗iectũ attingẽte/mediate solũ: ſꝫ actꝰ itelligẽdi p̃mo ⁊ p se/attingit obiectũ btificũ: puta ipm deũ: ⁊ actꝰ vo⸗lũtatꝭ q̃ ẽ amor vł volitio/nõ attingit obiectũ nisi me⸗diãte cognitiõe. ¶ Itẽ: scd̃m aliq̃s theologos/ visio clara ꝑducit p̃mo a deo in ipsa aĩa sine q̃cũꝗ̃ specie. Amor autẽ nõ sic p̃mo ⁊ immediate ꝑduciꝝ a deo: ſꝫ mediãte visione: ⁊ visio cõcurrit ad ꝑductionẽ amo⸗ris: ⁊ nõ ecõtra: et p cõsequẽs se habẽt sicut causa et effectꝰ: causa autẽ semp est p̃stãtior suo effectu: igitur.

Scd̃m theologos visio parit amorem. Notãdum.

Quarta cõclusio. Doctoris subtilis opinio.

Quarta cõclusio. Probabile est etiã dicere ꝙ felicitas humana p̃ncipaliꝰ cõsistit i actu vo⸗luntatis ꝗ̃ i actu intellectꝰ. ¶ Hãc ꝯclusionẽ ꝓbant rationes ante oppositũ: ⁊ hec est opinio doctoris sub⸗tilis in quarto/distinctione. xlix. questione quarta.

Felicitas deus. Quĩta ꝯcło

Quinta cõclusio. Felicitas obiectiua est ipsemet deus.

Sexta conclusio.

Sexta ꝯcło. Si capiꝝ felicitas colle⸗ctiue/consistit i aggregato ex actu voluntatis et intel⸗lectus circa deum.

Primo arguitur.

Contra dicta sic instaꝝ. In actu illius potẽtie ꝯsistit felicitas scd̃m quã magis meremur: si scd̃m volũtatẽ meremur/ꝗ̃ scd̃m intellectũ: g̃ in actu volũtatis et nõ intellectꝰ/cõsistit felicitas humana: tũ ergo si scđꝫ volũtatẽ magis mereamur/ꝯsonũ ẽ ꝙ ꝫm eã magis p̃miemur. Premiũ aũt finale ẽ ipa felicitas.

Scđo arguitur.

Scđo sic. Summũ oĩm virtutũ hoi⸗bus inexistẽtiũ est charitas/q̃ est virtꝰ ipsiꝰ volũtatis/ et nõ intellectus: igitur.

Tertio arguitur.

Tertio sic. In illo actu cõsistit felici⸗tas scd̃m quã hõ maxie vniꝝ deo: ſꝫ hoc est scd̃m actũ volũtatis q̃ est amor: qꝛ scd̃m actũ intellectꝰ nõ intime vnitur intelligens cũ obiecto intellecto. Vetula enim amans deum: licet de deo modicam habeat cognitio⸗nẽ: magis tamen placet deo/qꝛ amat: ꝗ̃ vir litteratꝰ cognoscens multa de deo/⁊ non amans.

Quarto arguitur.

Quarto sic. Actꝰ ille/ceteris paribꝰ ẽ melior/q̃ ẽ nobilioris obiecti: ergo si sint duo actꝰ cir⸗ca idẽ obiectũ/ille est nobilior ⁊ melior q̃ fertur in ob⸗iectũ sub ratione melioris boni: sed sic est de actu vo⸗lũtatis q̃ ferꝝ in deũ sub rõne boni: intellectus autem magis sub ratione entis vel sub ratione veri: igitur.

Ad istas rationes patet quid sit dicẽ⸗dum ex conclusionibus.

Dubiũ morale.

Dubitatur an vita actiua veniat p̃⸗ferenda contemplatiue.

Opinio Guilleimi Altissiodoreñ.

Pro solutiõe huiꝰ q̃stiõis ẽ aduertendũ ꝙ duplex põt esse cõparatio vite actiue ad ꝯtẽpla⸗tiuam/teste Guillelmo Altissiodorẽ. in tertio senten⸗tiarũ/tractatu octauo. Primo p̃nt cõparari scd̃m sta⸗tus: ita ꝙ cõpareꝝ statꝰ vite actiue statui vite ꝯtẽpla⸗tiue. Diciꝝ eñi cõtẽplatiuus q̃ est habilis ad cõtẽplan⸗dũ. De facili ꝯtemplaꝝ actiuꝰ/ qꝛ de facili agit: ⁊ ideo est aptꝰ ad cõtemplãdũ. Et scd̃m hũc statũ/ cõtẽpla⸗tiuꝰ dꝛ hr̃e ꝟtutes purgati animi. i. ꝟtutes imunes a passiõibꝰ: actiuꝰ vero ꝟtutes purgatorias siue politi⸗cas. Vñ Lya habebat oculos lippos. i. ꝟtutes nõ bñ purgatas: ſꝫ Rachel erat pulchra facie. i. habebat vir⸗tutes purgatas. Et scd̃m hãc cõparationẽ/vita ꝯtem⸗platiua melior est actiua. Alio mõ põt cõparari vita actiua cõtẽplatiue quo ad opatiões in eodẽ hoie ꝫm eũdẽ gradũ charitatꝭ. Et si hꝰ intelligaꝝ simpłr: tũc cõ⸗tẽplatiua est melior actiua. Si vero cõsidereꝝ scđꝫ ali⸗q̃s spãles circũstãtias ⁊ casus/actiua ẽ melior ꝯtẽpla⸗tiua. Prima ps pꝫ: qꝛ talia opa imediatiꝰ tẽdũt i deũ/ et sunt magis ꝯfirmatiua/ ⁊ augmẽtatiua charitatꝭ/ ꝗ̃ opa vite actiue. ¶ Et iõ dicebat sctũs Martinꝰ ꝙ maior ꝟtus erat ei añ epatũ/ꝗ̃ in epatu: qm añ epa⸗tũ resuscitauit duos mortuos: scd̃m epatũ/tm̃ vnum: ergo maior ꝟtus fuit ei in cõtẽplatiõe/dũ fuit mona⸗chus/ꝗ̃ in actione/ dũ fuit epus. Tertia ps ꝓbatur: quia sup illud Cãticoꝝ. ij. Surge ꝑpera amica mea. habetur ꝙ melius est ꝑperare p opationẽ/ꝗ̃ p con⸗templationẽ. ¶ Item in casu/aliquis põt relinquere vitam cõtemplatiuã et vite actiue adherere. ptꝫ p̃mo. qꝛ si sit aliquis abbas litteratus/et cognoscat in reli⸗gione aliquos ignaros p̃ceptorum dei/et eorum que ad salutẽ aĩe requirũtur/tenetur p̃dicare et relinque⸗re vitam contemplatiuã/si nõ põt vtrãꝗ̃ simul cõple⸗

Cõtẽplatiuus actiuꝰ.

Quid per Lyam intelligatur.

Diuerse cõparationes.

Sanctus Martinus Turoneñ. archiepus.

Cãticorum ij. caplo.

Exẽplũ de abbate litterato.

cti. Hoc etiam pōt facere ꝓ bonis tpalibus: puta ad subueniēdū necessitatibus corporis: vt dicit Johannes in epl'a canonica iij. capitulo. Qui habuerit substātiam huius mūdi: et viderit fratrē suū necessitatē habere: et clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Similiter pōt religiosus dimissa religione sese cōuertere ad oꝑationes vite actiue: et hoc imminēte periculo in republica. Similiter si filia regis vouisset castitatem et fuisset religiosa/ cum dispensatione (ne pereat respublica) pōt exire religionē: vt ptz de papa Zacharia qui dispensauit cū rege Arragonie vt egrederetur religionem pro tuitione. reipublice. ¶ Itē: si esset necessaria multiplicatio generis humani: tūc religiosa posset dimittere vitā contemplatiuā: et sese dare vite actiue.

Johannes in canonica iij. cap. — *De religioso.* — *De filia regis et papa Zacharia.*

Et si dicas: btūs Mattheus noluit dispēsare cū Ephygenia virgine vt duceret Hirtacū regē in virum: qui tamē pollicebatur suscipere baptismū cum omni populo.

Btūs Mattheus de Ephygenia

Ad hoc respōdēt aliqui ꝙ btūs Mattheus sciuit Hirtacum regē hoc ꝓmisisse ficte ⁊ fraudulēter: ideo noluit dispēsare. ¶ Alij dicunt ꝙ noluit dispensare: q2 nō erat summus pōtifex. Et sic vita cōtēplatiua simplr est melior vita actiua: tñ in casu necessitatis/ actiua cōtemplatiue venit preferēda.

Et si dicat aliquis. Operib⁹ vite actiue ꝓmittitur vita eterna: nō aūt operibus vite cōtemplatiue: igitur vita actiua est contemplatiua melior. Maior ptz: q2 actiuis dicitur in iudicio. Venite bñdicti patris mei: ꝑcipite regnū. Esuriui: ⁊ dedistis mihi māducare. Et ideo apl'us. Pietas valet ad oia ꝓbationē habēs vite q̄ nūc est/ et que fuit.

Obiectio ꝙ optima. — *Sacre scripture auctoritas.* — *Apostolus*

Ad hoc respondet ꝙ ideo ꝓmittitur actiuis frequētius q̄ꝫ cōtemplatiuis: quia facilior est actio q̄ꝫ contēplatio: quoniam si solum promitteretur contemplatiuis/ desperarent homines non valentes ascendere arcem cōtemplationis. Vita eñi actiua est ꝑparatio q̄dam ad vitam cōtemplatiuā: ita ꝙ vita cōtemplatiua est finis vite actiue. ¶ Vt ergo nullus possit se excusare/ actiuis ꝓmittitur vita eterna/ vt saluētur in Segor cū Loth/ qui ardua mōtiū: id est eminētiā cōtemplatiōis ascendere non valent.

Responsio. — *Quid vita cōtēplatiua* — *Loth in Segor.*

Si dicas vlterius. Optimū opus vite actiue est meli⁹ optimo opere vite ꝯtēplatiue: ergo vita actiua est simplr melior vita contēplatiua. Añs ptz: q2 p̄dicatio est optimū opus vite actiue q̄ oibus opib⁹ vite cōtemplatiue p̄stat: similiter martyriū: qm̄ (vt dr: et est Augustini sentētia) iniuriā facit martyri qui ꝓ martyre orat/ hoc aūt non dr de cōtemplatiuo.

Obiectio alia. — *Augustini sentetia.*

Ad hanc rōnem respondent doctores ꝙ p̄dicatio nō est simplr opus vite actiue/ sꝫ etiā ꝯtēplatiue. Id eñi qd̄ p̄dicatores hauriūt de sciētia dei in ocio/ effundūt in oꝑe p̄dicatiōis. Propterea (vt dicit q̄dā doctor) habēt epi domos extra ciuitatē ⁊ tumultum hoim/ vt vacent contemplationi: ⁊ ibi hauriāt qd̄ effundere debent in opere predicationis.

Preclara eiusdem doctorꝫ opinio annotanda. Vide Altissiodoreñ.

Si dicas tertio: habet Exod. xix. cap. ꝙ dñs dixit ad Moysen. Descēde ⁊ contestare pplm/ ne forte velit trāscendere terminos ad videndū dñm: vbi dñs p̄cepit moysi vt descēderet ad erudiendū populū: et relinqueret vitā cōtemplatiuam.

Exod. xix. de Moyse

Ad hoc rñdet ꝙ tūc erat op⁹ docere pplꝫ: mō i necessitate vita actiua ē ꝯtēplatiue p̄ferēda.

Responsio.

Si dicas vlterius: habetur in canticis. Egrediamur in agrū ⁊ cōmoremur i villis: sic reuocatur aia a cōtēplatiōe ad actionē: sꝫ nō reuocat a magis bono ad minus bonum: ergo melior est actio q̄ꝫ contēplatio.

Ad hoc respōdetur ꝙ illa auctoritas nō intelligitur de reuocatione de statu in statū: sed de reuocatiōe de oꝑe cōtēplatiōis ad opus vite actiue: modo sicut p̄tactū est/ opus vite actiue aliqñ p̄fertur operi vite contemplatiue.

Auctoritatis itellect⁹.

His suppositis ponitur conclusio talis. Licet opus vite actiue sit operi vite cōtemplatiue aliquando preferendū: tamen vita cōtēplatiua est simpliciter melior actiua: ptz cōclusio ex dictis.

Cōtra dicta sic instat. Operatio vite actiue est melior et p̄stantior oꝑatione vite cōtēplatiue: ergo vita actiua melior est cōtēplatiua. Añs ꝓbatur: qm̄ actus virtutis moralis in quo consistit totum meritū/ vel per quē actū homo magis meretur: est p̄stantior actu virtutis intellectualis/ ꝑ quē actum homo nō meretur/ nisi inquantum tales actus imperantur a voluntate: sed actus virtutis moralis est opus vite actiue: actus vero virtutis intellectualis ē opus vite cōtemplatiue. ¶ Itē: prestātiores ꝟtutes spectāt ad vitā actiuā/ q̄ꝫ ad vitā contemplatiuā: igitur vita actiua p̄ferēda est cōtēplatiue. Añs ptz de iusticia et magnanimitate. ¶ Itē: illud qd̄ spectat ad meliores/ videt meli⁹ ⁊ honorabili⁹: vt habet tertio Thopycorū: sed vita actiua est hmōi: igit. Minor ptz: qm̄ vita actiua spectat ad p̄latos/ p̄ncipes ⁊ reges. ¶ Itē: illud ē magis bonū qd̄ plurib⁹ est vtili⁹: cū bonū sit sui ipsius diffusiuū: ⁊ magis bonū est magis diffusiuū: sꝫ bonū vite actiue est plurib⁹ vtilius q̄ꝫ bonū vite contēplatiue: vt clarissimū est: igitur.

Primo arguitur. — *Confirmationes.* — *Tertio Thopycorꝫ* — *Ad p̄latos ⁊ reges.*

Ad rōnes dubij. ad primā negat añs. Et ad ꝓbationē negat añs: imo actiōes taliū ꝟtutū ordinātur ad oꝑationes vite cōtemplatiue.

Ad rōnes. Ad primā

Ad scdam negat añs: imo sapiētia in cui⁹ actu cōsistit felicitas/ est p̄stātior dictis ꝟtutib⁹: qm̄ scdꝫ suū actū immediati⁹ tendit in deū. Sapiētia eñi est virt⁹ purgati animi: alie vero due virtutes enumerate sunt virtutes politice.

Ad scdam.

Ad tertiā rationē dr ꝙ p̄lati et principes vtrāq꜆ vitā agūt: ⁊ sic nō ꝓcedit argumentum.

Ad tertiā.

Ad quartā rōnē distiguit maior. Vel illud qd̄ plurib⁹ ē vtilius/ ceterꝫ parib⁹: h̄ est dūmō illud nō ordinat ad aliud tāq̄ꝫ ad finē: ⁊ sic ꝯcedit. Vel qñ ordinat ad aliud: ⁊ sic negat. Modo dr ꝙ licet vita actiua sit plurib⁹ vtilior cōtemplatiua: tñ ad contēplatiuam ordinatur: et hoc sufficit.

Ad quartā. — *Actiuā contēplatiua ordinatur.*

CIrca tertiū ⁊ vltimū tractatū decimi ⁊ vltimi libri Ethicoꝝ Aristo. q̄rit vtrū ad reddēdos hoies bonos/ necessaria sit legispō.

Pro solutiōe sciēdū ē primo ꝙ legispositio est ordinatio recta vim habēs p̄cepti coerciuā ad bonos p̄miādos/ ⁊ ad malos affligēdos: ⁊ dicitur ordinatio recta. Quelibet eñi lex debet recte ordinari seu institui: al's homines possent se non submittere legibus: quod tamē est falsum. Oēs eñi sunt serui legum vt liberi esse possint. Constat enim ad salutem ciuium/ ciuitatumq꜆ incolumitatem/ vitamq꜆ hoim

Legispositio qd sit.

Inuēte leges ad qd Portius Cato. *Lex recta*

hoim et quietam et beatam inuētas esse leges. Ideo
Portius Cato leges ciuitatum neruos esse dicebat:
quarũ inuētricē Cererē oi preconio laudis extollere
debemus. Lex ideo dicik recta/qñ est cōformis legis
diuine et iudicio rōnis nō mutabilis/nisi ad arbitriũ
principũ qui legũ tutores esse debēt: qui tñ aliqñ sunt

Prouerbia p pncipib⁹.

legum puaricatores/illud allegantes. Princeps lege
solutus est: iuxta hoc dictum poete.
Lege sua maior legifer omnis erit.

Iuuenalis

Et libido regũ p lege habēda est/dicente Iuuenale
Sic volo sic iubeo/sit p rōne volũtas. Tales etiā le

Ualerius maximus.

ges teste Ualerio maxio/telis aranearũ cōpari solēt.
Nā sicut ille ifirmiora aīalia retinētes/valētiora trās-
mittũt: ita legib⁹ hũiles et pauperes ɔstringũtur. Di

Satyrographus.

uites vero nō alligātur/ qđ bñ innuit Satyrograph⁹
Dat veniam coruis/vexat censura columbas.

Tres legis effectus.

¶ Uñ tres tangũtur effectus legispositionis in dicta
diffinitiōe. Prim⁹ est: ꝙ reddat hoies bonos. Scđs:
ꝙ bonos premijs afficiat. Et terti⁹ ꝙ malos puniat.

Legis diffinitio. *Duplex pceptum.*

Sciēduz est scđo ꝙ lex est ratio sum-
ma insita a natura/q̃ iubet ea que facienda sunt: pro-
hibetq̃ ɔtraria. Ex qua diffinitiōe elici potest duplex
esse preceptũ legis: vnũ affirmatiuũ dictando ea que
facienda sunt/vt hō reddatur studiosus. Aliud vero
negatiuũ phibens q̃ fugienda sunt. Et primo institu

Institutionũ primo.

tionuz sic describitur lex: est quod populus Roman⁹/
senatorio magistratu interrogante/veluti consule/cō-
stituebat. Quid autem sit ius: et quo modo diuidak/
alterius est negocij.

Cōclusio.

His notatis ponitur responsiua con
clusio. Ad homines studiosos reddēdos/ necessaria
est legispositio: ptz cōclusio ex expositione textus.

Cōtra dicta sic instatur. hō ex solo in-
stinctu nature pōt reddi bonus: ḡ nō requirik legispo
sitio. Añs pbak: q2 ad reddēdũ hoiem simpliciter bo
nũ/solũ requirũtur illa duo precepta legis nature/scz.
Nō facias alijs tibi quod fieri minime vis. Et que-
cũq̃ vultis vobis vt faciant hoies: similiter eadem fa
ciatis. Sed illa duo p̃cepta pōt hō habere ex solo in-

Aplus ad Rom.ij.

stinctu nature. Aliter pbatur auctoritate apostoli ad
Romanos scđo capitulo. Cũ em̃ gentes q̃ legem nō
habēt/naturaliter ea que legis sunt/faciũt: hmōi le-
gē nō habētes/ipsi sibi sunt lex.

Scđo sic. Illud nō est necessarium ad
reddēdos hoies bonos/ad quod sequik grauitas pec
cati: sed ad legispositionē sequitur grauitas pcti: ptz

Johannes xv. caplo.

p illud dictũ Johānis. xv. Nisi venissem et locut⁹ eis
fuissem/peccatum nō haberent: ergo propter legispo
sitionem aggrauatur peccatum.

Tertio sic arguik. Illud non est bonũ
neq̃ necessariuz/ rōne cuius optimo bono priuamur:
sꝫ legispositio est hmōi: igik. Maior est clara: q2 vnũ
bonũ nō est impeditiuũ alterius boni: nec aliud bonũ
diminuit. Minor probatur: quia legispositione homi-
nes priuantur vita que est optimum bonũ/teste Ari-
sto. iij. Ethicorum. ¶ Item: mors est maximũ malũ:
ergo vita optimũ bonũ. Antecedēs pbatur: maximā
tristiciā infert: ergo vita est optimũ bonũ: cũ in ea ope
rationes virtutũ q̃ sunt delectabiles/exerceantur.

Quarto arguik principaliter. Illud
cui⁹ causa est mala/est malũ: sꝫ legispositionis causa
est mala: ergo legispositio est mala. Cōsequētia tenet
cum maiore: et minor ptz: q2 mali mores ⁊ vitia hoim

Quare leges sunt institute.

sunt cause institutiōis legis: et vt vulgo dicitur: leges
bone ex malis moribus pcreantur.

Ad rōnes. *Ad primā.*

Ad istas rōnes respōdetur. Et ad pri
mā respōdetur negādo añs: et ad pbationē distingui
tur: vel in vniuersali: et sic negatur: vel quantum inclu
dunt alia: et sic conceditur.

Ad scđam

Ad scđam rōnem dicik ꝙ cōcludit ꝙ
qui peccat contra legem scienter/ grauius peccat q̃
ille qui ignorat legem.

Ad tertiaz.

Ad tertiā pōt negari simpliciter añs:
vel dicatur ꝙ hō mal⁹ nō puatur amico bono qñ priua
tur vita: qm̃ male viuere nō est viuere.

Ad quartā.

Ad quartaz respōdetur negādo añs:
sed melius dicitur distinguēdo antecedēs. Uel illud
cuius causa de per se est mala: ⁊ sic transeat. Uel illud
cuius causa p accidēs est mala: et sic negatur.

Dubiũ morale de legis diuisione.

Dubitak primo vtrũ diuisio legis in
diuinā/naturalem et positiuā sit recte assignata.

Ad dubiũ respōdetur ꝙ sic. Lex enim
positiua cōformis est legi diuine: similiter lex nature.
Debet autē esse lex honesta/iusta/possibilis scđm na
turam et patrie cōsuetudinē: loco/ tpiq̃ ɔueniēs: ne-
cessaria/vtilis et manifesta: ne aliquid p obscuritatez

Lex publica ⁊ puata.

in captione detineat. Lex etiā aliqua priuata/aliqua
publica. Lex publica q̃ a sanctis patribus scripturis
est cōfirmata. Uel priuata que ex instinctu spũsctī cor
dibus fideliũ est scripta: sciꝫ charitas que prima di-

Legum authores seu inuētores.

gnior est: vt habetur. xix. q. ij. duo sunt legũ authores.
Apud hebreos fertur fuisse moyses. Foroneus rex
apud Grecos/ a quo forũ deducitur. Mercuri⁹ Tri-
megistus apud Egyptios. Solō em̃ apud Athenien
ses. Licurgus apud Lacedemonios. Numa apud

Legũ magna vtilitas

Romanos. In his quilibet studere deberet que non
pmitunt queq̃ in eis peritũ in paupertate viuere/nec
in anxietate mori. De his hactenus.

Dubiũ morale ppulchrum.

Dubitatur scđo et vltimo an philoso
phi gētiles/sicut Aristo. Plato/Socrates/fecerũt in
lumine naturali actus moraliter bonos.

Lumē naturale qđ sit *Lumē supnaturale.*

Pro solutione questiōis sciēdũ ē pri-
mo: ꝙ lumē naturale est cognitio recta quā hō ex p-
pria idustria pōt habere/ stāte influētia dei generali.
Lumē aũt supnaturale est cognitio recta quā hō deo
reuelāte/mediate vel immediate pōt habere: vt cogni
tio articulorũ fidei/et sacre scripture.

Triplex bona opatio.

Ulterius aduerte ꝙ triplex ē opera-
tio bona. Nā quedaz est bona ex genere/que cadit su
pra debitaz materiā. Alia bona ex circũstantijs/que
dicitur moraliter bona: et est operatio cōformis recte
rationi: id est que fit quomodo/qualiter/ et pter qđ

Datio elemosyne pauperi.

fieri debet/cũ ceteris circũstātijs prudētie: vt datio
elemosyne pauperi pter deũ: cũ alijs circũstantijs.
Tertia est operatio bona ex gratia: et vocatur opus
meritoriũ vite et'ne. His suppositis ponũtur ɔclones.

Prima conclusio

Prima cōclusio. Philosophi gētiles
in puro lumine naturali cognoscere potuerunt ꝙ erat
vnus orbis rector/moderator et pnceps/q̃ oia dispo-
nebat / moderabatur/ et ad certos fines dirigebat.
Nā hoc probat Aristote. et putauit demōstrasse octa
uo Physicorũ/et duodecimo Metaphysice.

Scđa ɔclo

Scđa ɔclo. Phi potuerũt cognosce
re/stāte sola industria naturali/quod tali optimo enti

Ethicorum Aristotelis Liber Decimus.

Sup[re]mū totius natu re ens hono rabilissimū.

Sup[re]mū ꝛ erat tribuēdus summus honos. ptz: q[uia] ex puris naturalibus cognouerūt quod erat supremū/ et totius nature honorabilissimū ens: sed etiā quilibet (seclusa fide) habēs rectū ratiōis vsum/ pōt dictare ꝙ tali enti tribuēdus est summ⁹ honos. Et cognouerūt etiam ꝙ erat magis diligēdus/ id est ad maius bonum.

Excellētes phi Aristo./ Plato/ Socrates.

Tertia ꝯclusio ex his sequēs. Aliqui philosophorū excellētes/ vt hi de quibus notū est dubiū/ fecerūt actus bonos moraliter. ptz: q[uia] habebant oia requisita ad actum bonū moraliter exercendum: igit. Antecedēs ꝓbatur: q[uia] cognouerūt ꝑ effect⁹ inferiores esse aliquā primā causam/ et finē vltimū/ i quē sciebāt suas operatiōes esse dirigēdas: ꝛ nō est verisimile quin aliqui gētiliū habētes talē cognitiōnē de fine vltimo/ fecerūt suas operationes ꝓpter talē finem: et ille opationes sunt actus moraliter boni: nec requirebatur tanta cognitio in gētilibus ad actum moraliter bonū exercendū/ quāta in nobis nūc requiritur: q[uia] requirit in nobis specialis cognitio ꝑter ꝟtutes acquisitas seu morales. Nā de Aristo. sepe ꝓditum est meminisse: ꝙ sese enti entiū cōmendabat: eius auxilium implorādo. ¶ Item pōt ꝑsuaderi dicta cōclusio: q[uonia]m si homo ex sola industria naturali nō faceret act⁹ moraliter bonos/ sequeretur ꝙ esset deterioris cōditionis q̄ brutū: ptz. Nā brutū cū influentia dei generali pōt exire in opationes sue nature cōuenientissimas: si igitur hō nō possit id facere/ puta exire in operationē virtutis moralis ex sola industria naturali q̄ est ei cōuenientissima/ ad nihil vtilitatis esset intellect⁹ humanus/ nec similiter alie potentie.

Gētiles potuerūt dirigere actus suos i deū.

Aristo. vt legit sepe enti entiū. i. deo se commendabat.

Optia ꝑsuasio a bruto et hoīe rationali.

Phi deū ex sola naturali industria cognouerūt nō tamē vt xp̄iani.

Blādiloqui Lactantij verba.

Quarta conclusio. Ex sola industria naturali potuerūt cognoscere vltimū finē/ puta deum esse oīm bonorum remuneratorē/ ꝛ malorū punitorē: et talis cognitio sufficiebat ad act⁹ tales esse bonos moraliter: igitur: quod longe/ lateꝗ flosculēto quodā caractere Lactātius ille diuinus orator tractat ꝑmo capite libri sui diuinarū institutionū incipiente. Magno ꝛ excellēti ingenio viri cū se doctrine penitus dedidissent/ q̄cqd laboris poterat impendi/ cōtentis oībus et publicis et priuatis actionib⁹/ ad inquirēde veritatis studiū cōtulerūt. Et post pauca ait/ q̄d illi veritatis cognitione dignissimi quā scire tantope cupierūt/ atꝗ ita vt eam rebus omnib⁹ anteponerētur. Et que sequūtur ꝑ lacteum eius volumē admittēdū.

Cōtra dicta sic instatur. Nullus act⁹ est moraliter bonus/ nisi habeat oēs circūstātias ad actū bonū moraliter requisitas: sed philosophi in puro lumine naturali nō fecerūt actus cū oibus circūstātijs: igit actus eorū nō erāt boni moraliter. Minor ꝓbatur: q[uia] semp deerat circūstātia finis. Nō eī dirigebāt actus suos in vltimū finē/ puta in deū: q̄d sic ꝓbatur. Nā in puris naturalibus nō potuerūt scire ꝙ hō teneretur aliquid magis diligere/ q̄ seipm: imo vltimus finis noster (vt ipi putauerūt) est homo felix/ vel saltem felicitas/ q̄ est actus virtutis scd̄m Peripateticos: vel virtus ipsa scd̄m Stoicos.

Circūstantia deficiēs.

Secūdo sic. Philosophi in puro lumine naturali cognouerūt vnū orbis moderatorē et rectorez: in quē sciebant suas opationes esse dirigendas/ et in illū finē nō dirigebāt/ oibus actibus eorum deerat circūstātia finis. Maior ptz per illud q̄d habetur ad Romanos primo. Inuisibilia eī ipsius a creatura mūdi/ ꝑ ea q̄ facta sunt/ intellecta conspiciūtur. Sēpiterna quoꝗ ei⁹ virtus ꝛ diuinitas/ ita vt sint inexcusabiles: q[uia] cū cognouissent deū/ nō sicut deū glorificauerūt/ aut grās egerūt: sed euanuerunt in cogitationibus suis: et obscuratū est insipiens cor eorum.

Paulus ad Romanos primo.

In phos gētiles.

De veritatis cognitione

Ad rōnes

Ad primā.

Ad rationes ante oppositum. Ad primā conceditur ꝙ requiritur certa cognitio oīm circūstātiarū/ nisi occurrente ignorātia inuincibili. Et negatur minor: ad cui⁹ ꝓbationē negatur ꝙ nō dirigēt suas operationes in deū: vt iam deductum est ex cōclusionibus. Nō eī apud eos tanta requirebatur cognitio/ quāta nunc requiritur.

Ad scd̄am rationem.

Ad secūdam rationē dicitur ꝙ cōcludit ꝙ nō oēs bene operati sunt: licet habuerint cognitionem sufficientem ad opera bona exercenda et ad salutem eternam consequendam. Propterea inquit de his capitulo vt supra Lactanti⁹ Firmianus. Sed neꝗ adepti sunt id quod volebant: et operam simul atꝗ industriam perdiderūt: q[uia] veritas: id est archanū summi dei qui fecit omnia/ ingenio ac ꝓprijs sensibus non potest comprehendi ¶ Et hec de questionibus in nonū et decimum Ethicorum libros.

Firmianus in phos gētiles.

¶ Ethicorū Aristotelis opus/ Argyropylo Byzantino traductore/ cum luculenta disertissimi viri magistri Gilberti Crab/ arguti philosophie interpretis explanatione/ singulorūꝗ capitum summarijs et annotatiūculis per eum adiectis/ ac cuiuscūꝗ tractatus et capitis tabula per sacre theologie professorem et oratorem eximium magistrum nostrum Egidium Delphū edita. Inserto preterea repertorio alphabetico fragmentorum vtiliū ꝛ notādorum/ ad libros et folia remissiuo. Caracteribus primū impressorijs exaratum per Jacobū Marreschal calcographū: sumptib⁹ vero fidelis bibliopole Simonis Vincentij/ Anno verbi incarnati. M.ccccc.xvij. Kalēdis Aprilibus.

Humberti Montisinoretani ad lectorem studiosum Epigramma tumultuarium in cōmendationem Cōmentariorū Domini Gilberti Crab/viri perq̄doctissimi/in moralia Aristotelis nuperrime editorum.

Candide lector ades violas lecturus amœnas:
Lecturus violas candide lector ades.
Hæ violæ formosa tuæ viridaria mentis:
Hæ violæ facient vt generosus eas.
Hæ violæ charumqꝫ deo:populisqꝫ verendum:
Teqꝫ vehent clari sydera ad alta poli.
Ergo age lector ades:te inuitant omnia lector:
Omnia te inuitant candide lector ades.
Has violas multi cupierunt vellere:multi
Sufficere optatis non potuere suis.
Nam tenebræ hunc multis vallarant sentibus hortum:
Marcebant fluuio deficiente rosæ.
At solers olitor languentia gramina claris
Aspersit fluuiis:excoluitqꝫ manu.
Ergo age lector ades;violas lecturus amœnas
Lecturus violas candide lector ades.
Quisnam olitor quæris tanta hæc bona contulit:illum
Ostendet primi pagina prima libri.
At cupis:vt video:tantum cognoscere nomen:
Et cui debetur gloria tanta:virum.
Hæc tibi Gilbertus multo sudore parauit:
Vis laudes tanti:vis titulosqꝫ viri:
Solus habet laudum quicquid possedimus omnes:
Solus habet quicquid maximus orbis habet.
Candide lector ades:te inuitant omnia lector:
Omnia te inuitant candide lector ades.

τελοσ τω θεω χαριτασ

Et

erat tri
ralibus
ture ho
de) hab
tribucd
erat, ma
Terti
philosop
biũ/fece
oia requ
igit. An
riores e
sciebat si
mile quir
ne vltimo
et ille op
rebatur t
ter bonũ
requirit i
sitas seu r
morle: q
implorãd
si homo e
raliter bo
nis q̃ bru
põt exire
igitur hõ
virtutis n
uentẽtissin
nus/nec si
Quart
naturali p
esse oim b
et talis co
moraliter
caractere
capite libri
gno 7 excell
didissent/q
bus et publ
ritatis studi
ritatis cogn
erũt/atq
Et que sequ
Cõtra v
est moralite
actũ bonũ m
ro lumine na
ijs: igit actu
batur: q sem
bãt actus suo
ur. Nã in pu
enegretur alq
sus huis i. o
altem felicit
icos: vel virt
Secũdo
mine naturali
ectorez: in qu
las/et in illũ
eerat circũst
ur ad Romar
ura mũdi/p e

Et
erat t
ralib
ture h
de h
tribu
erat n
Tc
philo
biu/fe
oia re
igit.
riores
sciebā
mile q
ne vlti
et ilie c
rebatu
ter bo
requir
sitas s
morie
impio
si hom
raliter
nis q̄ l
pōt eri
gitur l
virtuti
uentēt
uis/ne
Qua
natural
esse oin
t talis
moralit
aractei
apite li
no et e
didissen
us et p
itatis l
itatis c
erūt/a
Et que
Cōtr
sit mora
ctū bo
o lumin
is:igit
atur:q
āt actu
r. Nā t
nere
fus hui
Item fe
cos:vel
Scdū
ine nat
ctorez:
is/et in
erat ci
r ad R
ra mūd

gerit
tatre
ria
adim

tam
taria
tatid
noap

B fa
nãn
o fiti

eal

· q̄
pū
par
g.

· at
· q
ad
ir m

l

Aristotelis Ethica.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm